CLOSE ROLLS

OF THE REIGN OF

HENRY III.

PRESERVED IN THE

PUBLIC RECORD OFFICE.

PRINTED UNDER THE SUPERINTENDENCE OF

THE DEPUTY KEEPER OF THE RECORDS.

A.D. 1234—1237.

PUBLISHED BY AUTHORITY OF HIS MAJESTY'S PRINCIPAL SECRETARY OF STATE FOR THE HOME DEPARTMENT.

LONDON:
PRINTED FOR HIS MAJESTY'S STATIONERY OFFICE,
By MACKIE AND CO. LD., 2, Wine Office Court, Fleet Street, E.C.

And to be purchased, either directly or through any Bookseller, from
WYMAN and SONS, Ld., Fetter Lane, E.C.; or
OLIVER and BOYD, Edinburgh; or
E. PONSONBY, 116, Grafton Street, Dublin.

1908.

CONTENTS.

PREFACE.

The present volume continues the Edition of the Close Rolls of the reign of Henry III., of which the first volume (1227—1231) was published in 1902. The text has been prepared by several officers of this Department, working under the immediate direction of Mr. C. Trice Martin, until lately an Assistant Record-Keeper, and, after his retirement, under that of Mr. R. F. Isaacson, an Assistant Record-Keeper. The Index has been compiled by Mr. A. S. Maskelyne, of this Department.

H. C. MAXWELL-LYTE.

Public Record Office,
26 *October*, 1908.

CORRIGENDA.

p. 2, *l.* 30, *for* Walterum *read* W.

p. 98, *l.* 1, *for* Banvill' *read* Hauvill'.

p. 127, *l.* 25, *for* Brumar' *read* Drumar'.

p. 284, *l.* 8 from bottom, *for* Shafton *read* Shoston.

CLOSE ROLLS.

19 HENRY III.

1234.

m. 26. *De trencheis in foresta de Den.*—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod trencheas foreste de Den', que aliquando excisse fuerunt et jam exereverunt ita quod periculum inde imminet transeuntibus, ut dicitur, iterum de novo faciat excindi in eodem statu in quo primo fuerunt. Teste rege apud Wudestok', xxix. die Octobris, anno regni nostri xix.

De vinis capiendis ad opus domini regis apud Suhampt'.—Mandatum est Johanni de Colemere et Michaeli de Aumbly vel eorum alteri qui inventus fuerit, si ambo inventi non fuerint, quod de vinis Wasconie contentis in navi illa que nuper applicuit apud Suhampt' carcata novis vinis, retineri faciat ad opus domini regis viginti et quinque dolia vini de melioribus. Teste ut supra.

Et mandatum est ballivis Suhampt' quod predictis Johanni et Michaeli vel eorum alteri ad hoc faciendum sint auxiliantes, quod ita fiat. Teste ut supra.

De respectu demande.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod demandam septem marcarum, quam per summonitionem Scaccarii facit Gileberto Basset de prestito facto Thome Basset, fratri suo, de tempore quo rex fuit in partibus transmarinis, ponat in respectum usque super proximum compotum suum ad Scaccarium. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

De Petro de Rivall'.—Rex Petro de Rivall' salutem. Quia audivimus quod jam estis apud Oxoniam in veniendo versus nos sub conductu quem vobis concessimus, et non placet nobis ad presens quod ulterius procedatis causa accedendi ad nos; vobis mandamus quod sub eodem conductu hac nocte instanti vel crastina die Dominica post festum Apostolorum Simonis et Jude tempestive usque Wintoniam salvo redeatis. Teste ut supra.

Pro Fulcone filio Warini.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Fulconi filio Warini tres bissas et duas layas in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod, si Everardus de Grave, Simon faber, Johannes Rampan et Johannes bedellus, capti et detenti in prisona regis apud Walingford' pro

1234.
[m. 26.] combustione et roberia, invenerint ei xij.* probos et legales homines, ita quod quilibet eorum duodecim, qui eos manucapiant habere ad standum inde recto coram justiciariis regis ad primam assisam cum in partis illas venerint, tunc predictos Everardum, Simonem, Johannem et Johannem prefatis probis et legalibus hominibus in ballium tradat, sicut predictum est. Et habeat ibi nomina predictorum singulorum xij. etc. Teste ut supra.

Pro executione testamenti Joldewini de Doe.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod blada et catalla que fuerunt Joldewini de Doe in Pedinton', Galfrido de Doe et aliis executoribus testamenti ipsius Joldewini habere faciat ad executionem testamenti predicti faciendam. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Hereberto filio Mathei.—Mandatum est custodi foreste de Melkesh' quod faciat habere Hereberto filio Mathei quinque robora in foresta predicta ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Alano filio Warini.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat Alano filio Warini ad se hospitandum viginti cheverones et duas pannas in foresta de Savernak', de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxx. die Octobris.

De vino dato.—Mandatum est custodi vinorum regis de Rading' quod faciat habere Waltero Marescallo et Anselmo fratri suo unum dolium vini de vinis regis que sunt in custodia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Huberto de Burgo de instauro castrorum suorum in†—Mandatum est Walramo Theutonico quod totum bladum et totum instaurum, balistas et arma, que recepit in castris de Grosmunt, Blaunc Chastel et Skenesfrith', liberet Hugoni de Kynardel' vel alicui de suis, quem ad hoc loco suo destinaverit, ad opus Huberti de Burgo, comitis Kantie. Teste ut supra. Per Walterum de Raleg'.

Pro Waltero Wither.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod recordari faciat in pleno comitatu suo appellum quod Walterus filius Walteri et Hugo de Wirmebrug' et quidam alii faciunt versus Walterum Wither in eodem comitatu, et per que verba, de morte Willelmi Walensis, quem idem Walterus Wither dicit utlagatum fuisse pro morte Ranulfi de Lyden', avunculi ipsius Walteri Wither. Et recordum illud habeat coram domino rege sub sigillo suo et per iiij. legales milites de eodem comitatu, qui recordo illo interfuerint, a die Sancti Martini in xv. dies. Scire etiam faciat domino regi utrum predictus Willelmus pro morte predicta utlagatus fuit necne. Et utlagationem in predictum Walterum Wither promulgandam ponat in respectum, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

* Substituted for 'viginti et quatuor legales homines.' † Unfinished.

1234.
[m. 26.] *Pro Radulfo filio Briani de Stopham.*—Mandatum est vicecomiti Middelsex' quod de omnibus terris et redditibus quos Brianus de Insula habuit in ballia sua, de quibus seisitus fuit ut de feodo die qua obiit, Radulfi* de la Zuch', custodi Radulfi filii Briani de Stopham, qui est unus heredum predicti Briani, et aliis heredibus predicti Briani plenam seisinam sine dilatione habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod, non obstante libertate quam Margeria de Rivers clamat habere in ballia sua, plenam seisinam habere faciat Rogero la Zuch', custodi Radulfi de Stopham, qui est unus heredum Briani de Insula, et aliis heredibus predicti Briani de omnibus terris et redditibus qui fuerunt predicti Briani in ballia sua, de quibus seisitus fuit ut de feodo die quo obiit, sicut alias erat ei preceptum. Et, si predicta Margeria vel ballivi sui aliquid de predictis terris et redditibus ceperint, postquam seisinam illam predictis Rogero et heredibus dominus rex fieri precepit, id eis sine dilatione reddi faciat; et venire faciat coram domino rege predictam Margeriam a die Sancti Martini in xv. dies, ostensuram quare predictam seisinam ipsis heredibus ipsum vicecomitem facere impedivit contra preceptum domini regis, et quo waranto clamat tales seisinas facere in ballia ipsius vicecomitis. Teste rege, ut supra.

Eodem modo mandatum est eidem vicecomiti de terris et redditibus qui fuerunt ipsius Briani etc. intra libertatem archiepiscopi Eboracensis, sicut alias erat ei mandatum, ita quod returnum preceptum domini regis fieri faciat ballivis predicti archiepiscopi de predicta libertate, secundum morem et consuetudinem ballie sue; et, si predictus archiepiscopus vel ballivi sui aliquid de predictis terris vel redditibus ceperint postquam dominus rex predictam seisinam predictis heredibus fieri precepit, id eis sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

De coronatore in comitatu Dors'.—Dominus rex loco Willelmi Cusin, qui extitit coronator in comitatu Dors' et†, ut dicitur, ad hoc minus est sufficiens, constituit Simonem de Maneton' coronatorem suum. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod, accepto ab eodem Symone sacramento in pleno comitatu suo quod una cum aliis coronatoribus domini regis ejusdem comitatus fideliter servabit placite* corone regis et ea faciet que ad coronam regis pertinent, ipsum Symonem loco predicti Willelmi ad hoc admittat. Teste rege, ut supra.

Pro Henrico de Aldithelegh'.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod demandam, quam facit Henrico de Aldithelegh' per summonitionem Scaccarii de defectu instauri comitatuum Staff' et Salopie de tempore quo idem Henricus fuit vicecomes regis eorundem comitatuum, ponat in respectum usque ad proximum adventum regis Lond' in festo Sancti Martini. Averia autem ipsius Henrici, que occasione predicta cepit, sine dilatione deliberari faciat. Teste rege ut supra.

* Sic in MS. † Omitted in MS.

1234.

[m. 26.] Rex vicecomiti Devonie, salutem. Scias quod, cum feoda militum et libere tenentium, qui aliquando tenuerunt in feodo de Willelmo Briwer' in diversis comitatibus, nuper coram nobis inter coheredes ipsius Willelmi divisa ac per sortem partita essent, acciderunt ad partem filiarum et heredum Johanne que fuit uxor Willelmi de Perci unius predictorum coheredum, in comitatu tuo feoda ista, scilicet, de Saunford' Gerardi de Spineto feodum unius militis, de Stodlegh' et Holecumb' feodum dimidii militis, de Aulescumb' T*

Pro executione testamenti B. de Insula.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Precipimus tibi quod de firmis et wardis terrarum, quas Brianus de Insula habuit ad terminum in ballia tua, et quas cepisti in manum nostram occasione mortis predicti Briani, executoribus testamenti predicti Briani plenam seisinam habere facias, sicut de aliis catallis que fuerunt ejusdem Briani, ad executionem predicti testamenti faciendam. Teste rege apud Wudest', xxx. die Octobris.

Eodem modo scribitur:

vicecomiti Linc',
vicecomitibus† Notingh' et Dereb',
vicecomiti Wiltes',
vicecomiti Essex'.

Pro fratribus predicatoribus et minoribus Bristolli.—Mandatum est constabulario Bristolli quod faciat habere fratribus predicatoribus Bristolli septem fusta, et fratribus minoribus ejusdem ville septem fusta ad focum suum in bosco suo de Furch', de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxxj. die Octobris.

Pro G. Marescallo, comite Penbr'.—Mandatum est ballivo de Fekham quod faciat habere G. comiti Marescallo viginti matrices bremias ad vivaria sua instauranda, de dono regis. Teste rege apud Wudest', xxxj. die Octobris. Per G. de Craucumb'.

Pro Galfrido de Luscy.—Mandatum est ballivis de Novo Burgo quod talem seisinam habere faciant Galfiido de Luscy de terra sua cum pertinentiis in Keyrwent', unde disseisitus fuit occasione guerre mote inter regem et R. comitem Marescallum. Teste ut supra.

Pro electo Herefordensi de damis datis.—Dominus rex mittit Willelmum May et Willelmum Luvel, venatores suos, ad currendum in foresta de Havering', et capiendum in ea decem damas, quas rex dedit venerabili patri R. Herefordensi electo. Et mandatum est Ricardo de Munfichet quod ipsos ad hoc admittat. Teste rege apud Wudest,' primo die Novembris.

Pro Johanne filio Walteri et Roberto le Rutter.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod, si Johannes filius Walteri et Robertus le Ruter, capti et detenti in prisona regis apud Oxoniam pro venatione regis cum eis inventa, invenerint ei quatuor probos et legales

* Cancelled 'quia in rotulo finium.' † Sic in MS.

1234.
[m. 26.] homines de comitatu suo, videlicet, uterque eorum duos, qui eos manucapiant habere coram justiciariis regis ad primam assisam, cum in partes illas venerint ad placita foreste tenenda, ad standum inde recto, tunc ipsos Johannem et Robertum predictis iiij. probis et legalibus hominibus committat in ballium, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Johanne de Dinerio.—Dominus rex concessit Johanni de Dinerio, servienti suo, custodiam terre que fuit Alexandri le Mudner in Sloutres, et custodiam et maritagium heredum ejusdem Alexandri. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predictis terra et heredibus ipsi Johanni plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Wudest', secundo die Novembris.

Pro Margareta que fuit uxor Johannis de Braus.'—Rex Roberto, le Sauvag' salutem. Quia per inquisicionem, quam vicecomes noster Sussex' fecit per preceptum nostrum, accepimus quod Margareta, que fuit uxor Johannis de Braus', ita dotata fuit de hundredis et forestis que fuerunt predicti Johannis quod assignata fuit ei tertia pars exituum hundredorum et forestarum pertinentium ad honorem de Brembr', percipienda per visum legalium hominum, eo quod predicti exitus sunt aliquando majores et aliquando minores; vobis mandamus quod dilecto et fideli nostro Waltero de Clifford', qui dictam Margaretam desponsavit, et ipsi Margarete tertiam partem exituum predictorum de cetero habere faciatis, sicut predictum est. Teste rege apud Wudestok' secundo die Novembris.

Pro hospitali Oxonie.—Rex Johanni de Nevill' salutem. Scias quod concessimus per cartam nostram pro nobis et heredibus nostris Deo et hospitali Sancti Johannis extra portam orientalem Oxonie et fratribus ibidem Deo servientibus, quod ipsi et eorum successores habeant in perpetuum unum equum sumeritium singulis diebus bis itinerantem in foresta nostra de Sothour' ad siccum boscum et subboscum in ea capiendum ad cibaria pauperum ejusdem hospitalis decoquenda et ad eosdem pauperes calefaciendos, sicut plenius continetur in carta predicta quam eisdem fratribus inde fieri fecimus. Et ideo tibi precipimus quod ipsos fratres unum equum sumeritium bis itinerantem in foresta predicta ad siccum boscum et subboscum in ea capiendum, sicut predictum est, habere permittas. Teste rege apud Wudest', secundo die Novembris.

Pro forestariis foreste de Den'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod permittat forestarios regis de foresta de Den' carbonare vel aliter proficuum suum facere de escaettis quercuum et aliorum lignorum, que ad feodum suum pertinent de quercubus et aliis lignis que dominus rex dat in foresta de Den': ita quod, si per carbonatores vel alios, qui escaettas suas habuerint, domino regi non fuerit satisfactum, predicti forestarii domino regi inde teneantur respondere secundum quantitatem forisfacti. Teste ut supra.

1234.

[m. 26] *Pro Waltero de Pyonne.*—Rex concessit Waltero de Pyonne, qui dampnatus fuit suspensus per veredictum patrie pro morte Ricardi de Webbel', unde appellatus fuit, et qui postea vivus fuit inventus cum debuit tradi sepulture, quod, eo non obstante, ex quo per divinam clementiam ei est vita reservata, morari possit salvo et secure in regno Anglie. Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod occasione predicta nullum impedimentum aut gravamen eidem Waltero inferat vel ab aliis in ballia sua inferri permittat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilupo de fustis et chevronibus.—Mandatum est constabulario Divisarum quod faciat habere Willelmo de Cantolupo, seniori, sex fusta ad pannas et trabes in foresta de Chippeham, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere eidem Willelmo triginta et quinque cheverones in foresta de Savernac, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 25.] *Pro H. Lincolniensi episcopo et Radulfo de Warevill'.*—Mandatum est J. de Nevill' quod, non obstante mandato regis quod ei fecit de porcis provenientibus de pannagio de agistatione forestarum et parcorum regis in ballia sua custodiendis ad opus regis, permittat venerabilem patrem H. Lincolniensem episcopum et Radulfum de Warevill' habere porcos suos in foresta de Bernewud', recipiendo ab eis pannagium quod dari consuevit, et de custodia porcorum suorum ipsos quietos esse faciat. Teste rege apud Wudest', iij. die Novembris.

De vulpibus capiendis que destruunt warennam regis de Corf'.—Mandatum est Radulfo Russel quod cum canibus suis vulpericeys accedat ad warennam de Corf' ad capiendum vulpes in eadem warenna qui eam destruunt. Et mandatum est constabulario de Corf' quod ipsum cum canibus suis ad hoc admittat. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Harecurt de damis datis.—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat Ricardo de Harecurt sex damas vivas in foresta regis de Wichewud' ad parcum suum de Basewrd' instaurandum, de dono regis, nisi prius illas habuerit per aliud mandatum regis. Teste etc. ut supra.

Pro magistro Johanne Blundo, de bissis datis.—Mandatum est Johanni filio Galfridi quod faciat habere magistro Johanni Blundo, cancellario Eboraci, duas bissas in foresta de Gauteris, de dono domini regis. Teste ut supra.

De ordinatione facta de Thoma de Theovill' in priorem ipsius domus.—Rex ordinationi facte de fratre Thoma de Theovill', quondam monacho de Lungevill', in priorem Sancti Andree Norhampt' assensum regium prebuit et favorem. Et mandatum est Ricardo de la Lad' quod de predicto prioratu Sancti Andree cum omnibus terris et tenementis ad predictum prioratum pertinentibus, eidem priori plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wudest', iiij. die Novembris.

1234.

[m. 25.] *Pro Michaele filio Nicholai et Katerina uxore ejus.*—Rex concessit per cartam suam Michaeli filio Nicholai et Katerine uxori ejus quod ipsi et heredes sui habeant inperpetuum unum mercatum singulis septimanis per diem Jovis apud manerium suum de Lerky, et quod habeant inperpetuum unam feriam ibidem singulis annis duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Barnabe apostoli, nisi mercatum illud et feria illa sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum etc. Et mandatum est vicecomiti Cornubie quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et clamari, et teneri faciat mercatum illud et feriam, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill' de gallya.—Mandatum est Willelmo de Gaugy quod faciat habere Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, gallyam regis quam habet in custodia sua apud Bristollum. Teste ut supra. Per Karleolensem episcopum.

Pro Gileberto Basset de perdonatione.—Rex perdonavit Gileberto Basset octo marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii pro prestito octo marcarum, quod fecit Thome Basset fratri suo, cum dominus rex esset in partibus transmarinis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Gilebertum de predictis octo marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Wudest', v. die Novembris.

Pro Sibilla de Eweyas de perdonatione.—Mandatum est collectoribus et assessoribus quadragesime in comitatu Heref' quod demandam duarum marcarum, quam faciunt Sibille de Eweyas de quadragesima in Machuthin, ponant in respectum usque ad octabas clausi Pasche, anno xix., ut interim inquiratur utrum consimilia feoda quieta fuerint de quadragesima necne. Teste rege apud Wudest', vj. die Novembris. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Roberto de Stoppeham.—Rex constabulario suo de Cnaresburg' salutem. Ostendit nobis Robertus de Stoppeham quod, cum haberet quadraginta et quatuor solidatas redditus cum pertinentiis in Hamstweyt de dono Briani de Insula, avunculi sui, et inde fuisset in seisina fere per dimidium annum ante mortem ipsius Briani, tu ipsum inde disseisivisti occasione mortis ejusdem Briani. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, tunc predicto Roberto talem seisinam de predicto redditu habere facias qualem habuit ante mortem ipsius Briani, et, si quid inde cepisti, id ei reddi facias. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Molis de compoto suo reddendo per Walterum de Bathonia.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loco Nicholai de Molis, vicecomitis Devonie, recipiant Walterum de Bathonia ad compotum reddendum de comitatu predicto, et ad respondendum ad Scaccarium coram illis pro eodem Nicholao de hiis que ad comitatum predictum pertinent de anno etc. xviij. Teste ut supra.

1234.

[m. 25.] *De passu in bosco Rogeri de Chaundos emendando.*—Rex vicecomiti Hereford' salutem. Quoniam audivimus quod in bosco Rogeri de Chaundos in Wulvivehop' in comitatu tuo est quidam passus periculosus, et homines ibi sepius inveniuntur interfecti, et periculum tota die imminet viatoribus; tibi precipimus quod, assumptis tecum probis et legalibus hominibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad predictum boscum et boscum illud prosterni facias ex utraque parte chimini, et passum illum ita emendari ne decetero periculum ibi eveneat transseuntibus occasione illius bosci. Et ita te habeas in hoc negotio ne ad te capere possimus. Teste ut supra.

Pro Johanne de Monem' de respectu demande.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt Johanni de Monem', de exitibus ballie de Gillingh' et Clarendon' de tempore P. de Rivall', et unde idem Johannes plene respondit eidem Petro, ut dicit, ponant in respectum usque proximum compotum predicti Petri ad Scaccarium. Teste rege ut supra.

Pro collectoribus quadragesime in comitatu Heref' de respectu.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, quia assessores quadragesime in comitatu Heref' non percollegerunt areragia predicte quadragesime que debentur regi in eodem comitatu, dedit eisdem rex respectum de compoto suo reddendo ad Scaccarium usque in octabas Sancti Hillarii, anno xix.; et quod respectum illum eos habere permittant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Heref' quod sit eis in auxilium.

Pro hominibus de Wutton' de respectu tallagii.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod tallagium quadraginta solidorum, quod nuper assideri fecit super homines regis de Wutton', propter paupertatem eorum ponat in respectum usque ad festum Sancti Hyllarii, anno etc. xix. Teste rege apud Rading', ix. die Novembris.

Pro Thoma de Eversl'.—Quia rex per inquisitionem, quam inde fieri fecit, accepit quod Thomas de Eversl', captus et detentus in prisona Sarr', rettatus est de morte Johannis le Hund odio et atya et non eo quod inde culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Wilt' quod, si predictus Thomas invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo qui manucapiant eum habere coram justiciariis ad primam assisam etc.; tunc ipsum tradat in ballium predictis xij. Teste rege apud Windes', x. die Novembris.

Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere Godefrido Espigurnel duas damas in foresta de Syrwud', de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro R. comite Pictavie et Cornubie de amerciamentis ei datis.—Rex dedit fratri suo R. comiti Pictavie et Cornubie omnia amerciamenta de itinere Willelmi de Ralegh' et sociorum suorum in comitatibus Bedeford' et Buk', de illis qui tenent de honore de Walingeford' et coram eo amerciati fuerunt; et dedit etiam eidem comiti omnia amerciamenta

1234.

[m. 25.] de itinere Radulfi filii Reginaldi, Willelmi de Insula, Roberti de Salceto et Roberti Grimbaud, justiciariorum domini regis itinerantium in comitatu Rotel'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic inrotulari faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Novembris.

Et mandatum est vicecomiti Bedef' et Buk' quod amerciamenta illa eidem comiti sine dilatione habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est predictis justiciariis itinerantibus in comitatu Rotel' quod sub sigillis suis fieri faciant summonitiones de amerciamentis illis per vicecomitem Rotel' ad opus ipsius comitis. Et mandatum est vicecomiti Rotel' quod ad mandatum predictorum justiciariorum amerciamenta illa colligat, et eidem comiti ea sine dilatione habere faciat. Teste ut supra.

De pontibus faciendis et reparandis per riparias.—Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' quod sine dilatione fieri faciat et reparari omnes pontes in ballia sua ubi necesse fuerit, ita quod domino regi et suis liber pateat transitus cum avibus suis per omnes riparias ballie sue, ne pro defectu sui ad ipsum dominus rex se capere debeat etc.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors'.

Pro R. Dunelmensi episcopo.—Mandatum est justiciariis domini regis itinerantibus in comitatu Eboraci quod loquelam que est coram eis inter venerabilem patrem R. Dunelmensem episcopum, petentem, et Petrum de Malo Lacu et Isabellam uxorem ejus, tenentes, de manerio de Clyf, ponant in respectum de die in diem donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De vinis capiendis ad opus domini regis.—Mandatum est ballivis domini regis Suht' quod, assumptis secum custodibus vinorum regis, eligi faciant ad opus domini regis et retineri triginta et duo dolia vini Wasconie, et duodecim dolia vini Wasconie, de melioribus vinis que sunt apud Suht', cujuscumque fuerint, vel quicumque ea emerint. et ea salva custodiant donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per Karleolensem.

Pro Philippa comitissa Warewic'.—Dominus rex dedit Philippe comitisse Warewic', uxori Ricardi Syward', illas sex libras quas vicecomes Salopie et Staff' cepit per preceptum regis de terris ipsius Ricardi in Stanefeld' tempore guerre mote inter dominum regem et R. Marescallum, quondam comitem Penbr'. Et mandatum est eidem vicecomiti quod predictas sex libras eidem comitisse habere faciat de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Novembris. Per G. de Craucumb'.

Pro Petro de Marevill'.—Rex perdonavit Petro de Marevill' viginti et octo solidos et novem denarios et obolum. quos recepit de terra que fuit Briani de Insula in Polehee, dum terra illa fuit in

1234.
[m. 25.] manu sua post mortem predicti Briani, et de quibus idem Petrus per manum escaetorum regis domino regi respondere tenebatur. Et mandatum est escaetoribus predictis quod de predictis xxviij. solidis ix. denariis et obolo eidem Petro pacem habere permittant. Teste ut supra.

De respectu loquele inter abbatem de Hida et cives Wyntonie.—Rex vicecomiti Suht' salutem. Scias quod loquelam, que est coram nobis inter cives nostros Wintonie et abbatem de Hyda de contentionibus ortis inter eos de quibusdam libertatibus, posuimus in respectum usque ad proximum adventum nostrum apud Wyntoniam. Et ideo tibi precipimus quod interim inde nullam facias inquisitionem. Teste rege ut supra.

Pro Huberto de Burgo, comite Kancie.—Mandatum est vicecomiti Lanc' quod sine dilatione reddi faciat Huberto de Burgo, comiti Kancie, omnia catalla et instaura sua, ubicumque inventa fuerint in ballia sua, que capta fuerunt in manum regis vel aliter distracta occasione captionis sue et indignationis quam dominus rex erga eum concepit, nisi catalla illa vendita fuerint per manum ballivorum regis ad opus regis vel data per preceptum suum. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Cuygneres quod omnia catalla et instaura, que fuerunt ejusdem Huberti et que fuerunt in custodia Ade de Yelaund et postea in sua, de bonis suis que capta fuerunt in manum regis occasione captionis sue et indignationis quam rex erga eum concepit, eidem Huberto sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Eustachio de Loudeham.—Dominus rex concessit Eustachio de Loudeham per cartam suam quam ei fieri fecit, quod ipse et heredes sui habeant et teneant de rege et heredibus suis illas triginta solidatas redditus cum pertinentiis suis quas Henricus Corbyn tenuit in Karleton' in Lyndrich', reddendo inde regi et heredibus suis singulis annis ad Scaccarium Pasche sex denarios pro omni servitio, sicut predictus Henricus eos reddere consuevit, donec rex vel heredes sui redditum illum reddiderint rectis heredibus per pacem vel voluntatem suam, sicut plenius continetur in carta predicta. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod de predictis triginta solidatis redditus cum pertinentiis etc. plenam seisinam predicto Eustachio habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo Chaperun.—Rex concessit Willelmo Chaperun per cartam suam terram cum pertinentiis in Coleby, que fuit Willelmi Malet de Gerardvill', et quam idem Willelmus Chaperun prius habuit de ballio regis, habendam et tenendam de rege et heredibus suis adeo libere, quiete et integre cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad predictam terram pertinentibus, sicut predictus Willelmus Malet illam tenuit in manu sua, donec rex vel heredes sui eam reddiderint heredibus predicti Willelmi Malet per voluntatem

1234.

[m. 25.] suam vel per pacem. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod predicto Willelmo Chaperun de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Angelo Romano.—Rex perdonavit, quantum ad eum pertinet, Angelo Romano fugam et utlagariam in eum promulgatam pro pace regis fracta, unde Willelmus le Petit eum appellat. Et mandatum est vicecomitibus London' quod ipsum Angelum, quem ad mandatum justiciariorum regis itinerantium in comitatu Norf' ceperunt et captum tenent occasione predicta, sine dilatione deliberent et quo voluerit abire permittant. Teste rege ut supra.

Et mandatum est eisdem vicecomitibus per alias litteras quod eundem Angelum, cui dominus rex perdonavit fugam et utlagariam in eum promulgatam etc., sine dilatione deliberent et reddant venerabili patri R. Cycestrensi episcopo, cancellario domini regis, cum equo et toto hernesio suo et rebus cum eo inventis. Teste ut supra.

Pro comite Brittannie.—Mandatum est justiciariis domini regis itinerantibus in comitatu Eboraci quod loquelam que est coram eis inter Rogerum de Huntingfeud', petentem, et P. comitem Brittannie, tenentem, de tribus acris terre cum pertinentiis in Framton', ponant in respectum usque in xv. dies a die Sancti Hillarii anno etc. xix. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Novembris. Per G. de Craucumb'.

Pro Alano de Nevill'.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto vadletto nostro, Alano de Nevill', decem et novem libras quas nobis debuit de xxv. libris quas ei commodavimus, et unde prius ei concesseramus quod redderet ad Scaccarium nostrum singulis annis quadraginta solidos, donec totum predictum debitum nobis persolveretur. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Alanum de predictis decem et novem libris quietum esse faciatis. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Dominus rex concessit venerabili patri J. Bathoniensi episcopo quod preter illas viginti acras, quas rex prius ei concesserat essartandas in aliquo de boscis suis de Ceddre, adhuc essartari faciat sine inpedimento alias viginti acras ad perticam domini regis in aliquo de boscis suis de Ceddre in quo voluerit. Et mandatum est Ricardo de Wrotham quod ipsum episcopum non impediat quin predictas viginti acras in aliquo de predictis boscis suis libere essartari faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Hugone filio Nicholai de Capes.—Rex concessit Hugoni filio Nicholai de Capes quod ipse tota vita sua teneat de eo ad firmam hundredum de Falewel', quod Hugo Russel, avunculus suus, prius de domino rege tenuit, reddendo inde domino regi ad Scaccarium viginti marcas. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod de predicto hundredo plenam seisinam ei habere faciat. Teste ut supra.

1234.

[m. 24] *Pro Johanne de Kyrkeby.*—Mandatum est Johanni filio Galfridi quod permittat Johannem de Kirkeby habere rationabile estoverium suum in bosco suo de Neuton', qui est in foresta de Gautris', sicut illud in eo habere debet et solet. Teste rege ut supra.

Pro Henrico de Alditheleg' de perdonatione.—Rex perdonavit Henrico de Alditheleg' centum et sexaginta et octo libras et tres solidos et quatuor denarios, qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de pluribus debitis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis lx. et viij. libris, tribus solidis et iiij. denariis ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Vescy.—Rex justiciariis suis itinerantibus in comitatu Eboraci salutem. Sciatis quod retinuimus nobiscum in servitio nostro per aliquot dies dilectum et fidelem nostrum Willelmum de Vescy apud Westmonasterium. Et ideo vobis mandamus quod captionem magne assise, que aramiata est coram vobis inter ipsum Willelmum, petentem, et Robertum de Dayvill', tenentem, de xxvij. bovatis terre cum pertinentiis in Anestan', in respectum ponatis de die in die* usque ad diem Jovis proximam ante Adventum Domini, anno regni nostri xix. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Novembris.

Pro H. Elyensi episcopo de quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere venerabili patri H. Elyensi episcopo quadraginta quercus in bosco de Gatteslea prope Geytinton', ad operationem turris sue Elyensis, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Novembris.†

De prisone ducendo usque Jernem'.—Mandatum est gaiole de Flet' quod Johannem Hereberti, captum et detentum in prisona domini regis apud Flet' pro morte Willelmi filii Gileberti de Jernem' unde rettatus est, sine dilatione liberari faciat Roberto de Stokeby, Willelmo de Ornig' et Stephano Oligrand', ballivis domini regis de Gernem', ducendum usque Gernem' coram justiciariis itinerantibus in comitatu Suff', ad faciendum de ipso id quod secundum legem et consuetudinem regni inde fuerit faciendum. Teste rege ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor Ricardi de Daggewurth'.—Rex concessit Isabelle, que fuit uxor Ricardi de Daggewurth', duas partes manerii de Duddingeherst cum pertinentiis, que fuit* in manu regis et quas predictus Ricardus, quondam vir suus, tenuit in socagium ut dicitur, habendas in custodia usque ad etatem heredis predicti Ricardi. Concessit etiam eidem Isabelle omnia blada, boves et alia instaura que fuerunt predicti Ricardi in manerio predicto, que quidem eadem Isabella emit de executoribus testamenti predicti Ricardi, ut dicitur. Et mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi, escaetoribus domini regis, quod eidem Isabelle de predicta terra cum pertinentiis unacum bladis, bobus et instauris predictis plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Novembris.

*Sic in MS. †This entry is cancelled 'qui alibi habuit per posteriorem datam.'

1234.
[m. 24.] *Pro abbate de Croyland'.*—Rex Johanni de Nevill' salutem. Datum est nobis intelligi ex parte abbatis Croyland' quod, cum idem abbas habere debeat annuatim centum porcos in forinseco bosco foreste de Cliva ad pessonam, quietos de pannagio, et capere virgas ad dominicas carucas suas in comitatu Norht' per visum servientis nostri de Clive, et pro hiis libertatibus habendis idem abbas teneatur nobis reddere per annum quinque solidos, super quo Hugo de Nevill' tempore suo inquisitionem fecit per preceptum nostrum et inquisitionem illam postea inspeximus, que hoc testatur; tu occasione precepti nostri, quod tibi fecimus de decimo porco capiendo ad opus nostrum de porcis que fuerunt ad pessonam in predicto bosco, capi fecisti decimum porcum ad opus nostrum de porcis ipsius abbatis. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, tunc porcos ipsius abbatis, quos cepisti nomine decime pro pessona, sicut predictum est, eidem abbati sine dilatione reddi facias, et ipsum abbatem porcos suos quietos de pannagio habere permittas. Teste rege, ut supra.

Pro Hugone de Capes.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod de manerio de Falewel' cum pertinentiis, quod cepit in manum domini regis occasione mortis Hugonis Russel qui illud tenuit de rege, et quod idem Hugo ante mortem suam dederat Hugoni de Capes, consanguineo suo, eidem Hugoni de Capes plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Novembris.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Oxonie de terra cum pertinentiis, quam Hugo Russel de domino rege tenuit in Blokesham etc. Teste ut supra.

Pro Hawisia que fuit uxor Henrici de Wautham.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de omnibus firmis, quas Henricus de Waltham tenuit in ballia sua et quas illi de quibus idem Henricus firmas illas tenuit, pro morte ipsius Henrici seisiverunt in manus suas, Hawisie, que fuit uxor ipsius Henrici, plenam seisinam habere faciat et, si quid de catallis inde amotum fuerit, eidem Hawisie reddi faciat sine dilatione. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Novembris.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Essex'.

De excommunicatis in comitatibus Norf' et Suff'.—Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Monstravit nobis venerabilis pater Thomas Norwicensis episcopus quod excommunicatos de diocese sua, captos et detentos in prisona nostra per preceptum nostrum, facis a prisona deliberari priusquam sancte ecclesie tam de injuria sibi illata quam de contemptu satisfecerint. Et ideo tibi precipimus quod decetero illos qui excommunicati fuerint et capti et in prisona nostra detenti, a prisona nostra non deliberes nisi prius sancte ecclesie satisfecerint, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

De feminis Christianis, quod Judeis non deserviant in comitatibus Norf' et Suff'.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod in civitate de Norwico et in singulis bonis villis comitatuum suorum

1234.
[m. 24.] clamari faciat quod nulla femina Christiana decetero serviat Judeis ad alendos parvulos suos vel in aliquo alio officio. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Novembris. Per ipsum regem.

Pro vicario de Sutton'.—Quia rex accepit per inquisitionem quam inde fieri fecit quod una acra terre cum pertinentiis in Sutton', que fuit Eustachii tanatoris, qui utlagatus est pro morte uxoris sue, extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de vicario ecclesie de Sutton'; mandatum est vicecomiti Kancie quod vicario ejusdem ecclesie de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De terris Henrici Hus', ne quis eas emat etc.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod in pleno comitatu suo clamari faciat et prohiberi, ex parte domini regis, ne quis decetero aliquid emat vel capiat sive de dono sive aliquo alio modo de terris, redditibus vel tenementis Henrici Hus' in ballia sua, ad exheredationem heredum ipsius Henrici. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Buk',* Wilt', Sumers'.

Et prohibitum est eidem Henrico Hus' ne decetero alicui det, vendat, invadiet vel aliquo modo alienet de terris, redditibus vel tenementis suis ad exheredationem heredum suorum.

Pro Willelmo de Sancto Laudo.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Willelmo de Sancto Laudo duo robora in foresta de Clyve ad focum suum, de dono regis. Teste rege ut supra.

De bissis et damis capiendis.—Dominus rex mittit Johannem le Fol, Willelmum filium Wakelini et Philippum de Kaundeur', venatores suos, ad Hugonem de Loges cum canibus suis cerveritiis ad quinquaginta bissas ad opus domini regis capiendas in foresta de Kanok. Et mandatum est eidem Hugoni quod ipsos venatores ad hoc recipiat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Johanni de Nevill' quod recipiat Willelmum Luvel et Willelmum May ad centum damas capiendas in foresta de Wauberg'. Teste ut supra.

De terra Ivonis de Seton' extendenda.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo terram Ivonis de Seton', que est vadium Jocei, Aaron et Leonis, Judeorum Eboraci, in presentia eorundem Judeorum extendi faciat, quantum valeat in dominicis redditibus et aliis exitibus terre, et extentam illam sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit, mitti faciat justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis. Teste ut supra.

Et mandatum est predictis justiciariis quod, ex quo receperint extentam illam receperint,† rationabiles terminos dicto Ivoni assignent ad debitum eorundem Judeorum reddendum secundum quantitatem predicti debiti et valorem terre predicte. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

* Substituted for 'Oxonie.' † Sic in MS.

1234.

[m. 24.] Mandatum est constabulario de Windeles' quod habere faciat Walramo Teutonico quatuor robora in foresta de Windeles' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De trandendis in ballium.*—Mandatum est vicecomiti Lanc' quod, si Robertus Tayt, Rogerus filius Watlan, Hugo de Erdbur', Petrus de Middelton', Ricardus de Aiston', Ricardus Paisaunt et Thomas filius Roberti, qui capti sunt et detenti in prisona regis apud Westderby pro morte Rogeri de Kundesford', qui per infortunium fuit interfectus, et unde rettati sunt, invenerint ei, videlicet, singuli eorum, sex probos et legales homines de comitatu suo, qui eos manucapiant habere coram justiciariis regis ad primam assisam cum in partes illas venerint, ad standum inde recto, tunc ipsos predictis sex tradat in ballium, sicut predictum est. Et habeat ibi nomina ipsorum sex et hoc breve. Teste ut supra.

De apris et laiis capiendis.—Rex constabulario Sancti Briavelli salutem. Mittimus ad te dilectum et fidelem nostrum Johannem de Monemuth' ad forestam nostram de Den', ad capiendum in ea ad opus nostrum quinque apros et quindecim laias, mandantes tibi quod predictos apros et laias ab eo capi permittas. Teste ut supra.

De Bozone de Mastak'.—Rex dilectis et fidelibus suis majori et juratis Burdegale salutem. Mandamus vobis quod lucra, que dilectus et fidelis noster Bozo de Mastak', comes Bygorr', faciet super inimicos nostros, tam de prisonibus quam aliis, in villa nostra Burdegale, recipiatis et receptetis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est majori et juratis Vasatensibus.

Eodem modo mandatum est:
majori et juratis Regule,
majori et juratis Sancti Emilionis.

De foresta Norhumbrie commissa Thome de Stratun'.—Rex viridariis suis foreste sue in comitatu Norhumbrie salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Thome de Stratun', forestario nostro de feodo in foresta nostra comitatus Norhumbrie, quod ipse per se habeat custodiam predicte foreste nostre. Et mandavimus dilecto et fideli nostro Briano filio Alani quod de cetero de custodia predicte foreste se non intromittat, et servientes quos assignavit ad custodiam ejusdem foreste nostre, sine dilatione amoveri faciat. Et ideo vobis mandamus quod predicto Thome tanquam forestario nostro de feodo de omnibus que ad predictam forestam nostram pertinent, intendentes sitis et respondentes. Teste ut supra.

Pro Alexandro de Helmingham.—Rex dilectis et fidelibus suis Thome de Muleton' et Roberto de Lexinton' et sociis suis itinerantibus in comitatu Suff' salutem. Sciatis quod concessimus ad instantiam venerabilis patris in Christo E. Cantuariensis archiepiscopi, qui nos specialiter inde rogavit quod Alexander de Helmingham, quem coram vobis capi et prisone nostre mancipari fecistis secundum consuetudinem

* Sic in MS.

1234.

[m. 24.] regni nostri, ut dicitur, eo quod defecit in assisa xxiiij. militum coram vobis, quam aramiaverat ad convincendum duodecim juratores cujusdam assise coram vobis in itinere vestro capte, a predicta prisona nostra deliberetur. Et ideo vobis mandamus quod de predicta prisona ipsum Alexandrum, nisi alia de causa sit captus, deliberari faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Novembris.

Pro Adam Bonaventure probatore.—Rex dedit Ade Bonaventure, probatori regis, qui est in prisona regis apud Notingham, vitam et menbrum, quia perfecit omnes probationes quas domino regi conventionavit pro habendis vita et menbro. Et mandatum est vicecomiti Notingham quod ipsum a prisona regis deliberet et regnum regis abjurare faciat. Teste ut supra.

Pro R. Dunelmensi episcopo de damis datis.—Rex Galfrido Esturmy salutem. Precipimus tibi quod si* venerabilis pater R. Dunelmensis episcopus nondum habuerit quinque damos quos ei dari precepimus in foresta nostra de Savernac', eidem habere facias sex damas in predicta foresta de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Hugone le Bel.—Rex justiciariis suis qui proximo itineraturi sunt ad placita foreste in comitatu Notingh' salutem. Sciatis quod concessimus Hugoni le Bel pro nobis et heredibus nostris quod decem acre terre cum pertinentiis quas tenet de Johanne de Orreby in Baseford,' et decem acre terre cum pertinentiis quas tenet de Agatha de Cokefeld' in eadem villa, et due acre terre et dimidia cum pertinentiis quas tenet de nobis in Notingham, et iiij. acre terre cum pertinentiis quas tenet de nobis in Wytstondal', que quidem acre essartate sunt infra forestam nostram de Syrwud', sicut per inquisitionem inde factam accepimus, inperpetuum quiete sint eidem Hugoni et heredibus suis de vasto et regardo et visu forestariorum et omnium ministrorum suorum. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Hugonem vel heredes suos occasione terre predicte de vasto et reguardo in itinere vestro non occasionetis. Teste rege ut supra.

Pro Ricardo Curteis burgensi Bristolli.—Rex M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod licentiam dedimus Ricardo Curteis, burgensi Bristolli, quod carcari faciat apud Cork ducenta quarteria frumenti et farine avene, videlicet, centum quarteria frumenti et centum quarteria farine avene, ducenda in Angliam. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Ricardum vel suos quos ad hoc miserit loco suo in Hyberniam apud Cork, inde non inpediatis vel inpedire permittatis. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro Willelmo de London'.—Rex dilecto et fideli suo Radulfo filio Bernardi salutem. Intelleximus quod servitium austurcarie, quod debetur de terra quam Willelmus de London' tenet in Tyneslawe de honore de Tygeshull', factum fuit domino Johanni regi, patri nostro, eo tempore quo dictus honor extitit in manu sua. Quia vero dictus

* Omitted in MS.

1234.

[m. 24.] honor nunc est in manu comitisse Augy, de qua idem Willelmus terram suam tenet, vobis mandamus quod de predicto servitio eidem Willelmo pacem habere permittatis. Teste ut supra.

Pro comite Kancie, de maneriis de Gamel et de Saham.—Dominus rex reddidit H. de Burgo, comiti Kancie, manerium de Camel cum pertinentiis, quod habuit de dono domini J. regis. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod de predicto manerio cum pertinentiis, una cum bladis domini regis, carucis et instauris que rex ibidem habuit, eidem comiti plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Rex reddidit eidem comiti manerium de Saham in comitatu Kantebrigie cum pertinentiis, quod habuit de ballio domini J. regis, et unde dominus rex ipsum disseisivit per voluntatem suam. Et mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi quod de predicto manerio cum pertinentiis et cum bladis, carucis et instauris que rex ibidem habuit, plenam seisinam eidem comiti habere faciant. Teste ut supra.

[m 23] *De Judeis mittendis usque London'.*—Mandatum est vicecomiti Norf' quod Judeos de Norwico, captos et detentos in prisona regis pro transgressione quam fecerunt de quodam parvo Christiano circumcidendo, ut dicitur, visis litteris, mitti faciat ad custum eorum usque Lond' liberandos ibidem constabulario Turris Lond', cui rex precepit per literas suas, quas eidem vicecomiti mittit ei mittendas, quod eos recipiat et eos salvo custodiat. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod, si Robertus le Fauconer, Godefridus, Johannes et Philippus, filii ejus, Matillis, uxor ipsius Roberti, et Johanna filia ejus, capti et detenti in prisona regis de Bremble pro morte Alexandri de Byrcholt', invenerint ei duodecim liberos et legales homines de comitatu suo qui eos manucapiant habere coram domino rege in octabis Sancti Hillarii anno etc. xix. responsuros Benedicto de Byrcholt' et Thome de Fresingfeld', qui eos de morte illa appellant, tunc illos Robertum, Godefridum, Johannem, Philippum, Matildem et Johannam illis duodecim tradat in ballium, sicut predictum est; et habeat ibi etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Novembris.

Rex. De provisionibus contra Natale faciendis.—Mandatum est Johanni de Stowe quod non transferat se ad presens de partibus London', set provisionibus domini faciendis in hiis que necessaria fuerint contra instans festum Natalis Domini ibidem intendat prout melius et cautius viderit expedire, intendat.* Teste rege apud Sanctum Albanum, xxvj. die Novembris. Per G. de Craucumb'.†

* Sic in MS.

† This entry and the following entry are cancelled 'quia non habuerunt.'

1234.
[m. 23.] Et mandatum est thesaurario et camerario domini regis quod denarios domini regis, sicut predictus Johannes eis scire faciet et secundum quod inde opus habuerit ad dictas provisiones faciendas, denarios* ei habere faciant. Et cum dominus rex sciverit summam denariorum, litteras suas de liberatione predicte pecunie predictis thesaurario et camerario dominus rex habere faciet. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro Roberto de Briwes.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod distringat omnes illos de ballia sua,* qui arreragia debent Roberto de Briwes de tempore quo fuit vicecomes Norf' et Suff', quod reddant eidem Roberto arreragia predicta ad respondendum inde ad Scaccarium regis. Teste ut supra.

Pro executione testamenti Hugonis Russel.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod, si prior de Asseby et archidiaconus Norhampt' et alii executores testamenti Hugonis Russel sufficientem ei prestiterint securitatem quod respondebunt domino regi ad mandatum suum si idem Hugo debuisset ei aliquid ad Scaccarium regis, tunc de omnibus rebus et catallis, que fuerunt predicti Hugonis et que cepit in manum domini regis, eisdem executoribus liberam dispositionem habere permittat ad executionem testamenti sui faciendam. Teste rege ut supra.

De vasto in foresta de Porstok' per T. de Gorges.—Rex forestario suo de feodo et viridariis foreste de Porstok' salutem. Quia datum est nobis intelligi quod occasione estoverii, quod concessimus dilecto et fideli nostro Thome de Gorges ad focum suum in predicta foresta nostra capiendam,* idem T. facit vastum et exilium predicte foreste nostre; precipimus vobis quod non permittatis decetero quod idem Thomas capiat in predicta foresta ad focum suum nisi tantum modo mortuum boscum. Teste ut supra.

Rex. De gallinis emendis contra Natale.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod emi faciat ad opus domini regis mille gallinas in comitatu suo et eas mitti et cariari faciat usque Lond' liberandas ibidem† Johanni de Stowe, quem dominus rex illuc dimisit ad provisiones regis faciendas contra instantes festivitates Natalis Domini. Et denarios, quos in predictis gallinis emendis et cariandis posuerit, dominus rex ei reddi faciet apud London'. Teste rege apud Sanctum Albanum, xxvij. die Novembris. Per G. de Craucumb'.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus:
Essex' et Hertford', de duobus mille gallinis emendis etc.
Sussex', de mille gallinis emendis etc. Teste ut supra.

Pro Gileberto de Gaunt.—Rex justiciariis suis itinerantibus in comitatu Eboraci salutem. Sciatis quod, si dilectus et fidelis noster G. de Gaunt amerciatus sit coram vobis in itinere vestro in comitatu Eboraci occasione defalte communis summonitionis vel si

* Sic in MS.
† After the word 'ibidem,' the words 'dilecto clerico nostro' have been cancelled.

1234.
[m. 23.] occasione illa esset amerciandus, nos misericordiam illam ei perdonavimus. Et ideo vobis mandamus quod eum inde quietum esse faciatis. Teste rege apud Sanctum Albanum, xxvij. die Novembris.

Pro Willelmo de Mastach.—Eodem modo mandatum est eisdem pro Willelmo de Mastach.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod de custodia maneriorum de Chauvinton' et de Bocherst, que Jordanus de Saukevill' tenuit de honore de Aquila, et quorum custodia extitit in manu Edelyne, quondam uxoris Gileberti de Aquila, eo quod servitium predicti Jordani de maneriis predictis assignatum fuit ipsi Edeline nomine dotis, et que custodia jam ad nos reversa est per mortem ipsius Edelyne; dilecto et fideli nostro Radulfo filio Nicholai, senescallo nostro, qui habet de concessione nostra custodiam terre et heredis predicti Jordani, plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Sanctum Albanum, xxvij. die Novembris.

Insule. Pro Ricardo vicario ecclesie Sancte Marie de Serc.—Rex custodi insularum suarum de Gernes' et aliarum insularum suarum in partibus Normannie salutem. Sciatis quod concessimus dilecto nobis in Christo Ricardo, vicario ecclesie Sancte Marie de Serc, quod de cetero inperpetuum reddantur decime de camparto nostro in eadem insula ecclesie antedicte. Et ideo vobis mandamus quod decimas plenarias de camparto nostro in insula predicta ecclesie memorate reddi de cetero faciatis. Teste rege apud Sanctum Albanum, xxvij. die Novembris.

De terris que fuerunt Simonis le Burgeys.—Rex constabulario de Pevenes' salutem. Quia Johannes Blundus curiam nostram fefellit falso suggerendo quod desponsaverat Aliciam, unicam filiam et heredem Simonis le Burgeis, et ita fraudulenter optinendo litteras nostras de seisina sibi et uxori sue facienda de omnibus terris quas predictus Simon tenuit de nostra castellaria predicti castri, cum predictus Simon, ut dicitur, quandam aliam filiam haberet de prima uxore sua et tertiam de Isabella ultima uxore sua, cum etiam eadem Isabella inpregnata sit de vivo infante de cujus sexu adhuc ignoratur; tibi precipimus quod totam terram predictam capias in manum nostram et salvo custodias donec sciamus qui fuerint heredes predicti Simonis et aliud inde precipiamus, salva tamen predicte Isabelle dote sua que ei assignata est de terra predicta. Teste ut supra.

De turri de Corf reparanda.—Mandatum est ballivo foreste de Blakemor' quod per visum et testimonium viridariorum et forestariorum de ballia sua et per talliam inter te* et ipsos inde factam, habere faciat constabulario de Corf maeremium in foresta de Blakemor' ad turrim de Corf reparandam et ad alias operationes regis quas ei injunxit faciendas. Teste rege ut supra.

* Sic in MS.

1234.
[m. 23.]

De Judeis amovendis de Wicumb'.—Mandatum est vicecomiti Buking' quod non permittat quod aliquis Judeus decetero maneat in villa de Wycumb', set Judeos qui ibidem sunt manentes sine dilatione amoveri faciat; et maneant in aliis villis in quibus prius manere consueverunt. Teste rege apud Herewes, xxviij. die Novembris.

Pro H. de Burgo de denariis receptis de manerio de Kirketon'.—Mandatum est Stephano de Segrave quod quinquaginta et tres libras quas recepit in manerio de Kirketon' de rebus et catallis H. de Burgo, comitis Kancie, per aliquem de suis mittat sine dilatione ad dominum regem. Et, nisi fecerit, mandatum est vicecomiti Leyc' quod ad solutionem predicte pecunie ipsum distringat, ita quod dominus rex pro defectu sui inde non sit perdens. Per Karleolensem.

Pro Editha que fuit uxor Philippi Pollard'.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Monstravit nobis Editha que fuit uxor Philippi Pollard' quod, cum predictus Philippus quondam vir suus mutuo recepisset de Bonefant, Judeo Glouc', quadraginta solidos, idem Judeus jam quinque annis elapsis singulis annis recepit ab eodem Philippo decem et octo solidos nomine usure, idem adhuc petens a predicta Editha, viro suo jam defuncto. Et quia usure predicte sortem excesserunt, ut eadem Editha dicit, vobis mandamus quod, rei veritate inquisita, si inveneritis quod predictus Judeus tantum receperit ultra debitum principale, tunc ipsum Judeum decetero contentum esse faciatis de predictis xl. solidis ei debitis nomine sortis, ita quod eadem Editha per annum reddat eidem Judeo unam marcam donec predictos xl. solidos ei persolverit. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai. Per R. filium Nicholai.

Pro R. Herefordensi episcopo, de layis datis.—Mandatum est Johanni de Monemuth' quod capiat in foresta de Dene quatuor layas et illas habere faciat venerabili patri R. Herefordensi episcopo, de dono regis. Teste rege apud Kenyton', xxix. die Novembris. Per W. de Kirkeh'.

Et mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod predictum Johannem predictas layas capere permittat. Teste rege ut supra. Per eundem W.

Pro priore Sancte Fretheswide Oxonie.—Rex concessit priori Sancte Fretheswide Oxonie quod de triginta et tribus libris, quas debet Copin Judeo Oxonie, et de decem libris, quas debet David Judeo Oxonie, reddat eisdem Judeis tertiam partem debitorum predictorum anno regni etc. decimo nono, videlicet ad Pascha et ad festum Sancti Michaelis, et anno regni etc. vicesimo tertiam partem, et anno regni etc. vicesimo primo tertiam partem ad eosdem terminos, ita quod interim inde cessent usure. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod terminos predictos eidem priori habere et id inrotulari faciant, sicut predictum est. Teste ut supra. Per Karleolensem.

1234
[m. 23.]

Pro Gileberto Basset, de fustis datis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod faciat habere Gileberto Basset quindecim fusta in foresta de Chipeham et quindecim fusta in foresta de Melkesham ad maeremium, de dono regis. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat eidem Gileberto decem fusta in foresta de Savernak' ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra. Per eundem G.

Pro Roberto de Tweng'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terram Roberti de Tweng' in ballia sua, qui debet Leoni, Judeo Eboraci, sexaginta libras ut dicit, quantum valeat per annum in dominicis redditibus, serviciis et aliis exitibus, et extentam illam sub sigillo suo etc. scire faciat justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis apud Westmonasterium in Octabis Sancti Hillarii. Teste ut supra.

Et mandatum est predictis justiciariis quod secundum quantitatem predicti debiti et valorem terre predicte predicto Roberto de predicto debito rationabiles terminos habere faciant. Teste ut supra.

Dominus rex concessit Roberto de la Bruer' illos centum solidos quos prior et canonici de Finnesheved domino regi reddere tenebantur per annum pro essarto bosci de Dodinton', quod rex eis commisit ad firmam usque ad terminum quinque annorum, unde unus annus et amplius jam preteriit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ita fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Kenyton', xxx. die Novembris.

Pro Ricardo de Sandiacr'. De Judeis.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus Ricardo de Sandiacr' quod viginta* sex marcas, in quibus tenetur Leoni, Judeo Eboraci, Peytevin', Judeo Linc', et Isaac, Judeo Notingh', reddat eisdem a Nativitate Domini anno regni nostri decimo nono usque in duos annos proximo sequentes; videlicet, in primo anno ad Pascha tres marcas et xl. denarios, in Nativitate Sancti Johannis Baptiste proximo sequente tres marcas et xl. denarios, in festo Sancti Michaelis proximo sequente tres marcas et xl. denarios, et in Nativitate Domini proximo sequente tres marcas et xl. denarios, et in secundo anno ad singulos terminos predictos tres marcas et xl. denarios usque ad plenariam solutionem totius debiti predicti, usuris interim cessantibus. Et ideo vobis mandamus quod predicto Ricardo terminos predictos ad debitum eorundem Judeorum solvendum habere faciatis, sicut predictum est. Et, si idem Ricardus disseisitus fuerit de terra sua occasione predicti debiti, ipsum inde reseisiri faciatis; ita tamen quod securos faciat vicecomites nostros, in quorum balliis terras suas habet, de terminis predictis fideliter observandas.*

* Sic in MS.

1234.

[m. 23.] *Pro Henrico de Bernavall'.*—Mandatum est custodi manerii de Releg' quod in parco de Releg' habere faciat Henrico de Bernavall', capellano regis, quinque robora ad focum suum cum escaetis et pertinentiis suis, de dono regis. Teste rege apud Keniton', primo die Decembris.

Pro R. Cycestrensi episcopo, domini regis cancellario.—Rex dilecto et fideli suo Roberto le Sauvage salutem. Sciatis quod dedimus venerabili patri R. Cycestrensi episcopo, cancellario nostro, cheverones et planchias et totum aliud maeremium que prostrata fuerunt in foresta nostra de Assedon' tempore Petri de Rivall', ad reparationem domorum ipsius episcopi in maneriis suis. Et ideo vobis mandamus quod totum predictum maeremium eidem episcopo de dono nostro habere faciatis. Teste rege apud Windles', ij. die Decembris.

Pro Philippo de Albiniaco, de quietancia secte comitatuum et hundredorum.—Rex vicecomiti Wilt' salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Philippo de Albiniaco quod, quamdiu manerium de Lavinton' fuerit in manu sua cum filio et herede Willelmi Willelmi* de la Rokele, qui est in custodia sua per preceptum nostrum, nullam faciat sectam ad comitatus et ad hundreda, nec aliquid ab eo exigatur vel capiatur pro auxilio vicecomitis occasione manerii predicti usque ad etatem predicti heredis. Et ideo tibi precipimus quod de tempore quo predictum manerium extitit in manu predicti Philippi et de tempore quo deinceps illud tenebit, ut predictum est, de sectis comitatuum et hundredorum et de auxiliis vicecomitum ipsum Philippum quietum esse permittas. Teste rege apud Rading', iij. die Decembris.

Pro uxore Radulfi filii Nicholai, de bissis et dami[s] datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod in foresta de Shirewude faciat habere uxori Radulfi filii Nicholai tres bissas et quinque damas contra instans festum Natalis Domini de dono regis. Teste rege apud Rading', v. die die* Decembris.

Pro fratribus minoribus Notingham'.—Mandatum est Henrico de Lameleg', custodi haye regis de Lyndeby, quod habere faciat fratribus minoribus commorantibus apud Noting' maeremium de Teyl, quantum necesse fuerit ad stallos suos faciendos, de dono regis. Teste rege ut supra.

[m. 22.] *Pro Galfrido de Lucy, filio G. de Lucy.*—Galfridus de Lucy, filius et heres Galfridi de Lucy, fidelitatem fecit domino regi de feodis quatuor militum que tenere debet de filio et herede comitis Glouc', qui est in custodia regis. Et mandatum est Ricardo de la Lade quod de predictis quatuor feodis militum talem seisinam habere faciant* predicto Galfrido juniori, qualem predictus Galfridus pater suus habuit die quo obiit. Teste ut supra. Per W. de Ral'.

* Sic in MS.

1234.
[m. 22.]

Idem Galfridus similiter fidelitatem fecit domino regi de dimidio feodo unius militis cum pertinentiis in Neweton', quod predictus Galfridus de Lucy pater ipsius Galfridi tenuit de Willelmo Briwer', et cujus feodi servicium assignatum est filiabus et heredibus Willelmi de Braus', que sunt in custodia regis, de portione que eas contingit de hereditate predicti Willelmi Briwer'. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod de predicto dimidio feodo unius militis talem seisinam habere faciat predicto Galfrido juniori, qualem predictus Galfridus pater suus habuit die quo obiit. Teste rege apud Rading', v. die Decembris.

Et mandatum est Ricardo Suward' quod de* omnibus terris et feodis, que predictus Galfridus tenuit de herede predicti comitis in ballia sua, talem seisinam habere faciat eidem Galfrido juniori, qualem predictus pater suus inde habuit die quo obiit. Teste ut supra.

De feris capiendis.—Rex Willelmo May et Willelmo Luvel, venatoribus suis, salutem. Quia datum est nobis intelligi quod fere nostre de foresta de Wauberge, eo quod in ea curritis, per patriam discurrunt ad dampnum nostrum non modicum et ejusdem foreste nostre destructionem; vobis mandamus quod in ea amplius ad presens non curratis. Set, si quid restat capiendum de feris quas in ea capi precepimus, eas capiatis in foresta nostra de La Sauceye.

Et mandatum est Johanni de Nevill' quod feras illas, que restant capiende, in predicta foresta de Sauceye illos capere permittat. Teste rege apud Rading', v. die Decembris.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat J. Bathoniensi episcopo septem damas in foresta de Shelewud' vel in brullio de Ceddr' vel utrobique, de dono regis. Teste ut supra.

Pro comite Bygor'.—Mandatum est constabulario de Porecestr' quod, si B. de Mastac, comes Bigor', et R. de Ramconiyo, dum moram faciunt apud Portesm' expectando transfretationem suam, feras capere voluerint in foresta de Porecestr', libere et sine impedimento id eos facere permittat. Teste rege apud Rading', vj. die Decembris.

Eodem modo mandatum est ballivo Nove Foreste. Teste ut supra.

Pro G. de Graucumb'†.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Pauncehal' faciat habere Godefrido de Craucumb' octo furcas et triginta cheverones ad se hospitandum, de dono regis; et quod faciat etiam habere uxori ipsius Godefridi duas bissas et quinque damas contra instans festum Natalis Domini, de dono regis. Teste ut supra.

De malefactoribus foreste de Bernewud'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod malefactores foreste de Bernewud', quos Johannes de Nevill' in eadem foresta cepit et ei liberari faciet, recipiat et in prisona regis de Aylesbir' salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Rading', vij. die Decembris. Per W. de Ral'.

* Omitted in MS. † Sic in MS.

1234.
[m. 22.]

Pro Gileberto Basset, de damis datis.—Mandatum est Thome de Sanford' quod in foresta regis de Braden' faciat habere Gileberto Basset viginti damas et quinque damos ad parcum suum de Wutton' instaurandum, de dono regis. Teste rege ut supra.

De operationibus in castro Noting'.—Mandatum est Henrico de Lameleg' quod faciat habere constabulario Noting' maeremium sufficiens in haia de Lingleg' ut in cheveronibus, scindulis et aliis ad gradus camere domini regis in castro Notingham cooperiendos, et ad perficiendum appenticium inter aulam regis ibidem et predictam cam̃eram. Teste rege apud Rading', viij. die Decembris.

Pro Bartholomeo de Saukevill'.—Mandatum est constabulario de Windles' quod habere faciat Bartholomeo de Saukevill' quinquaginta cheverones, viginti et quinque gistas et duas pannas in ballia sua ad quandam cameram sibi faciendam in manerio suo de Falele, de dono regis. Teste rege apud Rading', vij. die Decembris.

Pro rege de prestito faciendo.—Mandatum est Willelmo Hardel quod de exitibus cambii domini regis faciat habere thesaurario domini regis centum et duodecim libras de prestito, ad pacationes faciendas servientibus et balistariis regis. Teste rege ut supra.

De quodam fure, quod veniat in curiam de Fayrford'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod venire faciat in curia regis de Fayrford' in crastino sancti Thome Apostoli Henricum de Clune, quem Simon filius Dionisii, captus cum quatuor multonibus furatis, vocavit in eadem curia ad warantum, ut tunc ibi predicto Simoni respondeat de predicta warantia. Teste rege apud Rading', vij. die Decembris.

De mercatoribus arestandis.—Rex majori et vicecomitibus Lond' salutem. Quia datum est nobis intelligi quod ballivi regis Francie Willelmum scissorem nostrum et alios mercatores de terra nostra arestari fecerunt apud Kaleis; vobis precipimus quod omnes mercatores de potestate regis Francie, qui inventi fuerint in civitate nostra London', et qui litteras nostras de conductu non habuerint, cum omnibus rebus et mercandisis suis arestari et salvo custodiri faciatis donec aliud a nobis habueritis mandatum. Ita tamen quod occasione hujus mandati nostri nullus mercator de terra comitisse Flandrie arestetur vel impediatur. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est:—
ballivis Suhampt'.
vicecomiti Norf' et Suff'.
ballivis Bristolli.
ballivis Wintonie.
ballivis Oxonie.
ballivis Linc'.
ballivis Norht'.

1234.
[m. 22.]

ballivis - -	de Norwico. de Lenn'. de Dunewico. de Gernemuth'.

majori et ballivis Eboraci.

vicecomitibus -	Norht'. Linc'. Norf' et Suff'.
vicecomitibus -	Oxonie. Sussex'. Kancie. Glouc'.
vicecomitibus -	Essex' et Hertford'. Norhumbrie. Suhampt'. Devonie.

Eodem modo mandatum est postea singulis vicecomitibus predictis et aliis et etiam predictis baillivis.

Eodem modo mandatum est justiciario Hybernie.

Eodem modo mandatum est:
R. Dunhelmensi episcopo,
J. comiti Cestrie et Hunt',
eo adjecto quod nomina eorum, quos arestari fecerint, et cujusmodi mercandise arestate fuerint et earum quantitatem domino regi scire faciant. Et facta fuerunt ultima brevia xxiij. die Januarii, apud Westmonasterium.

Mandatum est magistro S. de Langet', archidiacono Cantuariensi, quod, si neccesse fuerit et expedire viderit, faciat habere abbati Sancte Radegundis et magistro Philippo de Ardern' denarios de mutuo; et dominus rex ei inde in Anglia satisfaciet. Teste rege ut supra.*

Pro Radulfo de Albiniaco, de manerio de Periton'.—Dominus rex ad cessionem et dimissionem, quam Philippus de Albiniaco de licentia et voluntate domini regis fecit de manerio de Periton' cum pertinentiis, quod habuit de dono regis, ad opus Radulfi de Albiniaco consanguinei sui, cepit homagium ipsius Radulfi de predicto manerio, et relevium suum ei inde debitum dominus rex perdonavit. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod de predicto manerio cum pertinentiis eidem Radulfo plenam sasinam habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro episcopo Dunelmensi, de damis datis.—Mandatum est custodi chacie que fuit comitis Glouc' de Blakedon', quod faciat habere R. Dunelmensi episcopo v. damas in predicta chacia, de dono regis. Teste rege ut supra.

* Cancelled 'quia in patentibus.'

1234.
[m. 22.] *Pro Nicholao de Barbefle.*—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod habere faciat Nicholao de Barbefle duo dolia vini mediocria de vinis domini regis que sunt in custodia sua, pro duobus doliis vini que ab eo mutuo capta fuerunt ad opus domini regis, cum castrum de Merleberg' nuper esset in custodia Petri de Rivall'. Teste rege apud Rading', viij. die Decembris. Per R. filium Nicholai.

Pro Jacobo Huse, de vij. libratis redditus in Chippeham.—Dominus rex concessit, quamdiu ei placuerit, vadletto suo Jacobo Huse pro vadiis suis, que in hospicio regis percipere consuevit, illas septem libratas redditus cum pertinentiis quas Willelmus le Marchant tenuit de rege in capite in Chippeham. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod de predictis septem libratis redditus eidem Jacobo plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Rading', x. die Decembris. Per episcopum Bathoniensem.

Pro W. Karleolensi episcopo, de custodia terrarum et heredum Johannis de Jarpunvill'.—Dominus rex concessit concessit* W. Karleolensi episcopo custodiam terrarum et heredum Johannis de Jarpunvill' simul cum maritagio ipsorum heredum. Et mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi quod predicto episcopo de omnibus terris que fuerunt ipsius Johannis et que sunt in custodia sua† simul cum predictis heredibus plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.‡

Et habet litteras de seisina habenda.

Pro Gileberto Marescallo, comite Penbr', de terra que fuit Gileberti de Aquila.—Rex concessit G. Marescallo, comiti Penbr', totam terram que fuit Gileberti de Aquila cum omnibus pertinentiis suis et forestis, que est in custodia R. le Sauvage. Et mandatum est eidem Roberto le Sauvage quod eidem comiti de predicta terra cum omnibus pertinentiis et forestis et omnibus carucis et instauris domini regis eidem comiti plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Basing', xj. die Decembris.

Et mandatum est Engelardo de Cygoin' quod de terra in Crewell', cum bladis, carucis et instauris et aliis pertinentiis que fuerunt dicti Gileberti de Aquila, eidem comiti plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est.

De scola legum in civitate Lond.'—Mandatum est majori et vicecomitibus London' quod per totam civitatem London' clamari faciant et firmiter prohiberi ne aliquis scolas regens de legibus in eadem civitate, decetero ibidem leges doceat. Et, si aliquis ibidem fuerit hujusmodi scolas regens, ipsum sine dilatione cessare faciant. Teste rege apud Basing', xj. die Decembris.

Pro Andrea Bukerel, de perdonatione.—Dominus rex perdonavit Andree Bukerel, majori Lond', viginti marcas, ad quas amerciatus

---

* Sic in MS.

† 'per preceptum regis' has been cancelled here.

‡ Below the title are written the words 'Postea inde habuit litteras patentes apud Wintoniam v. die Januarii, cum maritagio uxoris predicti Johannis.'

1234
[m. 22] fuit coram justiciariis suis ultimo itinerantibus in comitatu Kancie pro defalta, et quas barones de Scaccario ab eo exigunt per summonitionem Scaccarii regis. Et mandatum est eisdem baronibus quod ipsum Andream de predictis xx. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Kancie quod ipsum Andream de predictis xx. marcis pacem habere permittas,* et averia sua ea occasione capta ei deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne le Gascun.—Mandatum est Willelmo Hardel' quod Johannem le Gascun, quem dominus rex revocavit ad servitium suum, admittat et ei solidos suos habere faciat, sicut eos habere consuevit antequam dominus rex ab eisdem solidis eum fecit amoveri.

Eboracum. De extenta facienda de terra que fuit Thome de Aldeburc.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod per sacramentum legalium et proborum hominum de comitatu suo extendi faciat terram que fuit Thome de Aldeburc et que est in manu Sibille, que fuit uxor ejusdem Thome, cum filio et herede ipsius, quantum valeat per annum in dominicis redditibus, serviciis et omnibus aliis exitibus terre; et extentam illam habere faciat justiciariis domini regis ad custodiam Judeorum assignatis in Octabis Sancte Trinitatis,† anno etc. xix. apud Westmonasterium, sub sigillo suo et sigillis eorum per quos extenta illa facta fuerit. Et mandatum est eisdem justiciariis quod, ex quo extentam illam receperint, rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant predicte Sibille, custodi predicti heredis, de debitis que debet pro herede predicto Josceo de Kancia, Judeo de Eboraco, et Peytevino et Ursello le Esveske,‡ Judeis de Hedon', quorum vadium predicta terra est, ut dicitur. Teste ut supra.

Pro justiciariis Judeorum. Pro Willelmo de Hamton'.—Dominus rex concessit Willelmo de Hamton' de Basingestok' quod de xxvij. marcis, quas debet Josceo le Prestre, Judeo Lond', reddat eidem Josceo per annum quatuor marcas, videlicet ad Pascha duas marcas et ad festum Sancti Michaelis duas marcas; et quod de decem marcis, quas debet Licoricie, que fuit uxor Abrahe de Kancia, reddat eidem Licoricie duas marcas per annum ad terminos predictos; et quod de undecim marcis, quas debet Jacobo, Judeo Cantuarie, reddat eidem Jacobo viginti solidos per annum ad predictos terminos, donec predicta debita eisdem Judeis persolvantur; ita quidem quod interim cessent usure de predictis debitis. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod hoc ita inrotulari et fieri faciant. Teste rege ut supra.

Pro Johanne Coppino.—Rex concessit Johanni Coppino de Basingestok' quod de quinque marcis et dimidia, quas debet Abrahe

---

* Sic in MS.

† The original reading 'Sancti Hillarii' has been successively altered to 'Clausi Pasche' and 'Sancte Trinitatis.'

‡ This name is corrected from 'Biscopo.'

1234.

[m. 22.] Pinche juniori, filio Chere, Judeo Wintonie, reddat eidem Abrae per annum xxiiij. solidos et quinque denarios, videlicet, ad Pascha xij. solidos ij. denarios et obolum, et ad festum Sancti Michaelis xij. solidos ij. denarios et obolum, donec predictum debitum persolvatur; ita quod interim cessent usure de debito predicto. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ita fieri et inrotulari faciant.

Pro Ricardo filio Galfridi de Basingestok'.—Rex concessit Ricardo Galfridi de Basingestok' quod de quatuor marcis, quas debet Elye, filio Chere, Judeo Wintonie, reddat eidem Elye per annum duas marcas, videlicet, ad Pascha unam marcam et ad festum Sancti Michaelis unam marcam, donec etc. ut supra in brevi precedenti. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Dyve.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod demandam, quam facit Willelmo de Dyve de sectis comitatus et hundredi faciendis, ponat in respectum donec idem Willelmus levaverit a languore suo, quo essoniatus est versus Robertum Mauduyt et uxorem ejus et Radulfum Harang' et uxorem ejus in comitatu Oxonie. Teste rege ut supra.

Pro archiepiscopo Cantuariensi, de damis.—Mandatum est Roberto le Sauvage quod faciat habere venerabili patri E. Cantuariensi archiepiscopo, totius Anglie primati, xv. damas in foresta de La Knappe de dono regis. Teste rege apud Werewell', xij. die Decembris.

Pro Emeryco de Sacy.—Mandatum est custodibus vinorum domini regis apud Suhampt' quod habere faciant Emerico de Sacy unum dolium vini de vinis domini regis que sunt in custodia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Michaeli de Columbariis quod habere faciat eidem Emerico decem robora in ballia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Pro G. Marescallo comiti Penbr'.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta de Den' habere faciat G. Marescallo, comiti Penbr', xxv. quercus ad jarruyllium castri sui de Struguill' reparandum, de dono regis. Teste rege apud Clarendon', xiij. die Decembris. Per G. de Craucumb'.

Mandatum est Michaeli de Columbariis quod habere faciat eidem comiti decem capriolas et duos capriolos in ballia sua ad instaurandum parcum suum de Hamsted', de dono regis. Teste ut supra. Per eundem G.

[m. 21.] *Pro reclusa de Bretford'.*—Mandatum est Henrico filio Nicholai quod in foresta de Clarendon' faciat habere recluse de Bretford' duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Clarendon', xiiij. die Decembris.

1234.

[m. 21.] *Pro quadam conversa.*—Rex dilectis et fidelibus suis Josceo filio Petri et Stephano de la Strand' salutem. Mittimus ad vos Matildem presentium latricem, conversam ad fidem Christianam. Vobis mandamus quod ipsam inter alios conversos domus nostre Lond' admittatis, et ipsi sicut uni de aliis conversis predictis neccessaria inveniatis. Teste rege apud Clarend', xv. die Decembris. Per ipsum regem.

Pro Gileberto Basset, de furcis datis.—Mandatum est Michaeli de Columbar' quod faciat habere Gileberto Basset ad se hospitandum apud Uphaven' duodecim furcas in ballia sua. Teste ut supra.

Pro Isenbardo de Fonte.—Dominus rex remisit Isenbardo de Fonte indignationem suam quam erga ipsum concepit pro venatione quam cepit, ut dicitur, in foresta de Rokingham. Et mandatum est Johanni de Nevill' quod propter hoc ipsum Isenbardum non vexet, nec erga ipsum ullam querat occasionem. Teste ut supra.

De majore eligendo in villa Suht'.—Rex probis hominibus suis Suhampt'. Quia Walterus Fortin propter senium et debilitatem suam officium majoris resignavit, sicut quibusdam de vestris nobis referentibus accepimus; vobis concedimus et licentiam damus alium vobis majorem eligendi, talem qui nobis fidelis sit et ville nostre utilis et necessarius, et hoc vobis significamus. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo de Nevill'.—Rex concessit Willelmo de Nevill' quod possit currere in foresta de Clarendon' cum canibus suis ad leporem, vulpem et catum, sicut in ea prius currere consuevit. Et mandatum est ballivo foreste de Clarendon' quod ipsum Willelmum in eadem foresta ad leporem, vulpem et catum currere permittat, sicut predictum est. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro R. Dunelmensi episcopo, de damis.—Mandatum est custodi chacie, que fuit comitis Glouc', de Blakedon', quod habere faciat venerabili patri R. Dunelmensi episcopo tres damas in chacia predicta, de dono regis. Teste rege apud Clarend', xvj. die Decembris. Per Karleolensem.

Pro E. comitissa Sarrisburie.—Mandatum est constabulario Divisarum quod in foresta de Chippeham habere faciat E. comitisse Sarrisburie duas damas, et in foresta de Melkesham duas damas, de dono regis. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro canonicis Sarrisburiensibus, de decimis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod id, quod canonici Sarrisburienses nomine decime, pannagii et aliorum exituum foreste de Savernac temporibus* predecessorum regis regum Anglie et tempore domini regis in eadem foresta percipere consueverunt, eis habere faciat decetero sicut habuerunt† temporibus predictis. Teste rege apud Clarend', xvij. die Decembris.

* Substituted for 'tempore,' and the words 'domini J. regis et aliorum' have been cancelled.

† Substituted for 'habere consueverunt.'

1234.
[m. 21.]

Eodem modo mandatum est constabulario de Windes' de decima foreste de Windes'. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Toeny, de quercubus.—Mandatum est Henrico filio Nicholai quod in foresta de Pauncet' habere faciat Radulfo de Toeny duas quercus, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo Purcel mercatore. — Dominus rex ad instantiam H. de Trublevill', senescalli Wasconie, concessit quod Ricardus Purcel, qui est de terra Johannis de la Lund', viri Elyanore sororis ipsius Henrici, et quem ballivi Suht' arestari fecerunt occasione precepti domini regis quod habuerunt de mercatoribus de potestate regis Francie arestandis, hac vice deliberetur cum omnibus rebus et mercandisis suis cum eo arestatis. Et mandatum est predictis ballivis quod ipsum Ricardum et res et mercandisas cum eo arestatas occasione predicta sine dilatione deliberari faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est ballivis Norht,' vicecomiti Warewici, quod res et mercandisas ipsius Ricardi occasione predicta arestatas sine dilatione deliberari faciant.

Pro Radulfo de Saucey mercatore.—Rex similiter ad instantiam predicti Henrici concessit quod Radulfus de Saucey, qui est de terra Drogonis de Trublevill', fratris ipsius Henrici, et arestatur apud Bristollum occasione predicta, similiter deliberetur. Et mandatum est ballivis Bristolli quod ipsum Radulfum et res et mercandisas suas sine dilatione deliberari faciant. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo Wygnun, preposito de Barbefl'.—Rex ad instantiam ipsius Henrici concessit quod per plevinam ejus naves Willelmi Wyngnun prepositi de Barbefl' et res et mercandise in eis contente, quas ballivi de Portesm' arestari fecerunt in portu suo occasione predicta, deliberentur. Et mandatum est ballivis de Portesm' quod naves ipsius prepositi cum rebus et mercandisis in eis contentis deliberari faciant. Teste ut supra.

Mandatum est Henrico filio Nicholai quod in foresta de Graveling' faciat habere fratribus hospitalis de Wilton' tria robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Dominus rex significavit Willelmo Wyniun quod, licet arestari preceperit in terra Anglie mercatores de potestate regis Francie et res et mercandisas suas, eo quod rex Francie facit arestari in terra sua mercatores de potestate regis, pro bono tamen et fideli servicio suo, quod fecit domino regi et suis, concessit ei quod venire faciat naves suas in potestatem regis cum rebus et mercandisis suis ad negotiandum inde, donec dominus rex id specialiter inhibuerit. Teste ut supra.

De navibus apud Portesm' arestandis.—Rex ballivis suis Portesm' salutem. Mittimus ad vos dilectum et fidelem nostrum Willelmum de Poretot ad seisiandum in manum nostram duas naves, que sunt in portu vestro carcate de catallis inimicorum

1234.
[m. 21.] nostrorum, et ad inbreviandum omnes res et catalla in eis inventa per visum vestrum et aliorum proborum et legalium hominum, et ad arestandum omnes alias naves que fuerint de predictis terris et que applicuerint in eodem portu, cum omnibus rebus et catallis in eisdem navibus inventis. Et ideo vobis mandamus quod, ipsum Willelmum ad hoc admittentes, omnes res et catalla inventa in navibus predictis de consilio ipsius Willelmi salvo custodiri faciatis donec aliud inde preceperimus, ita quod per ipsum Willelmum nobis innotescere possit de rebus et catallis predictis. Teste rege apud Lutegareshal', xviij. die Decembris.

De maeremio ad scindulam, ad domos cooperiendas in castro de Luttegareshal'.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod per visum et testimonium forestariorum et viridariorum regis et per talliam inter eos inde factam, habere faciat custodi manerii de Luttegareshal' maeremium in ballia sua ad faciendum scindulam ad domos regis in predicto manerio cooperiendas, et ad gutteras et gradus ibidem reparandos. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est ballivis foreste de Porecestr'* quod in foresta predicta habere faciant Henrico de Trublevill' quadraginta fusta ad quandam barbecanam inde faciendam, de dono regis. Teste rege apud Sanderford', xix. die Decembris. Per decanum Sancti Martini.

Judei. De extenta facienda de terra Rogeri Tirel.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terram Rogeri Tyrel in ballia sua, que est vadium Jocepini, Judei Bristolli, quantum valeat per annum in dominicis redditibus, serviciis et omnibus aliis exitibus terre, et extentam illam habere faciat justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis in octabis Sancti Hillarii, anno xix. sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit. Et mandatum est justiciariis predictis quod, ex quo extentam illam receperint, rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant eidem Rogero ad debitum, quod predicto Judeo debet, reddendum secundum valorem predicte et quantitatem predicti debiti. Et mandatum est eidem vicecomiti quod catalla predicti Rogeri, que occasione predicta capta sunt in manum predicti Judei, ei sine dilatione deliberari faciat. Teste rege apud Sanderf', xix. die Decembris.

Pro priore de Aundevre.—Rex concessit priori de Aundevr' quod ipse et successores sui habeant in perpetuum singulis septimanis duas carettatas de mortuo et sicco bosco et de spinis in bosco regis de Aundevre ad focum suum, et per visum et liberationem forestariorum domini regis ejusdem foreste. Et mandatum est Michaeli de Columbariis quod predictum priorem duas carettatas sine impedimento capere permittat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

* Substituted for 'de Nova Foresta.'

1234.
[m. 21.]

Pro abbate de Bitlesden'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod permittat abbatem de Bitlesden' habere equas et haratium suum in foresta de Wichewod', sicut habere consuevit antequam rex custodiam ejusdem foreste commiserat; donec dominus rex plenius inquisierit qualiter haratium suum illuc habere debeat, et aliud a rege inde habuerit mandatum. Teste rege apud Rading', xx. die Decembris.

De ballia foreste de Shotovr'.—Rex Thome le Naper salutem. Precipimus tibi quod, dimissa Johanni de Nevill' ballia foreste nostre de Sothovr', cui eam ad voluntatem nostram custodiendam commisimus, ad nos venias nobiscum locuturus. Teste rege apud Windes', xx. die Decembris. Per G. de Craucumb'.*

De ballia que fuit Petri Mimecan.—Dominus rex commisit Johanni de Nevill' balliam illam que fuit Petri Mimecan, custodiendam quousque de predicto Petro fiat quod secundum legem et consuetudinem regni fuerit faciendum de appello pro morte hominis unde appellatus est. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod, assumptis secum forestariis et viridariis et aliis probis hominibus de comitatu suo, accedat usque ad dictam balliam et diligenter videat qualiter vestita fuerit viridi et venatione et in quo statu idem Johannes a Thoma le Naper eam receperit. Et mandatum est eidem Thome quod balliam illam liberet predicto Johanni et ad dominum regem veniat. Teste ut supra.

Judei. Pro Roberto filio Willelmi.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod rationabiles terminos habere faciant Roberto filio Willelmi et Alano fratri suo ad xx. marcas, quibus tenentur Aaron, Judeo Eboraci, ut dicit, reddendas. Teste rege apud Kenyton', xxij. die Decembris.

Pro Thoma de Brithil.—Eodem modo mandatum est eisdem justiciariis de quater viginti et sex marcis, in quibus Thomas de Brithil eidem Judeo tenetur, ut dicitur. Teste rege ut supra.

De maeremio ad operationes castri Divisarum.—Mandatum est constabulario Divisarum quod per visum forestariorum et viridariorum de foresta de Chippeh' capiat maeremium in eadem foresta ad operationes domorum et pontium castri Divisarum, per talliam inter ipsum constabularium et predictos forestarios et viridarios. Teste rege apud Kenyton', xxiij. die Decembris.

Hibernia. Pro Ainselmo Marescallo.—Mandatum est Geroldo de Prendregast quod instaura, catalla et omnia bona, que amoveri fecit de terra Ainselmi Marescalli in Hibernia postquam idem Ainselmus venit ad pacem et fidelitatem regis et rex ipsum in gratiam suam recepit, redditus etiam et obsides, si quos post tempus predictum de terra ipsius Ainselmi cepit, eidem sine dilatione reddi faciat, sciturus quod, nisi fecerit, rex dedit in mandatis M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, quod sine dilatione hoc fieri faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Decembris. Per G. de Craucumb'.

* This entry is cancelled 'Quia aliter proximo inferius,' the marginal title being made to point to the next entry.

1234.

[m. 21.] *Pro Willelmo de Raleg' de damis datis.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Raleg' quatuor damas in foresta de Rokingh', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Decembris.

Inquisitio de Hakenes.—Rex justiciariis suis itinerantibus in comitatu Eboraci salutem. Mandamus vobis quod diligenter inquiri faciatis coram vobis in itinere vestro per sacramentum proborum et legalium hominum, utrum homines nostri de Scalleby aliquando de jure communam habuerint in pastura abbatis de Wyteby de Hakenes, et si eam habuerint de jure quod ad nos pertineat, cujus jure antea eam habuerint, de permissione predicti abbatis et predecessorum suorum vel per unum ballivorum nostrorum, et a quo tempore; et, secundum quod acceperitis per inquisitionem illam, justiciam faciatis exhiberi, ita quod nec nobis nec predicto abbati aliquid juris depereat. Teste ut supra.

De pontibus reparandis.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod sine dilatione reparari faciat omnes pontes super aquas de Aven', Terste et Ichen' in ballia sua, sicut reparari consueverunt tempore domini Johannis regis. Ita, cum dominus rex ad partes illas venerit, liber sibi pateat transitus ad riveandum super riperarias* predictas. Et prohibere faciat ne aliquis riveare presumat per riperaria* illa antequam rex illuc venerit. Teste rege apud Kenyton', xxxj. die Decembris.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Wilt' de pontibus super riperaria* aque de Aven'.

Pro Philippo de Albiniaco, de bissis.—Mandatum est Johanni filio Galfridi quod habere faciat Philippo de Albiniaco duas bissas in foresta de Pikeringes, de dono regis. Teste rege apud Kenynt', xxviij. die Decembris.

Pro Roberto le Herre.—Mandatum est constabulario de Windeles' quod habere faciat Roberto le Herre quandam quercum in foresta de Windles' ad carbonem faciendum ad opus suum, de dono regis. Teste rege apud Kenyton', xxix. die Decembris.

Pro Henrico de Helyun.—Rex dilectis et fidelibus suis W. de Eboraco et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Eboraci salutem. Sciatis quod Henricus de Helyun habet de dono nostro serjantiam illam que fuit Johannis le Poher, et quam Willelmus le Poher clamat versus eundem Henricum per breve de morte antecessoris; et serjantiam eidem Henrico warantizamus. Et hoc vobis significamus. Teste rege ut supra.

Pro rege, de damis capiendis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod Willelmum May et Willelmum Luvel venatores regis, quos rex mittit ad capiendum in foresta de Clive c. damas ad opus regis, ad hoc admittat. Teste rege apud Keneton', xxx. die Decembris.

* Sic in MS.

1234.
[m. 21.] *Pro Willelmo de Bello Campo.*—Rex concessit Willelmo de Bello Campo quod, quamdiu fuerit in servicio regis ad Scaccarium per preceptum regis, ipse et homines sui de manerio de Neuport Paynel sint quieti de sectis comitatuum et hundredorum. Et mandatum est vicecomiti Bedef' et Buk' quod ipsum et homines suos predictos inde quietos esse permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Bello Campo.—Rex concessit per cartam suam Ricardo de Bello Campo pro se et heredibus quod ipse tota vita sua quietus sit de visu franci plegii, quantum ad dominica sua, et de sectis comitatuum et hundredorum et de auxiliis vicecomitis et de summonitionibus faciendis, et quod non ponatur in assisis, recognitionibus vel juratis, sicut plenius continetur in carta regis quam eidem Ricardo inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Buk' et Bedef' quod cartam ipsam in pleno comitatu suo legi, et libertates et quietancias in ea contentas eidem Ricardo teneri faciat sicut predictum est. Teste rege apud Guldeford', xxx. die Decembris.

Pro Johanne de Nevill', filio Galfridi de Nevill'.—Rex concessit Johanni de Nevill', filio Galfridi de Nevill', quod habeat unam feriam singulis annis apud manerium suum de Lesseby duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancte Margarete, nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Rex etiam concessit eidem Johanni quod habeat liberam warennam in dominicis terris suis de Lesseby et Bradel', ita quod nulli liceat warennam illam intrare ad fugandum in ea sine licentia et voluntate ipsius Johannis et heredum suorum super forisfacturam nostram decem librarum, sicut plenius continetur in carta regis quam ei inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod predictam feriam per balliam suam clamari et teneri, et warennam illam similiter ei teneri faciat. Teste rege ut supra.

Pro Rogero Wastehos', de terra extra Scardeburg'.—Rex commisit Rogero Wastehos', servienti suo, ad se sustentandum tota vita sua, unam carucatam terre et dimidiam extra Scardeburg', que fuerunt pertinentes ad domum Sancti Thome ibidem, salvis nobis quatuor solidis et sex denariis per annum qui de terra illa nobis reddi debent in firma ville de Scardeburg'. Et ideo tibi precipimus quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Rogero sine dilatione plenam seisinam habere facias, sicut predictum est. Teste rege apud Gildeford', xxxj. die Decembris.

Rex. Pro quodam canonico eunti in nuntium regis.—Mandatum est Bertramo de Cryoll', constabulario Dovor', quod habere faciat canonico ituro ad partes Francie ad magistrum S. de Langedon' tres marcas vel plus ad expensas suas, si necesse fuerit; et dominus rex denarios illo[s] ei reddi faciet ad Scaccarium in octabis Sancti Hillarii proximo instantis.

1235.

[m. 21.] *De resignatione Galfridi de Doe.*—Rex H. de Pateshull', thesaurario, salutem. Mittimus vobis per Willelmum de Peretot cartam, quam Galfridus de Doe nobis fecit de resignatione et quietancia, quam idem Gaufridus nobis fecit de toto jure suo quod habuit vel habere potuit in manerio de Ofspreng', quod Joldewino de Dowe fratri suo concesseramus, sigillo ipsius Galfridi, quod apud Lond' est ut dicit, in presentia nostra sive Laurencii de Castell' clerici nostri et ipsius Willelmi sigillandam. Et ideo vobis mandamus quod, cum cartam illam penes vos habueritis, sigillatam ut predictum est, tunc eidem Galfrido liberari faciatis centum libras quas ei concessimus pro predictis resignatione et quietancia, unde habetis breve nostrum de Liberate; et cartam predictam penes vos salvo custodiatis usque adventum nostrum post festum Sancti Hyllarii. Teste rege apud Gudeford', ij. die Januarii.

Mandatum est Johanni de Colemere quod habere faciat Matildi de Sumery, vinetrici Guldeford', unum dolium vini Wasconie pro uno dolio vini Wasconie quod rex ab eadem Matilde mutuo cepit in festo Circumcisionis Domini, anno etc. xix. Teste rege apud Waverl', iij. die Januarii.

Mandatum est justiciario Hibernie quod blada et res alias Henrici de Alditheleg' in Hibernia servientes ejusdem Henrici quo voluerint in Angliam ducere, libere et sine inpedimento permittat. Teste ut supra.

[m. 20.] *Pro abbate de Hulton'.*—Rex constabulario suo Novi Castri sub Lima salutem. Scias quod per inquisitionem factam per preceptum nostrum acceperimus quod quedam pars bosci, quam abbas de Hulton' clamat suam esse de dono Henrici de Aldithel' in Ruston', et quam R. quondam comes Cestrie et Linc' inclusit infra parcum predicti castri cum manerium Novi Castri esset in manu sua, est de dominico grangie predicti abbatis de Ruston', et quod predictus comes predictam partem bosci inclusit infra predictum parcum de permissione predictorum abbatis et Henrici. Et quia predictus parcus prostratus est de precepto nostro, tibi precipimus quod eidem abbati de predicta parte bosci talem seisinam habere facias qualem inde habuit antequam esset inclusa infra predictum parcum. Teste rege apud Waverl', ij. die Januarii.

Pro abbate de Waverl'.—Mandatum est Johanni de Venuz quod habere faciat abbati de Waverl' quinque bona robora in foresta de Axiholt' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Waverl', ij. die Januarii.

Quia rex accepit per inquisitionem quam inde fieri precepit quod Robertus de la Cuture non tenetur wardam facere in castro Divisarum, mandatum est constabulario Divisarum* quod ipsum Robertum ad wardam faciendam in castro predicto decetero non distringat. Teste rege apud Waverl', iij. die Januarii.

* The words 'constabulario Divisarum' are substituted for 'vicecomiti Sumerset.'

1235.
[m. 20.] *Hibernia. Pro militibus de Hibernia disseisitis occasione guerre inter regem et R. comitem Marescallum.*—Mandatum est justiciario Hibernie quod omnibus militibus et liberis hominibus* de terra Hibernie de terris et tenementis suis, de quibus disseisiti fuerunt occasione guerre mote inter dominum regem et R. comitem Marescallum post pacem regis clamatam, plenam seisinam habere faciat, salvis domino regi finibus factis cum domino rege pro transgressione sua. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo Pech', de quercubus datis.—Mandatum est Gilberto de Evenl' quod in foresta de Ponber' habere faciat Bartholomeo Pech' quindecim quercus ad se hospitandum apud Syreburn', de dono regis. Teste rege apud Wintoniam, v. die Januarii. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Ricardo Syward' et Philippa uxore ejus.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod permittat Ricardum Suward' et Philippam uxorem ejus habere duas carettatas bosci ad husbot' et heybot' in bosco de Stawud' singulis septimanis usque in xv. dies post festum Sancti Hillarii, anno etc. xix. Teste ut supra.

Pro leprosis de Aulton'.—Mandatum est Johanni de Venuz quod faciat habere leprosis de Aulton' unum robur in ballia sua ad focum suum de dono regis. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro Herberto filio Mathei, de bissis.—Mandatum est Henrico filio Nicholai quod in foresta de Graveling' faciat habere Hereberto filio Mathei tres bissas, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam, vj. die Januarii.

Pro Johanne de Gray, de quercubus.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat Johanni de Gray vij. quercus in ballia sua ad quoddam molendinum faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario de Porecestr' quod habere faciat priori de Suwic' quinquaginta quercus in foresta de la Bere in ballia sua, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam, vij. die Januarii.

Pro Johanne le Butiller.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod, si Johannes le Butiller, captus et detentus in prisona Wintonie, invenerit ei salvos et securos plegios de stando recto si quis versus eum loqui voluerit, tunc ipsum Johannem sine dilatione replegiari faciat; et nomina plegiorum domino regi scire faciat. Teste rege apud Wintoniam, viij. die Januarii. Per Karleolensem.

De maeremio ad operationem in castro Wintonie.—Mandatum est Michaeli de Columbar' quod in bruillio de Digerle faciat habere vicecomiti Suht' maeremium ad quandam novam coquinam faciendam

*The words 'liberis hominibus' are substituted for 'omnibus aliis.'

1235.
[m. 20.] infra castrum Wintonie, ad quandam butilleriam et dispensam faciendam ibidem, et ad quendam pontem turneitium et ad gistas et planchias duarum turellarum et quandam cameram faciendam ultra portam ejusdem castri, ita quod de maeremio, quod ei ad hoc habere fecerit, fiat tallia inter ipsum Michaelem et predictum vicecomitem. Teste rege ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum regis de Eboraco quod viginti dolia vini veteris que sunt in custodia sua de vinis regis *

Judei. De extenta facienda.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terram Roberti de Couel' in ballia sua, que est vadium Isaac de Lond', Belle filie Mirabilis et Puc' filie sue, Judeorum Glouc', quantum valeat per annum in dominicis redditibus et aliis exitibus terre, et extentam illam sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit, habere faciat justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quibus rex mandavit quod, ex quo extentam illam receperint, rationabilem finem et rationabiles terminos eidem Roberto habere faciant ad predictum debitum acquietandum. Teste rege apud Rumes', viij. die Januarii.

De tradendis in ballium.—Quia constat regi per inquisitionem, quam inde fieri fecit, quod Willelmus de la Porte, appellatus de morte Osonne, que fuit uxor Willelmi del Boys, appellatus est morte illa odia† et atya et non eo quod inde culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Devonie quod, si predictus Willelmus invenerit ei xij. liberos et legales homines qui manucapiant eum habere coram justiciariis regis etc., tunc ipsum Willelmum tradat predictis xij. in ballium, sicut predictum est. Teste rege apud Suhampt', x. die Januarii.

Pro magistro Roberto de Oterinton'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in bosco‡ de Pochele faciat habere magistro Roberto de Oterinton' quindecim quercus ad se hospitandum, de dono regis. Teste rege apud Bellum Locum, x. die Januarii.

De nave deliberanda.—Mandatum est ballivis de Portesmuth' quod navem quandam de Barbeflut, que vocatur *Le Mallard* et que applicuit in portu predicto cum peregrinis et tribus militibus de terra regis § ut dicitur, et quam arestari fecerunt occasione precepti regis quod nuper fecit de navibus de potestate regis Francie arestandis, deliberari faciant et sine impedimento abire permittant quo voluerit. Teste rege apud Bellum Locum, xj. die Januarii.

Mandatum est ballivis predictis quod navem Jacobi de Hasting', carcatam vinis et melle et arestatam in portu predicto, eo quod carcari fecit navem ipsam apud Rupellam contra prohibitionem regis deliberari faciant *

* This entry is unfinished and cancelled 'quia in finibus.' † Sic in MS.
‡ Substituted for 'foresta.' § 'Francie' is no doubt omitted here.

1235

[m. 20.] *De nave deliberanda.*—Mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod navem quandam, quam arestari fecit in portu de Brunkes', de terra comitis Pontivi, carcatam alleis et cepe, occasione mandati quod rex nuper fecit de navibus de potestate regis Francie arestandis, deliberari faciat etc. Teste rege ut supra.

Wasconia. Pro Willelmo Ricardi, de terra que fuit Petri de Sancto Errardo in Regula.—Rex commisit Willelmo Ricardi terram cum pertinentiis que fuit Petri de Sancto Errardo in Regula, qui a servitio regis recessit et se tenet cum rege Francie ut dicitur, ad se sustentandum in servitio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Cristeschirch', xij. die Januarii. Per Karleolensem episcopum et G. de Craucumb'.

Habet inde litteras patentes directas omnibus etc. Teste rege ut supra.

De quodam homine invento mortuo in bosco de Brummor'.—Rex vicecomiti Suht' salutem. Venientes nuper usque Brummor' didicimus pro certo quod in bosco de Brummor' quendam hominem de Brummore nomine Ricardum le Noble contigit quandam quercum ruentem oppressisse ad mortem, cujus corpus, cum nollemus inhumatum ibidem jacere quousque per te et coronatores nostros plenior fieret inquisitio de predicta morte secundum legem et consuetudinem terre nostre, precepimus hac veritate inquisita dictum corpus sepeliri. Et ideo tibi precipimus quod occasione predicte sepulture nec homines de Brummore nec villas circumadjacentes graves vel occasiones. Hoc etiam dictis coronatoribus nostris scire facias. Teste rege apud Brummor', viij. die Januarii.

Pro Andrea Blundo vadleto archiepiscopi Dublinensis.—Rex vicecomiti Stafford' salutem. Scias quod concessimus Andree Blundo, vadletto venerabilis patris L. Dublinensis archiepiscopi in Hibernia, quod* non distringatur ad arma capienda et miles fieri. Et ideo tibi precipimus quod occasione precepti nostri quod nuper fecimus, quod omnes, qui de nobis tenent in capite feodum unius militis et plus, arma caperent et se milites fieri facerent, ipsum Andream ad arma capienda et se fieri militem non distringas quamdiu fuerit in servitio predicti archiepiscopi, sicut predictum est. Teste rege apud Clarend'.

Rex. De vinis ad opus regis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod nullo modo omittatis† quin habeat in celario regis apud Westmonasterium centum dolia vini, tam de prisa regis quam de empto, clara ante Purificationem Beate Marie proximo instantem, preter vina regis que nunc sunt in eodem celario. Teste rege apud Lutegareshal',‡ xv. die Januarii.

* Omitted in MS. † Sic in MS. ‡ Substituted for 'Clarendon.'

1235.
[m. 20.] *De malefactoribus foreste.*—Mandatum est vicecomiti Buk' quod malefactores foreste, quos Johannes de Nevill' cepit et ei tradet, ab ipso recipiat et eos imprisonari faciat in prisona de Eylesbir' et salvo custodiri donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Lutegareshal', xvj. die Januarii.

Pro magistro hospitalis Sancti Nicholai de Clarendon'.—Mandatum est ballivis foreste de Clarend' quod habere faciant magistro hospitalis Sancti Nicholai Sarrisburie ad unum rogum faciendum unum robur, de dono regis. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

Mandatum est Michaeli de Columbar' quod in ballia sua per visum viridariorum regis ejusdem ballie faciat habere constabulario regis de Lutegareshal' maeremium ad quandam domum faciendam ultra portam castri de Lutegar', ita quod de maeremio, quod ei ad hoc habere fecerit, fiat talia inter ipsum constabularium et predictum Michaelem, cujus una pars resideat penes ipsum Michaelem et alia penes constabularium. Teste rege apud Merleberg', xvj. die Januarii.

Pro Hugone Paynel, de damis datis.—Mandatum est Thome de Sanzford' quod in foresta de Braden' habere faciat Hugoni Paynel tres damas de dono regis. Teste rege apud Sandelford', xviij. die Januarii. Per Karleolensem.

De Judeis liberandis constabulario Turris London'.—Mandatum est custodi gayole de Newegat' quod Judeos, qui venerunt de Norwico per preceptum regis et qui sunt in prefata gayola, tradi faciat constabulario Turris Lond', cui rex precepit quod illos recipiat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Leycestr'.—Rex perdonavit Willelmo de Leycestr' transgressionem quam nuper fecit apud Suhapton' eiciendo Ricardum de Leycestr', patrem suum, de quodam tenemento in Suhampton', de quo rex prius precepit ipsum Ricardum seisiri, et pro qua transgressione rex ipsum Willelmum capi precepit et inprisonari. Et mandatum est ballivis Suhampton' quod ipsum Willelmum a prisona deliberent. Teste ut supra.

Pro Petro filio Herberti.—Rex licentiam dedit Petro filio Herberti concordandi cum abbate de Sancta Osytha de assisa ultime presentationis, que summonita fuit coram Adam filio Willelmi et Willelmo de Seint Cler et sociis suis per preceptum regis ad recognoscendum quis advocatus tempore pacis presentavit ultimam personam, que mortua est, ad ecclesiam ad ecclesiam* de Huggel'. Et rex hoc significat predictis Adam et sociis ut hoc fieri permittant. Teste ut supra. Per Karleolensem.

De nave deliberanda.—Mandatum est ballivis Suhampton' quod, si Simon Cusyn et Willelmus le Polher, homines de Faversh', probare possint navem, que vocatur *Smaldeling'*, suam esse et quod eam frettaverint mercatoribus de partibus transmarinis, tunc navem illam,

* Sic in MS.

1235.
[m. 20.] quam arestari fecerunt occasione generalis precepti regis de navibus arestandis, predictis hominibus de Faversham deliberari faciant, retentis ad opus regis vinis et mercandisis in ea contentis una cum hominibus qui fuerunt in nave predicta de partibus transmarinis. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro Simone aquario.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus Simoni, aquario nostro, liberationem unius denarii in die quem Johannes de Lesewis, qui mortuus est, percipere consuevit per manum vicecomitis nostri Hereford'. Et ideo vobis mandamus quod liberationem illam eidem Simoni habere faciatis, sicut predictum est. Teste rege apud Wind', xx. die Januarii.

De liberatione. Pro Willelmo de Rading'.—Eodem modo mandatum est eisdem baronibus pro Willelmo de Rading' de liberatione duorum denariorum in die, quos Johannes Skolloc, qui mortuus est, percipere consuevit per manum vicecomitis Essex'. Teste rege ut supra.

Pro Henrico de Noting'.—Eodem modo mandatum est eisdem pro Henrico de Notingham' de liberatione trium obolorum in die, quos Lucas, sumiterius regis, qui mortuus est, percipere consuevit per manum vicecomitis Essex'. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Wancy.—Mandatum est Ricardo de la Lade quod habere faciat Radulfo de Wauncy duos damos et quinque damas in parco de Hunyden', de dono regis. Teste rege apud Kenyton', xxj. die Januarii.

Pro Galfrido Marescallo de damis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat G. Marescallo, comiti Penbr', quinque damos et viginti damas in ballia sua ad parcos suos instaurandos, de dono regis. Teste ut supra.

Et mandatum est Galfrido Esturmy quod occasione mandati, quod rex ei fecit, quod faceret habere eidem comiti v. damos et xx. damas in ballia sua ad parcos suos instaurandos, nullum damum vel damam eidem comiti habere faciat, quia rex precepit constabulario predicto quod illos ei habere faciat. Teste ut supra.

Kancia. De extenta facienda.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terram Ade Rabel in ballia sua, que est vadium Sampsonis, Judei Cantuarie, quantum valeat per annum in dominicis redditibus et aliis exitibus terre; et extentam illam sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit, mitti faciat justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quibus rex mandavit quod, ex quo extentam illam receperint, rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant eidem Ade ad debitum quod debet predicto Sampsoni, Judeo Cantuarie, adquietandum. Teste ut supra.

1235.

[m 20.] *Pro Willelmo de Picheford'.*—Rex commisit Willelmo de Picheford' terram illam cum pertinentiis in Alreton', que fuit Jollani Balu, ad se sustentandum in servitio suo, donec rex eam reddiderit rectis heredibus per pacem vel voluntatem suam. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Januarii.

[m. 19.] *Hybernia. De mercatoribus arestandis.*—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod per totum regnum nostrum Anglie arestari precepimus omnes mercatores de potestate regis Francie, quia idem rex arestari fecit Willelmum, scissorem nostrum, et omnes mercatores de terra nostra inventos in potestate sua. Et ideo vobis mandamus quod vos similiter omnes mercatores de terra et potestate regis Francie in terra nostra Hybernie vel illuc venturos cum omnibus rebus et mercandisis suis arestari et salvo custodiri faciatis, donec aliud a nobis habueritis mandatum; ita tamen quod mercatores de terra comitisse Flandrie non arestentur vel impediantur.

Pro Roberto de Wymundon'.—Rex concessit Roberto de Wymundon' quod de tresdecim marcis, quas debet Elye le Evesk', Judeo Lond', reddat eidem Elye xl. solidos per annum, videlicet ad Pascha xx. solidos et ad festum Sancti Michaelis xx. solidos, donec predictum debitum eidem Judeo persolvatur, ita quod interim cessent usure. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ita fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Januarii.

Pro R. comite Pictavie et Cornubie.*—Rex dilecto et fideli suo Roberto le Sauvag' salutem. Sciatis quod dedimus dilecto fratri et fideli nostro R. comiti Pictavie et Cornubie custodiam terrarum, que fuerunt Johannis de Braus', cum custodia et maritagio heredum ejusdem Johannis, habendam usque ad legittimam etatem ipsorum heredum. Et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris predictis, que extiterunt in custodia vestra per preceptum nostrum, eidem comiti fratri nostro plenam seisinam habere faciatis. Carucas etiam, avenam et ordeum que sunt in eisdem terris, que quidem nondum venduntur, per probos et legales homines appreciari faciatis et per idem precium prefato fratri nostro ea dimittatis. Precium autem illud baronibus nostris de Scaccario scire faciatis, unde nobis respondebit ad predictum Scaccarium nostrum. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est escaetoribus domini regis† de terris que sunt in custodia sua.

De placitis comitatuum Essex' et Hertford'.—Mandatum est Roberto de Lexinton' et Ade filio Willelmi et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Essex', quod omnia placita de comitatu Essex'

* Sic in MS. † Substituted for 'vicecomiti Glouc.'

1235.
[m. 19.] que terminare non poterunt in itinere suo ante instantem quadragesimam, ponant coram se ipsis in comitatu Hertford' simul cum placitis ejusdem comitatus a die Pasche in xv. dies. Teste rege ut supra.

Pro Luca Corbet.—Rex ballivis de Theokesbir' salutem. Sciatis quod volumus quod Lucas Corbet quietus sic hac vice de theloneo dando pro maeremio quod idem Lucas facit cariari per villam nostram de Theok'. Et ideo vobis mandamus quod ipsum de theloneo predicto hac vice quietum esse faciatis, et cum predicto maeremio libere et sine impedimento abire permittatis. Teste rege ut supra.

Pro W. comite de Ferrariis.—Mandatum est vicecomiti Lanc' quod demandam, quam facit W. comes de Ferrariis de custodia facienda castro regis Lanc', ponat in respectum usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xix. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Januarii.

Pro vadleto Hugonis de Vivon' et plegiis suis.—Rex justiciariis suis itinerantibus in comitatu Essex' salutem. Sciatis quod dilectus et fidelis noster Hugo de Vivon' dimisit in partibus transmarinis Walterum de Clifford', vadletum suum, in vadium pro debito quo obligatus est in partibus illis occasione servicii nostri. Qui quidem Walterus occasione retti, quo rettatus fuit in comitatu Essex' de morte hominis, invenit plegios de esse coram justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venirent, inde responsurus. Et quia idem Walterus occasione predicta plegios suos aquietare non potest coram vobis ad presens comparendo, vobis mandamus quod nec ipsum Walterum nec plegios suos inde occasionetis. Teste ut supra.

Pro abbate de Savegny.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod loquelam, que est in comitatu suo per breve regis inter Rogerum de Ledenham petentem et abbatem de Savigny, qui est in partibus transmarinis, tenentem de viij. bovatis terre cum pertinentiis in Benigton', ponat in respectum usque ad proximum comitatum post unum mensem a die Pasche, anno regni etc. xix. Teste ut supra.

De navibus arestatis apud Jernem'.—Mandatum est ballivis de Jernemuth' quod tres naves de Amyens, que sunt in portu suo carcate coreis et aliis mercandisis, arestari faciant sicut inde domino regi volunt respondere, et ne, si per defectum suum evaserint, ad ipsos ballivos rex inde graviter se capere debeat. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Januarii.

Pro abbate Sancti Albani.—Rex concessit abbati Sancti Albani per cartam suam quod ipse et successores sui imperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Wyneslawe singulis septimanis per diem Jovis, et unam feriam in eodem manerio singulis annis duraturam per duos dies, scilicet, in vigilia et in die Sancti Laurencii; nisi mercatum illud et feria illa sint ad nocumentum vicinorum

1235.
[m 19.] mercatorum et vicinarum feriarum. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod predicta mercatum et feriam per totam balliam suam clamari et teneri faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Judei. Pro Bartholomeo de Crek'.—Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Precipimus tibi quod per probos et legales homines de ballia tua extendi facias omnes terras et tenementa Bartholomei de Crek', quantum valeant in dominicis redditibus, servitiis liberorum hominum et aliis proficuis: et extentam illam distincte et aperte factam habere facias justiciariis nostris ad custodiam Judeorum assignatis in octabis clausi Pasche sub sigillo tuo et sigillis eorum per quos facta fuerit, et hoc breve. Mandavimus enim prefatis justiciariis nostris quod, ex quo extentam illam receperint, faciant habere predicto Bartholomeo rationabiles terminos et finem rationabilem de debitis que debet Benedicto Crespin, Mosseo filio ejus, Mosseo filio Jacobi Crespin, Aaron Blundo, Elye Episcopo, Josceo Presbitero, et Salamon, Judeis Lond', secundum valorem predictarum terrarum et predictorum tenementorum et secundum quantitatem debitorum predictorum. Teste ut supra.

Postea mandatur eidem vicecomiti quod non faciat extendi terras Magerie, uxoris predicti Bartholomei, occasione predicta, set terras ipsius Bartholomei tantum. Et justiciariis predictis quod secundum valorem predicte terre ipsius Bartholomei finem et terminos eidem Bartholomeo habere faciant.

Pro W. comite Albemarl'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod cartam domini regis, quam fieri fecit W. de Fortibus, comiti Albemarl', de manerio de Pokelinton', ad predictum Scaccarium legi, inrotulari et teneri faciant. Teste rege apud Sutton', xxx. die Januarii.

Pro rege.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod bulgias, quas penes se habent cum denariis P. comitis Brittannie, liberent Bartholomeo Pecch', deferendas ad regem usque Cantuariam sicut rex eidem Bartholomeo injunxit. Teste ut supra.

Pro sanctimonialibus de Clerkenewell'.—Rex concessit sanctimonialibus de Clerkenewell' quod terre et redditus quos habent de dono Galfridi Blundi, qui quidem fuerunt vadium Judeorum simul cum aliis terris et redditibus qui fuerunt ejusdem Galfridi, imperpetuum sint quieti de invadiatione illa, ita quod residui redditus et terre, qui fuerunt ipsius Galfridi, remaneant vadium debitorum predictorum Judeorum, si ad hoc sufficiant. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos redditus et terras ipsius priorisse de predicta invadiatione quietos esse faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Sutton', xxx. die Januarii.

Pro Willelmo de Cantilupo juniori, de damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Cantilupo juniori octo damas et duos damos in foresta de Rokingham ad parcum suum de Haringwurth' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra. Per J. de Plesseto.

1235.
[m. 19]

Pro Ricardo comite Pictavie et Cornubie.—Rex concessit Ricardo comiti Pictavie et Cornubie omnes balistas et quarellos regis quos habuit apud Cnareburg'. Et mandatum est constabulario de Cnareburg' quod predictas balistas et predictos quarellos eidem comiti habere faciat de dono regis.

Pro Reginaldo de Albamarla.—Rex vicecomiti Devonie salutem. Quia per inquisitionem factam per preceptum nostrum accepimus quod ante preceptum nostrum tibi factum de navibus arestandis in ballia tua, emit Reginaldus de Albamarla quandam navem de Waltero le Estore, mercatore de Leyre, quam arestari fecisti credens eam esse predicti Walteri; tibi precipimus quod navem illam eidem Reginaldo facias deliberari. Teste ut supra.

Pro abbate de Gratia Dei.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere abbati de Gratia Dei viginti fusta in foresta de Den' ad operationem domus sue, que nuper combusta fuit, de dono regis. Teste ut supra.

Pro magistro et fratribus hospitalis Sancti Bartholomei London'.—Rex perdonavit magistro et fratribus hospitalis Sancti Bartholomei London' quinque marcas, ad quas Willelmus de Vyteri talliatus fuit, et quas major et vicecomites London' ab eis exigunt occasione cujusdam domus quam habent de dono ipsius Willelmi in Synethefeld'. Et mandatum est predictis majori et vicecomitibus quod eisdem magistro et fratribus de predictis quinque marcis pacem habere permittant. Teste ut supra.

Pro R. Dunholmensi episcopo, de damis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat R. Dunholmensi episcopo quinque damas in foresta de Savernac ante instantem Quadragesimam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ferrariis.—Rex licentiam dedit Willelmo de Ferariis concordandi cum Rogero de Gunyton' petente et predictum* Willelmum tenentem de quadraginta acris terre et uno mesuagio cum pertinentiis in Wudeham in assisa mortis antecessoris, que inde summonita est coram justiciariis itinerantibus in comitatu Essex'. Et mandatum est eisdem justiciariis quod id fieri permittant. Teste rege ut supra.

Pro Jollano de Nevill', de respectu.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod loquelam que est in comitatu suo de quibusdam libertatibus inter magistrum Milicie Templi in Anglia et Jollanum de Nevill', qui est in servicio regis, ad quasdam inquisitiones faciendas in comitatibus Norhumbrie, Lanc' et aliis comitatibus, ponat in respectum usque ad festum Sancti Petri ad Vincula, anno regis etc. xix. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1235.
[m. 19.] *Pro magistro Milicie Templi in Anglia.*—Mandatum est constabulario de Divisis quod habere faciat magistro Milicie Templi in Anglia duas quercus in foresta de Chippeham ad maeremium inde faciendum ad quoddam molendinum ad ventum, de dono regis. Teste rege apud Faversham, j. d[i]e Februarii. Per G. de Craucumb'.

Pro Amyria que fuit uxor Ade de Gurdon'.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod de terra cum pertinentiis que fuit Ade de Gurdon' in Tysted' et Seleburn', talem seisinam habere faciat Amyrie, que fuit uxor predicti Ade, usque ad plenam etatem Ade primogeniti filii sui, qualem inde habuit antequam inde disseisita fuit per preceptum regis. Teste ut supra.

Pro Mabilia que fuit uxor Rogeri de Torpellis.—Rex vicecomiti Cantebrigie salutem. Quia venerabilis pater L. Dublinensis archiepiscopus non assignavit, sicut ei sepius injunximus, Mabilie que fuit uxor Rogeri de Torpellis, rationabilem partem suam que eam contingit nomine dotis de feodis militum que tenentur de manerio de Hengston', quod est in custodia ipsius archiepiscopi de concessione nostra; tibi precipimus quod, in pleno comitatu tuo, facta diligenti inquisitione quot et que feoda tenentur de predicto manerio, assignes eidem Mabilie inde rationabilem partem suam que eam contingit nomine dotis, injungens ex parte nostra hiis qui feoda illa tenuerint, que ad partem suam fuerint assignata, quod de servitio suo predicte Mabilie tamquam domine sue ad vitam suam de cetero sint intendentes. Teste ut supra.

Pro H. Elyensi episcopo.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat venerabili patri H. Elyensi episcopo quadraginta quercus in parco de Brikestok' sparsim per loca, ubi ad minus nocumentum ipsius parci et competentius ad commodum ipsius episcopi capi poterunt, ad operationem turris sue Elyensis, de dono regis. Teste rege apud Cantuariam, ij. die Februarii. Per W. de Kirkeham.

Pro comite Kancie, de manerio de Leylaund'.—Rex reddidit Huberto de Burgo, comiti Kancie, manerium de Leylaund' cum bladis, carucis et omnibus aliis instauris que rex in eodem manerio habuit die Purificationis Beate Marie, anno etc. xix. Et mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi, escaetoribus regis, quod eidem comiti de predicto manerio cum bladis, carucis et omnibus aliis instauris in eo inventis, sicut predictum est, plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Cantuariam, iij. die Februarii.

Pro quodam mercatore Rothomagensi.—Mandatum est majori et vicecomitibus London' quod Johannem de Vico Belvacensi, mercatore Rothomagensi, qui nuper venit Lond' cum loricis et aliis armis venalibus et quem arestarunt occasione precepti regis quod eis fecit de mercatoribus de potestate regis Francie arestandis, sine dilatione deliberent et liberum abire permittant, accepta tamen securitate ab eodem quod omnia arma ferrea et alia que perquirere poterit in

1235.
[m. 19.] partibus transmarinis, deferet in Angliam vendenda et quod non advocabit aliqua arma nisi sua propria sive Reginaldi le Hauberger' de London'. Teste ut supra.

Pro Alicia que fuit uxor Ade de Trublevill'.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wauberge habere faciat Alicie, que fuit uxor Radulfi de Trublevill', unam damam de dono regis. Teste rege apud Cantuariam, v. die Januarii.

Pro civibus Wygornie, de perdonatione.—Rex perdonavit civibus suis Wygornie centum marcas, ad quas amerciati fuerunt coram rege anno etc. xvij. quia permiserunt Ricardum Marescallum, comitem Penbr', et quosdam alios magnates ingressum habere in villam suam ad colloquium ibidem habendum contra preceptum regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eos de predictis centum marcis quietos esse faciant. Teste rege apud Cantuariam, vj. die Februarii. Per R. filium Nicholai.

Pro Jacobo Haket, de batello.—Mandatum est ballivis de Sandwico quod batellum Jacobi Haket, mercatoris de Whytsaund', qui est de terra comitisse Bononie, quem arestari fecerunt in portu suo occasione mandati regis quod eis fecit de navibus vacuis arestandis in portu suo, sine dilatione deliberari faciant et sine impedimento abire quo voluerit. Teste ut supra.

Pro Gilberto Basset, de perdonatione.—Rex perdonavit Gilberto Basset sex marcas et dimidiam, quas barones de Scaccario ab eo exigunt per summonitionem Scaccarii regis de debito Alani Basset patris sui pro tribus scutagiis, videlicet, pro scutagio exercitus Pictavie tres marcas, pro scutagio exercitus de Kery viginti solidos, et pro scutagio de Elveyn duas marcas. Et mandatum est predictis baronibus quod ipsum Gilbertum de predictis sex marcis et dimidia quietum esse faciant. Teste rege apud Cantuariam, vj. die Januarii.

Pro Willelmo de Monte Acuto, de perdonatione transgressionis foreste.—Rex perdonavit Willelmo de Monte Acuto transgressionem quam fecit capiendo una damam in foresta regis de Blakemor' sine licentia regis. Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Sumers' quod ipsum Willelmum de predicta transgressione non occasionent in itinere suo. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod ipsum Willelmum occasione predicta non gravet vel occasionet. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo, quod Judei maneant apud Berchamsted'.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus dilecto fratri et fideli nostro R. comiti Cornubie quod apud Berchamsted' sint Judei manentes et ibidem habeant archam in qua reponantur cyrographa et tallie, sicut fit apud London' et alibi in terra nostra, non obstante prohibitione nostra nuper facta ne Judei alicubi manentes essent nisi ubi manere consueverunt. Et ideo vobis mandamus quod hoc fieri faciatis. Teste rege apud Dovor', vij. die Februarii. Per W. de Ral'.

* *Sic* in the margin.

1235.

[m. 19.] *Pro Martino* Marc de Argent.*—Rex ballivis de Lenn' salutem. Quia protestatum est coram nobis quod Martinus* Marc de Argent mercator est de terra comitis Pontif' et manens apud Abbevill', vobis precipimus quod omnes res et catalla ejusdem, que nuper arestari fecistis occasione mandati nostri quod vobis fecimus de mercatoribus de potestate regis Francie et eorum rebus et catallis arestandis, ei reddi faciatis et eundem de rebus et catallis suis predictis pro voluntate sua disponere permittatis. Teste

Pro Gileberto Basset.—Mandatum est constabulario castri Divisarum quod, si Gilebertus Basset non habuerit in foresta de Melkesham' xv. quercus, de quibus preceptum habuit, tunc loco eorum faciat ei habere xv. quercus in foresta de Chipeham'. Teste rege apud Dovor', viij. die Februarii.

Pro baronibus de Quinque Portubus, de perdonatione.—Rex perdonavit baronibus suis de Quinque Portubus amerciamenta, ad que amerciati fuerunt in primo itinere justiciariorum post guerram coram venerabili patre B. quondam Roffensi episcopo et sociis suis apud Bermundes', et que amerciamenta ab eis exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis amerciamentis ipsos quietos esse faciant. Teste rege apud Dovor', ix. die Februarii.

Pro Roberto de Quency.—Quia rex intellexit per inquisitionem factam per preceptum regis quod Robertus de Quency, filius Saeri de Quency comitis Wintonie, fuit in seisina manerii de Coln' cum pertinentiis de dono predicti Saeri patris sui, et quod similiter fuit in seisina manerii de War' de dono matris sue in vita matris sue predicte; mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi, escaetoribus regis, quod eidem Roberto de predictis maneriis cum pertinentiis plenam seisinam habere faciant, salvo jure cujuslibet.

[m. 18.] *De vinis deliberandis.*—Mandatum est ballivis Suhampt' quod vina Edmundi de Nonettis et Galfridi de Sancto Philebert, qui habent litteras regis de conductu, que discarcata sunt et arestata in villa sua occasione precepti regis quod eis fecit de mercatoribus de potestate regis Francie et mercandisis suis arestandis, eis sine dilatione deliberari faciant. Teste rege apud Dovor', ix. die Februarii.

Pro Hamone de Crevequoer.—Hamo de Crevequoer finem fecit cum domino rege pro habenda custodia terre et heredis Thome de Camvill', qui de rege tenuit in capite. Et mandatum est Willelmo Lungesp' quod de terra cum pertinentiis, que fuit ejusdem Thome in Godindon' et que est in manu sua, eidem Hamoni sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Cantuariam, x. die Februarii.

* 'Martino,' 'Martinus,' are substituted for 'Waltero,' 'Walterus.'

1235.
[m. 18.] *Pro Willelmo de Martiwast, de quadragesima percepta in Garderoba.*—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod quadragesimam nostram de comitatibus Norf' et Suff', Cantebrigie et Huntind', Bukingh', Bedeford', Rotel', Norhampt', War' et Leic', que fuit in custodia Willelmi de Martiwast in castro nostro Norht' per preceptum nostrum dum idem Willelmus fuit vicecomes Norht', recepimus in Garderoba nostra per manum Petri de Rivall', dum fuit thesaurarius noster. Et ideo vobis mandamus quod de demanda, quam facitis predicto Willelmo de predicta quadragesima predictorum comitatuum, pacem ei habere faciatis. Teste ut supra.

De mercatoribus deliberandis.—Rex majori et vicecomitibus suis London' salutem. Sciatis quod ad petitionem baronum nostrorum de Quinque Portubus concessimus quod omnes mercatores de Ambianis, qui se tenent in monasterio apud London' vel alibi latent vel detenti sunt occasione precepti nostri quod nuper fecimus de mercatoribus de potestate regis Francie arestandis, salvo et sine inpedimento recedant a terra nostra et cum rebus et mercandisis suis, si voluerint, redeant ad partes suas. Et ideo vobis mandamus quod predictos mercatores de Ambianis a terra nostra recedere et sine impedimento abire permittatis. Teste rege ut supra.

Pro abbate sancte Radegundis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod in bosco de Mereden' faciat habere abbati Sancte Radegundis viginti quercus ad dormitorium suum faciendum, de dono regis. Teste rege apud Cantuariam, xj. die Februarii. Per W. de Kirk'.

De mercatoribus deliberandis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod omnes mercatores de Ambianis et alios, qui occasione precepti regis ei facti de mercatoribus arestandis de potestate regis Francie arestati sunt, tam apud Dovor' et Cantuariam quam alibi in ballia sua, libere cum mercandisis suis abire permittat quo voluerint, [una cum aliis mercatoribus qui modo sunt ibidem arestati].* Teste rege apud Cantuariam, xj. die Februarii. Per R. filium Nicholai.

Memorandum quod mercatores de Ambianis specialiter deliberantur quia barones de Quinque Portubus manuceperunt coram domino rege quod, si forte Willelmus, scissor domini regis, redemptus fuerit pro trescentis libris, idem barones dictam redemptionem acquietabunt.

Pro abbate de Faversham.—Mandatum est constabulario castri de Tunebrug' quod habere faciat abbati de Faveresham x. quercus in foresta de Tonebrug' ad bordum faciendum ad capellam suam Sancte Marie in abbatia sua lambruscandam, de dono regis. Teste rege apud Faveresham, xij. die Februarii.

Pro quadam muliere visu orbata.—Rex concessit Helene filie Andree de Faversham, que visu orbata est, quod in hospitale de Osspring' recipiatur, ibidem Deo servitura tamquam soror ejusdem hospitalis. Et mandatum est custodi predicti hospitalis quod ipsam in predictum hospitale admittat et sicut aliis sororibus ibidem neccessaria inveniat. Teste rege ut supra.

* The words between brackets are struck out.

1235.
[m. 18.]

De navibus deliberandis.—Mandatum est ballivis portus de Portesmut' quod duas naves de Dunewico, quas Ricardus de Walbereswic' et Augusinus Balle ducunt et que carcate fuerunt allece et nunc, ut dicitur, inde sunt discarcate, et quas arestaverunt in portu suo occasione precepti domini regis nuper eis facti de navibus arestandis, deliberari faciant et ad partes suas de Dunewico redire permittant, accepta prius securitate a predictis Ricardo et Augustino quod alibi cum navibus ipsis non divertent quam ad portum de Dunewico. Teste rege apud Rofam, xiij. die Februarii.

Eodem modo scribitur ballivis Suthampt' pro duabus navibus de Dunewico, quas Willelmus Rote et Willelmus Dionis' ducunt.

Pro Waltero Mar', de manerio de Twyford'.—Rex commisit Waltero Mar' manerium de Twyford' cum pertinentiis ad se sustentandum in servitio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Buk'* quod eidem Waltero de predicto manerio cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Sutton', xiiij. die Februarii.

Pro Nicholao le Stalkere.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta de Dene habere faciat Nicholao le Stalkere duas quercus, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Februarii. Per G. de Craucumb'.

Pro Hugone de Viron'.—Rex commisit Hugoni de Vivon' manerium de West† kinton' cum pertinentiis ad se sustentandum in servitio regis quamdiu regis placuerit. Et mandatum est vicecomiti Wilt'‡ quod eidem Hugoni de predicto manerio cum pertinentiis et cum bladis et bobus et aliis instauris in eo inventis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro baronibus de Wincheles', de quarellis.—Mandatum est constabulario Turris London' quod de quarellis regis qui sunt in custodia sua in predicta Turri, faciat habere Paulino et Godefrido, baronibus de Wincheles', tria miliaria quarellorum deferenda ad partes suas ad negotia regis inde facienda. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Februarii. Per G. de Craucumb'.

Pro Johanne Biset, de damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Johanni Byset sex damas et unum damum in foresta de Retchirch'§ ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra. Per

De vinis retinendis ad opus regis.—Rex ballivis suis Suhampton' salutem. Precipimus vobis quod de vinis que de novo venerunt usque Suhampt', eligi faciatis ad opus nostrum quadraginta dolia vini de

* 'Vicecomiti Buk'' is substituted for 'Warnero Engeyne.'
† 'West' is substituted for 'North.'
‡ 'Wilt'' is substituted for 'Glouc'.'
§ Substituted for 'La Newechirch.'

1235.
[m. 18.] melioribus vinis et ea appretiari et retineri; et de vinis Odini de Nonetis, de quibus retinuistis ad opus nostrum sexdecim dolia vini, retineatis adhuc quatuor dolia de melioribus vinis suis, ita quod habeatis de vinis suis in universo viginti dolia, et postea permittatis ipsum Odinum de vinis suis residuis facere quod voluerit. Vos autem, retentis predictis quadraginta doliis que recenter venerunt, et quatuor doliis similiter predicti Odini, ea in celario nostro reponi et salvo custodiri faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Februarii.

Pro monialibus de Straford'.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat monialibus de Stratford' quinque robora in forinseco bosco regis de Havering' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Februarii.

Pro Radulfo Bernardi, de damis.—Mandatum est Ade filio Willelmi quod habere faciat Radulfo filio Bernardi duos damos et sex damas in parco de Ralegh' ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Joanna regina Scocie.—Rex concessit sorori sue Joanne regine Scocie quod manerium de Stanton', quod est in manu sua de concessione regis, quietum sit de sectis comitatuum et hundredorum et auxiliis vicecomitis quamdiu predictum manerium fuerit in manu predicte regine. Et mandatum est vicecomiti Huntind' quod manerium predictum de sectis et auxiliis predictis quietum esse permittat. Teste ut supra.

Pro Amaurico de Sancto Amando.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod permittat quod Amauricus de Sancto Amando libere et sine impedimento bladum suum quod habet in Hibernia duci faciat usque in Angliam. Teste ut supra.

De mercatoribus deliberandis.—Mandatum est majori et vicecomitibus London' quod, non obstante mandato regis quod eis fecit de mercatoribus de potestate regis Francie arestandis cum rebus et mercandisis suis, Vicencium de Caudebech et Willelmum de Lundeners, quos occasione predicta fecerunt arestari, libere et sine impedimento cum hominibus et rebus suis quo voluerint abire permittant. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Februarii. Per G. Marescallum.

Pro heredibus Briani de Insula.—Quia rex fieri precepit heredibus Briani de Insula seisinam de terris et tenementis que fuerunt ipsius Briani, mandatum est vicecomiti Essex' quod de dimidia marcata redditus cum pertinentiis, que fuit predicti Briani in Hausted' et de qua idem B. seisitus fuit die obiit,* heredibus ipsius Briani plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Rex. De vinis retinendis ad opus regis.—Rex ballivis suis Suhampton' salutem. Precipimus vobis quod duas naves, que nuper venerunt apud Suhampt' carcatas vinis, et omnes alias naves vinis carcatas que postea ibidem applicuerint, visis litteris istis, arestari

* Sic in MS.

1235.
[m. 18.] faciatis ad opus nostrum, videlicet, tam illa vina que discarcata fuerint, ubicumque reposita fuerint, quam illa que non sunt discarcata, et ea salvo custodiri faciatis in eodem statu in quo ea inveneritis; ita quod vina illa que sunt discarcata remaneant discarcata, et que non sunt discarcata ita remaneant quod non discarcentur quousque dilectus clericus noster J. de Colemere ad vos venerit vel certum nuntium suum ad vos destinaverit de voluntate nostra vos inde plenius certificaturus. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Februarii.

Pro monachis de Hathfeld'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod occasione mortis Stephani quondam prioris de Hatfeld', cui rex commisit manerium de Hathfeld' pro centum libris per annum, manum non mittat ad manerium predictum; quia rex vult quod monachi de Hathfeld' manerium illud teneant usque ad festum Sancti Michaelis, anno regni etc. xix. sicut predictus prior illud tenuit per predictas centum libras. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est escaetoribus regis. Teste ut supra.

Foresta. Pro hominibus de comitatu Leic'.—Rex per cartam suam concessit probis hominibus de comitatu Leic' quod partes ille de ipso comitatu Leic' que hucusque fuerunt in foresta regis, deafforestetur* et tam in bosco quam in plano deafforestate remaneant et imperpetuum quiete de omnibus que ad forestam pertinent, sicut plenius continetur in predicta carta regis eis inde confecta. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod in pleno comitatu suo predictam cartam legi faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Februarii.

Et mandatum est Hasculfo filio Petri de Athelakest' quod de predictis partibus predicti comitatus, que in custodia sua fuerunt dum fuerunt in foresta, in nullo decetero se intromittat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Roteland', de carta legenda et tenenda. Teste ut supra.

De navibus Gernem' deliberandis.—Mandatum est ballivis Suthampt' quod sex naves de Gernem' et duas de Dunewico quas arestaverunt in portu suo occasione precepti sui de navibus arestandis, deliberari faciant; ita quod, si naves ille fuerint magne et alie quam piscaritie, accepta prius securitate ab illis qui naves ipsas ducunt, quod directe tendent ád partes suas et alibi quam ad portum suum de Gernem' et de Dunewico non divertent sine licentia regis. Teste ut supra.

Pro Rogero la Zuch'.—Mandatum est Ricardo de Wroth' quod in foresta de Brug' Walteri habere faciat Rogero la Zuch' duos damos et octo damas ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Februarii.

Pro hominibus de Ossprìng'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod nullam consuetudinem capiat vel capi permittat ab hominibus

* Sic in MS.

1235.
[m. 18.] de Osspring' pro pane suo quem fieri faciunt, nisi solummodo pro pane suo venali et quem exponent venditioni. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Februarii.

De quibusdam mercandisis ad regem deferendis. — Mandatum est ballivis Cantuarie quod trussellum pannorum de serico et aliarum mercandisarum, quas Bernardus de Salet emit ad opus regis in nundinis de Legny per preceptum regis, quem arestari fecerunt, latori presentium sine omni impedimento, statim visis litteris istis, deliberari faciant deferendum ad regem. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Februarii. Per W. de Kirkeham.

Et mandatum est ballivis Roffe quod, cum predictus Bernardus vel nuntius suus per villam suam transitum fecerit cum mercandisis predictis, ipsum libere et sine impedimento transire permittant. Teste ut supra.

Pro Rogero de Quency, de damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Rogero de Quency duos damos et sex damas in foresta de Wauberg' ad parcum suum de Suho instaurandum, de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

De provisionibus contra Pascha.—Rex ballivis de Rading' salutem. Mandamus vobis rogantes quatinus, sicut honorem nostrum diligitis, emi faciatis in villa vestra quindecim boves et viginti multones crassos ad opus nostrum, et eos usque Pascha proximo venturum salvo custodiri, ita quod die Mercurii in septimana Pasche eos habeatis apud Westmonasterium per aliquos de vestris liberandos ibidem dilecto clerico nostro Johanni de Stowa, qui tam de pretio quam de custodia et alio custo eorundem vobis ibidem satisfaciet de precepto nostro. Taliter igitur vos intromittatis quod grates vobis inde scire debeamus. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Februarii.

Eodem modo mandatum est:—

ballivis de Dorkecestr' de tribus bobus,
ballivis de Abbendon' de quindecim bobus et viginti multonibus,
ballivis de Aylesbir' de quinque bobus,
ballivis de Dunestapl' de quinque bobus et viginti multonibus,
ballivis Norht' de viginti bobus et viginti multonibus,
ballivis de Tam' de tribus bobus,
ballivis de Wycumb' de sex bobus,
ballivis Sancti Neothi de quinque* bobus,
ballivis de Bamebir' de quindecim bobus, xx. multonibus,
ballivis Sancti Albani de v. bobus,
ballivis Huntind' de x. bobus,
ballivis Cantebrigie de x. bobus,
ballivis Bedeford' de v. bobus,
ballivis Wilton' de xx. bobus,
ballivis Wyntonie de xx. bobus et xl. multonibus.

Memorandum quod revocate sunt iste provisiones apud Abbendon', ij. die Aprilis.†

* Substituted for 'tribus.'

† This note is in the margin.

1235.

[m. 18.] *Rex. De quadam coga Suhampt'.*—Mandatum est Waltero le Flemmeng quod cogam suam que nuper venit apud Suhampton' carcata vinis Andegavie, cum quanta poterit festinatione venire faciat apud Lond' ad opus regis, et de pretio vinorum illorum, prout valebunt cum illuc venerint, dominus rex ei satisfaciet. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Februarii.

[*Rex.*] *De vinis cariandis.*—Mandatum est ballivis regis Suhampt' quod de vinis que dominus rex nuper fecit retineri apud Suhampt' per litteras regis eis inde directas, sine dilatione fieri faciant cariagia per loca illa ad opus regis, que continentur in litteris regis super hoc eis transmissis, ita quod ea in proximo adventu suo tam apud Wudestok' quam in aliis locis rex invenire possit. Teste ut supra.

Pro Daniele le Bretun.—Mandatum est ballivis portus Portesm' quod, non obstante mandato etc. de navibus arestandis, navem Danielis le Bretun carcari peregrinis et transfretare permittant hac vice, proviso tamen quod nullus inimicorum regis in ea transfretet. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Februarii.

Pro Petro de Dunolmo clerico.—Rex ad resignationem H. de Cornhull', cancellarii Sancti Pauli Lond', dedit Petro de Dunolmo prebendam quam idem cancellarius habuit in capella Rogeri de Brug', et que ad regis spectat donationem. Et mandatum est constabulario de Brug' quod in possessionem ipsius prebende ipsum inducat. Teste ut supra.

De quadam nave que vocatur La Tramee.—Mandatum est ballivis Suhampton' quod navem que vocatur *La Tramee*, que duxit hernesium Nicholai de Molis, arestata in portu predicto, quia protestatum est per eundem Nicholaum coram domino rege quod non est de potestate regis Francie set de insula regis de Gerner', libere et sine impedimento abire permittant quo voluerit. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Februarii. Per G. de Craucumb'.

Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta de Den' habere faciat venerabili patri R. Cycestrensi episcopo, cancellario suo, sex quercus ad domos Ricardi de Blocheston', que sunt in custodia sua, reparandas, de dono. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Februarii.

Pro hominibus episcopatus Lincolniensis.—Quia dominus rex non vult quod homines de terris et maneriis episcopatus Lincolniensis nimis graventur de tallagio quod super maneria predicta assideri precepit per Radulfum de Warevill' et Johannem de Burgo; mandatum est eidem Radulfo et Johanni quod tallagium illud rationabiliter assideri faciant, ita quod homines predicti nimis se non sentiant inde gravatos. Teste ut supra. Per J. Bathoniensem episcopum.

1235.
[m. 18.]

Pro Roberto de Amenevill'.—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam a te fieri fecimus, quod Robertus de Amenevill' libere et sine impedimento cepit de bosco suo de Betthun', dum vixit, et capere potuit ad usus suos pro voluntate sua sine visu et liberatione forestariorum; tibi precipimus quod non impedias Nicholaum de Oxehaye et Willelmum de Putot, qui habent in uxores duas filias et heredes predicti Roberti, quin libere et sine impedimento estoverium suum in bosco predicto de Betthun' capere possint ad usus suos sine visu et liberatione forestariorum, sicut predictus Robertus cepit et capere consuevit dum vixit. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Februarii.

Pro comite Kantie, de manerio de Meleburn'.—Rex reddidit Huberto de Burgo comiti Kantie manerium de Meleburn' cum pertinentiis, quod prius habuit de dono regis. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod de manerio predicto cum pertinentiis eidem comiti sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro W. Karleolensi episcopo, de fustis.—Mandatum est constabulario de Windes' quod in foresta de Windesor' habere faciat W. Karleolensi episcopo sex fusta ad planchias inde faciendas, de dono regis. Teste rege apud Strafford', j. die Marcii.

De navibus deliberandis.—Mandatum est ballivis de Portesm' quod duas naves Ricardi filii Ranulfi de Barbefl', quas arestari fecerunt occasione precepti regis de navibus arestandis, sine dilatione deliberari faciant et ipsas quo voluerint sine impedimento ire permittant. Teste ut supra.

De mercatoribus et navibus deliberandis.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod omnes mercatores, sive sint de potestate regis Francie sive aliunde, qui arestati sunt Lond' per preceptum regis, cum navibus, hominibus mercandiis, et omnibus rebus suis ubicumque sint, in ecclesia vel extra, sine dilatione et absque omni impedimento libere recedere et ire quo voluerint permittant; et ita per totam civitatem illam clamari faciant. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis:—

de Lenn',	de Novo Castro super Tinam,	
Bristolli,	majori et civibus Linc',	
Eboraci,	Suhampt',	
de Beverlaco,	Dertesm',	
Grimesby,	Lincoln',	Wigornie,
Wintonie,	Stanford',	Waterford',
Gernemuth',	Norwici,	Portesm',
Norht',	Gyppewici,	

eo excepto quod non fit mentio de navibus in litteris directis ballivis, ubi non sunt portus.

1235.

[m. 17.] *Pro E. Cantuariensi archiepiscopo, de custodia episcopatus Roffensis.*—Rex vicecomiti Cantie. Scias quod concessimus venerabili patri E. Cantuariensi archiepiscopo quod habeat seisinam episcopatus Roffensis vacantis et omnium terrarum ad eundem episcopatum pertinentium, salvo jure nostro et omnium aliorum, si qui in custodia predicti episcopatus jus sibi vendicent. Et ideo tibi precipimus quod de predicto episcopatu vel de aliquibus terris et possessionibus ad eundem episcopatum pertinentibus in nullo te intromittas; et, si quid inde cepisti vel amoveri fecisti, id eidem archiepiscopo reddi facias. Teste rege apud Stratford', j. die Marcii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Norf' et Suff'.

Pro priorissa de Strafford'.—Rex perdonavit priorisse de Stratford' quatuordecim solidos et quatuor denarios, qui ab ea exiguntur per summonitionem Scaccarii de quadragesima mobilium suorum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam inde quietam esse faciant. Teste ut supra. Per H. de Burgo, comitem Kantie.

Pro Ernaldo capellano Philippi de Albiniaco.—Mandatum est ballivo foreste de Chippeham quod habere faciat de dono regis Ernaldo capellano Philippi de Albiniaco quoddam fustum in eadem foresta ad maeremium inde faciendum. Teste ut supra. Per W. de Kirkeham.

Pro abbate de Strafford', de perdonatione.—Rex perdonavit abbati de Strafford' decem libras que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii pro Waltero de Candelwekestrate, quondam civis* Lond', qui ad illas x. libras tailliatus fuit et postea se reddidit conversum in abbatia predicta. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum abbatem de predictis x. libris quietum esse faciant. Teste ut supra.

Rex. De vinis retinendis et eligendis contra adventum archiepiscopi Coloniensis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod eligat quatuor dolia de melioribus vinis regis que sunt in custodia sua, et ea sine dilatione poni faciat apud Novum Templum London' in aliquo celario ibidem ad opus H. Coloniensis archiepiscopi, ita quod vina illa clara sint in adventu ipsius archiepiscopi ibidem. Teste rege apud Havering', ij. die Marcii.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod in presentia duorum vel trium de discretioribus et legalioribus militibus comitatus sui, quos secum viderit adducendos, in propria persona sua accedat usque abbatiam de Eboraco, ubi reposita est quadragesima regis de comitatu Norhumbrie, et, presente abbate ejusdem domus cui rex dedit in mandatis quod quadragesimam illam ei liberet, illam ab eo recipiat, et, sicut signata est et sicut collectores ejusdem quadragesime illam dimiserunt in abbatiam predictam, illam sine dilatione salvo venire faciat ad Scaccarium regis apud Westmonasterium in crastino clausi Pasche, anno etc. xix. Teste rege apud Chelmereford', iij. die Marcii.

* Sic in MS.

1235.
[m. 17.] Et mandatum est predicto abbati quod quadragesimam illam liberet vicecomiti predicto sicut predictum est.*

Pro Bartholomeo Bygod et Roberto de Monasterio.—Rex concessit Bartholomeo le Bygod et Roberto de Monasterio terram quam Willelmus de Crepping' tenuit de ballio regis in manerio de Aufreton', ad se sustentandum in servitio regis quamdiu regi placuerit.

Et mandatum est vicecomiti Essex' quod predictis Bartholomeo et Roberto sine dilatione plenam seisinam inde habere faciat. Teste ut supra.

Et memorandum quod dominus rex interim quietus erit de annuo feodo suo etc.

Pro Ricardo vicario de Wytham.—Mandatum est Johanni de Colemere quod habere faciat Ricardo vicario de Wytham unum dolium vini de vinis regis que sunt in custodia sua apud Lond'. Teste rege apud Wytham, iiij. die Marcii. Per Willelmum de Kirkham.

Pro Hamone Pech'.—Quia rex accepit per inquisitionem quam inde fieri fecit quod una carucata terre cum pertinentiis in Oxecroft, que fuit Stephani de Oxecroft suspensi pro malo retto, extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Hamone Peche, exceptis una acra et dimidia; mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod eidem Hamoni de predicta terra, exceptis una acra et dimidia, plenam seisinam habere faciat. Teste me ipso apud Colecestr', v. die Marcii.

Pro Wischardo Ledeth.—Wyschardus Ledet fidelitatem fecit domino regi de terris suis quas tenere debet de herede G. quondam comitis Glouc', qui est in custodia regis. Et mandatum est Ricardo de Lada et Ade filio Willelmi, escaetoribus regis, quod occasione fidelitatis predicte ipsum Wyschardum decetero non vexent vel vexari permittant. Teste rege apud Sanctam Ositham, v. die Marcii.

Pro abbate Sancte Osythe, de fustis.—Mandatum est constabulario Colecestr' quod habere faciat abbati Sancte Osithe ad operationem refectorii sui quindecim fusta in bosco regis de Colecestr', de dono regis. Teste ut supra. Per W. de Kirk'.

Pro Petro filio Hereberti.†—Mandatum est Johanni de Colemere quod tria dolia vini, que Petrus filius Hereberti† emi fecit ad opus suum apud Suht' et que arestari fecit, ut dicitur, eidem Petro sine dilatione deliberari faciat. Teste rege apud Gipewicum, viij. die Marcii. Per G. de Craucumb'.

Pro Tristramo de Rindham, de perdonatione.—Rex perdonavit Tristramo de Rindeham septem marcas ad quas amerciatus fuit pro falso sacramento coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in

* These two entries are cancelled 'quia in rotulo finium.'
† Substituted for 'Herebertus filius Mathei.'

1235.
[m. 17.] comitatu Suff'. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod ipsum Tristramum de predictis septem marcis quietum esse permittat, et catalla et averia ipsius Tristrami, que occasione predicta cepit, sine dilatione deliberari faciat. Teste rege ut supra. Pro magistro Nicholao de Farnham. Per G. de Craucumb'.

Pro abbate de Colecestr', de querculus.—Mandatum est Ricardo de Lalad' et Ade filio Willelmi* quod faciant habere abbati Sancti Johannis de Collecestr' septem quercus in parco de Roleg' et in parco de Hadleg' octo quercus de dono regis, ita quod incontinenti predictas quercus prosterni et inde abduci faciat infra Pascha proximo instans ad ultimum. Teste rege apud Buttell', ix. die Marcii.

Pro Johanne de Maris.—Quia rex accepit per inquisitionem quam inde fieri fecit, quod nec Johannes de Maris nec aliquis de predecessoribus suis sectam facere consueverunt aliquo tempore ad curiam manerii de Osspring', antequam manerium illud devenisset in manus H. de Burgo, comitis Kantie; mandatum est vicecomiti Kantie quod predictum Johannem ad sectam faciendam ad curiam predictam de Osspring' non distringat, set inde ipsum quietum decetero esse permittat. Teste rege ut supra.

Pro Alexandro Bacun.—Rex concessit et licentiam dedit Alexandro Bacun seminandi terram que fuit Radulfi de Bochardeby, unde littere de inquisitione facienda directe sunt vicecomiti Cumberland', videlicet, quantum terre predictus Radulfus tenuit de rege in capite et quantum valeat etc. Et mandatum est eidem vicecomiti quod predictum Alexandrum terram illam seminare permittat. Teste ut supra.

Memorandum quod offert domino regi pro custodia x. marcas.

De tradendis in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quam inde fieri fecit, quod Hugo de Weston' et Henricus de Mer', capti et detenti in prisona regis Staff' pro morte Willelmi filii Johannis Gille, appellati sunt de morte predicta odio et atia et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est vicecomiti Staff' et Salopie quod, si uterque eorum invenerit ei xij. liberos et legales homines qui manucapiunt eos habere coram justiciariis regis ad primam assisam cum in partes illas venerint ad standum inde recto, si quis versus eos inde loqui voluerit, tunc predictos Hugonem et Henricum a prisona regis deliberet et predictis xij. hominibus tradat in ballium, sicut predictum est. Et habeat ibi nomina predictorum xxiiij. etc.

De partitione bosci de Blokesham'.—Rex vicecomiti Oxonie salutem. Quia, sicut accepimus, per partitionem quam fieri fecimus de bosco de Blokesham, quod† boscus ille partitus est per forestarios et viridarios in presentia tua ita quod una pars remanet versus occidentem, quam ad opus nostrum elegimus retinendam, et altera pars versus

*These names are substituted for 'constabulario castri de Collecestr'.'

† Sic in MS

1235.
[m. 17.] orientem, que remanere debet dilecto et fideli nostro Amaurico de Sancto Amando tanquam pertinens decetero ad illam partem manerii de Blokesham que est in manu ipsius Amaurici; tibi precipimus quod de predicta parte bosci predicti versus orientem cum pertinentiis, alia parte versus occidentem cum pertinentiis ad opus nostrum retenta, eidem Amaurico sine dilatione plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Bungeye, xj. die Marcii.

Pro episcopo Karleolensi.—Rex concessit episcopo Karleolensi custodiam terre et heredis Johannis de Jarpunvill'. Et mandatum est vicecomiti Norf' Suff' quod eidem episcopo habere faciat plenam saisinam de predicto herede et de omnibus terris que fuerunt predicti Johannis in ballia sua, de quibus seisitus fuit die quo obiit. Teste rege apud Norwicum, xij. die Marcii, anno regni nostri xix.

Pro abbate de Bona Requie.—Rex venerabili in Christo patri T. etc. Norwicensi episcopo salutem. Paternitati vestre significamus quod, si dilectis nobis abbati et monachis de Bona Requie gratiam facere volueritis de ecclesia de Baauburg' eis in proprios usus concedenda, bene placet nobis quod, non obstante presentatione nostra prius vobis facta de dilecto clerico nostro Johanne Maansel ad ecclesiam predictam, predictis abbati et monachis ipsam in proprios usus tenendam concedatis. Teste ut supra. Per Karleolensem.

Pro hominibus de Scaleby.—Rex* vicecomiti Eboraci salutem. Precipimus tibi, sicut alias precepimus, quod permittas homines nostros de Scaleby tenere villam nostram de Scalleby ad firmam, sicut illam eis dimisimus, nec ipsos distringas ad respondendum tibi super aliquo quod pertineat ad firmam suam ville predicte unde nobis debent respondere, donec aliud a nobis inde habueris mandatum. Teste rege apud Bromholm', xiij. die Marcii.

Pro Isabella sorore domini regis.—Mandatum est Johanni de Colemere, camerario London', quod habere faciat Isabelle sorori domini regis commoranti in Turri London' unum centum amigdalarum, de dono regis. Teste rege apud Bromholm', xxiij. die Marcii.

Pro filio et herede Edmundi de Tuddeham.—Rex dilecto et fideli suo Ade filio Willelmi salutem. Scias quod concessimus Johanni de Tudeham, filio et heredi Edmundi de Tudeham', quod habeat seisinam de xij. solidatis redditus cum pertinentiis in Gosebec', de quibus predictus Edmundus fuit seisitus die quo obiit et que capte fuerunt in manum nostram, eo quod credebatur quod idem Edmundus teneret eas de nobis in capite; ita quidem quod predictus Johannes sit coram nobis a die Pasche in xv. dies apud Lond', ut tunc sciamus per inquisitionem quandam quam de predicto redditu fieri fecimus, utrum idem Johannes redditum illum tenere debeat de nobis in capite an de heredibus Briani le Ewer, qui dicunt quod idem Johannes redditum illum tenere debet de ipsis. Et ideo vobis

*Before 'Rex' the words 'Mandatum est vicecomiti Norf'' have been cancelled.

1235.
[m. 17.] mandamus quod predicto Johanni de redditu predicto cum pertinentiis plenam seisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste rege apud Walsingh', xv. die Marcii.

Pro magistro hospitalis Sancti Lazari de Brottun'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod distringat magistrum hospitalis Sancti Lazari de Burttun' ad reddendum domino regi quadraginta et duos solidos quos recepit de catallis Roberti de Erdintun', hominis sui, qui se ipsum suspendit, que quidem catalla ad regem pertinent occasione suspensionis predicte et non ad ipsum magistrum; et, postquam denarios ipsos receperit ad opus regis, ita quod notarium* sit quod illos receperit tanquam ad regem pertinentes pro facto predicto, secundo die vel tertio postea illos habere faciat caritative predicto magistro de dono regis, ita quod occasione hujus gratie regis nullum jus sibi vendicare possit processu temporis in aliquibus catallis hominum suorum quibus contigerit hujusmodi infortunium. Teste ut supra.

Pro magistro Johanne Blundo.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod habere faciat magistro Johanni Blundo quadraginta fusta in bosco de la Lagh', ad se hospitandum apud Cunesdour', de dono regis. Teste rege apud Walsingh', xv. die Marcii.

Mandatum est vicecomiti Salopie quod de petra et calce veterum murorum aule regis de Cunesdour', quantum magister J. Blundus neccesse habuerit ad se hospitandum ibidem, quod rex dedit predicto magistro J. ad se hospitandum ibidem, ipsum magistrum a curia regis de Cunesdour' abducere et extrahere permittat. Teste ut supra.

Pro Midelsent de Muntfichet.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo diligenter inquirat que feoda militum, que fuerunt Willelmi de Warenn', assignata sunt Milesente que fuit uxor predicti Willelmi in dotem in comitatu predicto, et si de feodis predictis ei in dotem assignatis seisita fuerit vel non, et si qua escaeta de feodis predictis exciderit postquam inde dotata fuit. Et, facta super hoc inquisitione diligenti, de omnibus feodis militum, que per inquisitionem predictam invenerit eidem Milesente fuisse assignata in dotem, et de escaetis que postea inde exciderunt, eidem Milesense plenam saisinam habere faciat; quia H. de Burgo, qui filiam et heredem predicti Willelmi duxerat in uxorem, posuit se coram domino rege in inquisitionem predictam. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xviij. die Marcii.

De uno dolio vini commodato ad opus regis.—Mandatum est ballivis [fratris]† regis, comitis Ricardi, de Desinges quod nullo modo omittant quin faciant habere latori presentium, servienti regis, unum dolium vini de melioribus vinis domini sui predicti comitis fratris domini regis cariandum usque Chipeham' ad opus regis, ita quod rex illud inveniat promptum ibidem hac die Lune tempestive; et dominus rex predicto comiti fratri suo dolium illud bene reddi faciet. Teste ut supra.

* Sic in MS. † Omitted in MS.

1235.
[m. 17.] *Pro W. Karleolensi episcopo.*—Mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Cumb' quod cartas regis, quas fieri fecit W. Karleolensi episcopo et ecclesie sue Karleolensi de quibusdam libertatibus et quietanciis eis a rege concessis, coram eis legi, et libertates et quietancias predictas in predictis cartis plenius contentas, inviolabiliter observari faciant. Teste ut supra.

Pro Hugone de Gurnay.—Rex concessit Hugoni de Gurnay quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Cauntel' singulis septimanis per diem Martis, et quod habeant ibidem unam feriam singulis annis duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancte Margarete, ita tamen quod predictum mercatum et predicta feria non sit* ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum Et mandatum est vicecomiti Norf' quod predictum mercatum et predictam feriam per balliam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xix. die Marcii.

Pro hospitali de Boulton'.—Rex Thome de Stratton', forestario suo de foresta sua Norhumbrie, salutem. Sciatis quod concessimus fratri Waltero priori et fratribus leprosis de hospitali Sancti Thome martiris de Boulton' et successoribus suis inperpetuum et per cartam nostram eis confirmavimus pro nobis et heredibus nostris quod sexies viginti acre more cum pertinentiis suis, quas prius eis concesseramus frussiendas et excolendas, juxta boscum suum de Boulton' qui est infra forestam nostram Norhumbrie, et sepcies viginti et decem acre bosci sui predicti de Boulton' ad perticam nostram cum pertinentiis suis, decetero sint et remaneant deafforestate; ita quod tam mora predicta quam boscus predictus, de quo accepimus per inquisicionem quam inde fieri precepimus, quod continet per numerum acrarum sepcies viginti et x. acras, quieti sint de vasto et regardo et de visu forestariorum et viridariorum et omnium ministrorum suorum et de omnibus que ad forestam et forestarios pertinent; et quod predicti prior et fratres leprosi et successores sui inperpetuum, cum voluerint, moram predictam excolere et boscum predictum possint essartare, frussire et in culturam redigere et inde pro voluntate sua libere et sine inpedimento disponere. Et ideo vobis mandamus quod moram predictam et boscum predictum deaforestatum esse et inperpetuum remanere quietum de vasto et regardo et de visu forestariorum et viridariorum et de omnibus que ad forestam et forestarios pertinent, permittatis, sicut predictum est; ita quod contra tenorem carte nostre, quam predicti prior et fratres inde habent, de mora et bosco predicto, in nullo vos intromittatis. Teste me ipso apud Sanctum Edmundum, xix. die Marcii.†

Pro eodem.—Eodem modo scribitur justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Norhumbrie.

---

* Sic in MS.

† This entry is cancelled, 'quia aliter in scrotula.' The version on the attached membrane will be found on the next page.

1235.

[m. 17.] *Pro priore de Boulton'*.—Henricus Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie etc. dilecto et fideli suo Thome de Stratton' salutem. Sciatis quod concessimus et per cartam nostram confirmavimus pro nobis et heredibus nostris Waltero priori et fratribus leprosis de hospitali Sancti Thome martiris de Boultun' et successoribus suis in perpetuum quod sexcies viginti acre more cum pertinentiis suis, quas prius eis concesseramus frussiendas et excolendas juxta boscum suum de Boultun', qui est infra forestam nostram Norhumbrie, et sepcies viginti et decem acre bosci sui predicti de Boultun' ad perticam nostram, et totum manerium de Boultun' cum pertinentiis, quod idem prior habet de dono Roberti de Ros, et quadraginta acre terre cum pertinentiis, quas idem prior tenet in eadem villa ad feodi firmam de monachis de Rivall', et dimidia carucata terre, quam Adam filius Willelmi de Kemoketun'. tenet de eodem priore in eadem villa de Boultun' cum pertinentiis suis, decetero sint et remaneant deafforestata in perpetuum ; ita quod tam mora sua predicta quam boscus suus predictus et totum manerium predictum de Boultun', sicut predictum est et sicut plenius continetur in carta nostra quam inde habent, quieta sint de vasto et regardo et visu forestariorum et viridariorum et omnium ministrorum suorum et de omnibus que ad forestam et forestarios pertinent; et quod predicti prior et fratres leprosi et successores eorum in perpetuum, cum voluerint, moram predictam excolere et boscum suum predictum possint essartare, frussire et in culturam redigere et aliter inde pro voluntate eorum libere et sine impedimento disponere. Et ideo vobis mandamus quod predictam moram et totum predictum manerium de Boultun' cum predictis quadraginta acris et dimidia carucata terre cum pertinentiis suis deafforestata teneatis, et quieta de vasto et regardo et de visu forestariorum et viridariorum et de omnibus que ad forestam et forestarios pertinent, esse permittatis, sicut predictum est. Teste me ipso apud Sanctum Edmundum, xix. die Marcii, anno regni nostri xix.

Eodem modo scribitur justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Norhumbrie.

[m. 16.] *Pro abbate de Sancto Edmundo*.—Rex concessit Henrico abbati Sancti Eadmundi quod ipse et successores sui inperpetuum habeant singulis annis duas ferias in suburbio ville Sancti Eadmundi, videlicet, unam extra portam aquilonarem extra* ejusdem ville ad hospitale Sancti Salvatoris duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Transfiguracionis Domini, et aliam extra portam australem ejusdem ville duraturam similiter per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino translacionis Sancti Eadmundi, nisi ferie ille sint ad nocumentum vicinarum feriarum. Et mandatum est vicecomiti quod cartam illam in pleno comitatu suo legi et predictas ferias clamari et teneri faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1235.
[m. 16.]

Pro monialibus de Carhou.—Rex concessit per cartam suam monialibus de Carhou quod predicte moniales et earum successores inperpetuum habeant et teneant omnes terras et possessiones et elemosinas suas cum soka et saka, thol et theam et infangenethef, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quietantiis suis in bosco et plano, in pratis et pascuis et in aquis et molendinis, in viis et semitis et in stagnis et vivariis, mariscis et piscariis et grangiis et virgultis infra burgum et extra, et in omnibus locis et in omnibus rebus solutas, liberas et quietas de sectis shirarum et hundredorum et placitis et querelis, de pecunia danda pro forisfacto de murdro et de scutagio et geldo et Danegeldo et hidagio et assisis, et de operationibus castellorum et parcorum et pontium et calcetarum, et de ferdwite et hongwite et de flemenefrith' et de hamsokne et de wardpeny et de averpeny et de blodwite et de flegewite et de leerwite et de hundredepeny et de thithingpeny; ita quod visus franci plegii fiat in curia ipsarum monialium coram serviente regis ad hoc vocato, si venire voluerit; sin autem venire noluerit, non ideo remaneat. Sint etiam ipse moniales quiete per totam terram nostram de theloneo, passagio, pontagio, lestagio et stallagio et de omni seculari servitio et opere servili et exactione et omnibus aliis consuetudinibus secularibus, sicut plenius continetur in carta regis quam predictis monialibus inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et libertates et quietantias in ea contentas eis teneri et firmiter observari faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Godefrido de Craucumb', de x. fustis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Godefrido de Craucumb' decem fusta in Wauberg' ad se hospitandum apud Meddelton', de dono regis. Teste rege apud Ely, xxj. die Marcii. Per W. de Kirk'.

Pro Thoma filio Rannulfi.—Mandatum est R. de Warevill' et Johanni de Burgo, custodibus episcopatus Lincolniensis, quod, si Thomas filius Rannulfi terram suam teneat per servitium militare, sicut domino regi monstravit, tunc nullum ab eodem Thoma capiant tallagium nec pro eo dando ipsum distringant vel homines suos qui per consimile servitium teneant. Teste rege apud Ely, xxj. die Marcii. Per W. de Raleg'.

Pro W. comite Albemarl' de perdonatione.—Rex ad instantiam et petitionem W. de Eboraco perdonavit W. comiti Albemarl' amerciamentum, in quod incidit in itinere predicti W. de Eboraco et sociorum suorum, justiciariorum regis itinerantium in comitatu Eboraci, pro escapio et transgressione . . . . Et rex hoc significat eidem comiti ut illud sciat. Teste rege apud Sanctum Neothum, xxiij. die Marcii. Per ipsum regem.

Pro Willelmo de Cantilupo seniore, de quercubus.—Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat Willelmo de Cantilupo seniori tres quercus in foresta de Chippeham ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

1235.
[m. 16.] Mandatum est ballivis portus de Portesm' quod loricas Ricardi le Hauberger, mercatoris de Normannia, et alias res et mercandisas suas, quas arestaverunt occasione precepti regis de omnibus mercatoribus de potestate regis Francie arestandis, eidem Ricardo sine dilatione deliberari faciant. Teste ut supra.*

Pro Hugone de Vivon'.—Rex concessit Hugoni de Vivon' quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Septon' singulis septimanis per die† Jovis, et quod habeant ibidem unam feriam singulis annis duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino apostolorum Petri et Pauli,‡ nisi predictum mercatum et predicta feria sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Et concessit eidem Hugoni quod ipsi et heredes sui habeant unam liberam warennam in dominicis ejusdem manerii, ita quod nullus decetero currat ad leporem, vulpem vel catum in ea capiendum sine licentia ipsius Hugonis, super forisfacturam regi decem librarum. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod predictum mercatum, feriam et warennam per totam balliam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro pauperibus viduis de maneriis episcopatus Lincolniensis.—Mandatum est Radulfo de Warevill' et Johanni de Burgo quod nullum tallagium assideant super pauperes viduas de maneriis episcopatus Lincolniensis, quia dominus rex vult illas inde penitus esse quietas. Teste ut supra. Per W. de Eboraco.

Pro magistro hospitalis de Melcheburn'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat magistro hospitalis de Melcheburn' tres quercus in foresta de Wauberg' ad cendulas et maeremium faciendum, de dono regis. Teste rege apud Hecham, xxiiij. die Marcii.

Pro Gerardo de Lambersard'.—Rex concessit Gerardo de Lambersard' terram cum pertinentiis que fuit Ade de Retherfeld' in Aulton', de quo justitia regis facta fuit apud Wintoniam, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod de terra predicta cum pertinentiis eidem Gerardo plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Norht', xxiiij. die Marcii. Per decanum Sancti Martini Lond'.

Pro Theobaldo de Englescheville'.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod loquelam que est in comitatu suo de quadam lege adjudicata Theobaldo de Englescheville', quem rex mittit ad Insulas in servitium suum, pro averiis Asceline que fuit uxor Alvredi de Cumpt' captis et ab eodem Theobaldo injuste detentis, ut dicitur, ponat in respectum quam diu idem Theobaldus fuerit in servitio regis per preceptum regis. Teste rege apud Norht', xxv. die Marcii.

* This entry is cancelled 'quia non habuit.' † Sic in MS.
‡ Altered from 'Sancti Petri ad vincula.'

1235.
[m. 16.] *Pro fratribus predicatoribus de Norht'.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat fratribus predicatoribus de Norhampt' quindecim quercus in foresta de la Saucey ad maeremium inde faciendum ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

De feria Leycestr' clamanda.—Rex concessit probis hominibus Leicestr' quod feria illa que singulis annis teneri solet apud Leycestr' per quindecim dies, videlicet, in crastino Purificationis Beate Marie et per xiiij. die* proximo sequentes, decetero teneatur ibidem per totidem dies, videlicet, quarto die proximo post Inventionem Sancte Crucis et per xiiij. dies proximo sequentes, ita tamen quod feria illa non sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Et mandatum est ballivis nundinarum Stamford' quod feriam illam in nundinis Stamford' clamari faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Norht', xxv. die Marcii.

Pro Matheo de Renham falconario regis, de perdonatione.—Rex perdonavit Matheo de Renham dimidiam marcam, ad quam amerciatus fuit coram justiciariis domini regis ultimo itinerantibus in comitatu Norf' occasione defalte communis summonitionis. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod predictum Matheum de predicta dimidia marca quietum esse permittat. Teste rege apud Norht', xxv. die Marcii. Per G. de Craucumb'.

Pro abbatissa de Godestowa.—Rex venerabili patri J. Bathoniensi episcopo salutem. Quia ex parte dilecte nobis in Christo abbatisse de Godestowa didicimus quod de elemosina constituta ab antiquo percipit centum solidos annuos de manerio de Bannebir', quos quos* occasione episcopatus Lincolniensis vacantis et in manu nostra existentis sine speciali precepto nostro ad presens sicut consuevit habere non potest; vobis mandamus quod, si vobis constare possit quod redditum predictum de manerio predicto percipere debeat, ut dicit, tunc eidem abbatisse id quod de predictis centum solidis restat reddendum a tempore vacationis episcopatus predicti sine difficultate reddi faciatis. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro Griffino filio Wenhunweyn', de quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Pecco quod habere faciat in foresta predicta Griffino filio Wenhunwein' sex quercus ad se hospitandum apud Assheford', de dono regis. Teste rege ut supra. Per W. de Kirk'.

Pro magistro A. de Swereford'.—Mandatum est Johanni de Colemere quod, ex quo ceperit ad opus regis tot dolia vini quot fuerint capienda de navi Walteri le Flemmeng apud Lond', tunc permittat magistro Alexandro de Swereford' emere ad opus suum tria dolia vini. Teste rege apud Norht', xxvij. die Marcii.

Pro R. advocato Bethunie, de damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in ballia sua de Brehull' habere faciat Roberto advocato Bethunie, vel Rogero de Quency ad opus ipsius Roberti, viginti damas et quinque damos vivos, de dono regis. Teste rege apud Norhampt', xxvij. die Marcii.

* Sic in MS.

1235.
[m. 16.] *Insule. De balistis, quarellis et mangonellis deferendis usque in Insulas regis.*—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod de balistis regis, que sunt in custodia sua, faciat habere Gerardo de Lambersard' viginti balistas ligneas et decem milia quarellorum deferenda usque Insulas regis, cui rex mandavit quod ea a predicto constabulario recipiat. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Suhampton' quod de mangunellis regis qui sunt in custodia sua apud Wintoniam vel apud Porecestr', faciat habere eidem Gerardo duos mangonellos cariandos usque ad Insulas regis. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Gerardo quod predictas balistas, quarellos et mangonellos recipiat et secum deferri faciat ad Insulas predictas. Teste ut supra.

Pro fratribus minoribus Norhampt', de quercubus.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat fratribus minoribus de Norhampt' decem robora vetera in Salceto regis ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis in bosco de Selveston'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in bosco regis de Selveston' habere faciat priori et monachis Norhampt' decem quercus ad maeremium inde faciendum ad fabricam ecclesie sue; et abbati et canonicis Sancti Jacobi Norht' in Salceto decem quercus ad fabricam ecclesie sue; et monialibus de Sewardel' quinque quercus ad fabricam ecclesie sue; et parochianis ecclesie Omnium Sanctorum Norht' septem quercus ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Bitlesden', xxviij. die Marcii. Per W. de Kirk', decanum Sancti Martini Lond'.

Pro leprosis hospitalis de Clatercote.—Mandatum est J. Bathoniensi episcopo quod, si ei constare possit quod leprosi hospitalis de Clatercot' percipiunt annuatim sex libras et dimidiam de manerio de Baunebir' de elemosina constituta, tunc reddi faciat priori ejusdem hospitalis id quod restat reddendum a tempore vacacionis Lincolniensis episcopatus. Teste rege apud Bytlesden', xxviij. die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Hugoni de Burcot' quatuor quercus in bosco regis de Pokesl' ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste rege apud Wudest', xxix. die Marcii.

De elemosinis constitutis in episcopatu Lincolniensi.—Mandatum est Radulfo de Warevill' et Johanni de Burgo, custodibus episcopatus Lincolniensis, quod elemosinas constitutas in episcopatu Lincolniensi hiis quibus debentur solvi faciant, sicut eas percipere consueverunt temporibus predictorum episcoporum. Teste ut supra.

Pro Willelmo Marthus et aliis mercatoribus Burdegalensibus.—Quia protestatum est coram domino rege quod Willelmus Marthus, Biddau de Farr', Bernardus Muster, Bertramus de Burdegala, Henricus Bissepap'

1235.

[m. 16.] et Robinus le Engleis sunt mercatores Burdegalenses; mandatum est ballivis de Wincheles' quod duas naves suas blado carcatas, quas in portu suo arestari fecerunt credentes ipsos mercatores fuisse de Rupella, ut dicitur, ipsis mercatoribus libere et sine impedimento deliberari faciant, permittentes eos ire quo voluerint cum navibus predictis et omnibus rebus et mercandisis suis. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis de Sandwico quod res et mercandisas Radulfi de Essewy et Johannis de Caudres, civium London', que Radulfus de Faversham arestari fecit in villa sua de Sandwico pro dampnis sibi illatis in potestate regis Francie, ut predicti Radulfus et Johannes dicunt, eis sine dilatione deliberari faciant, nisi ob causam aliam rationabilem fuerunt arestate. Teste ut supra.

[m. 15.] *Pro Luca de Drumar'.*—Rex dedit Luce de Drumar' centum solidos, quos talliatores dominicorum regis in comitatu Wilt' assederunt anno etc. xviij. super homines manerii de Mer', quod idem Lucas habet de ballio regis. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod de predictis centum solidis predictum Lucam quietum esse permittat, et averia sua, que occasione predicta cepit, eidem Luce sine dilatione deliberari faciat. Teste rege apud Wudest', xxix. die Marcii.

Pro Johanne Cary.—Mandatum est majori et vicecomitibus London' quod, si Johannes Cari de Oxonia, captus et detentus in prisona regis apud London' pro malo retto,* invenerit invenerit† eis salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis regis ad placita corone regis London' si quis versus eum loqui voluerit, tunc ipsum replegiari faciant et quo voluerit, abire permittant. Teste rege apud Wudestok', xxx. die Marcii. Per Karleolensem.

Pro quadam nave de Depe deliberanda.—Mandatum est ballivis de Sandwico quod navem de Depe, quam Remigius de Dunewico ducit, arestatam in portu suo per Thomam Wybert, Johannem de Faversham' et Johannem Paccarye, ut dicitur, eo quod carcata fuit catallis et mercandisis mercatorum de potestate regis Francie, sine dilatione deliberari faciant, permittentes dictum Remigium cum nave predicta ire quo voluerit. Teste ut supra.

Pro Ricardo Giffard' mercatore.—Mandatum est ballivis R. comitis Pictavie et Cornubie de Thopesham quod quater viginti et sexdecim corea boum, que nuper arestaverunt, ut dicitur, et que Ricardus Giffard' dicit sua esse, ei deliberare faciant, si idem Ricardus possit sufficienter probare quod sua sint. Teste ut supra.

Pro Symone de Murdrac.—Rex viceconiti Oxonie salutem. Ex parte dilecti et fidelis nostri Simonis de Murdrac, qui est in castro nostro Dublin' in servitio nostro, nobis est ostensum quod David de Lindes' terras et catalla ipsius Simonis cepit in manum suam eo quod dicebatur ipsum esse mortuum, et quod idem Simon terras suas de eo

* The words 'malo retto' are substituted for 'suspicione mala.' † Sic in MS.

1235.

[m 15.] tenuit. Quia vero per litteras dilecti et fidelis nostri M. filii Geroldi, justiciarii nostri Hibernie, nuper accepimus quod idem Simon sanus est et incolumis, tibi precipimus quod ipsum Simonem de terris suis in ballia reseisiri facias, et omnia catalla sua servientibus ejusdem sine dilatione deliberari; ita quod clamor iteratus ad nos inde non perveniat. Teste ut supra.

De assignatis ad operationem castri et domorum regis Oxonie.—Quia expedit domino regi quod viri fideles et discreti intendentes sint ad custodiendum operationes castri regis Oxonie et domuum suarum extra predictum castrum, dominus rex vult quod Robertus Audoeny et Galfridus de Stocwell' ad predictas operationes castri Oxonie et domuum regis predictarum et ad denarios regis ad hoc recipiendos et ad pacationes inde pro predictis operationibus, prout neccesse fuerit, faciendas ad presens intendant. Et mandatum est majori Oxonie quod predictos Robertum et Galfridum ad hoc ex parte domini regis constituat. Teste ut supra.

Pro abbate et monachis de Bitlesden'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat abbati et monachis de Bitlesden' quindecim fusta in ballia sua ad maeremium inde faciendum ad fabricam ecclesie sue, ubi comodius ad opus predictorum abbatis et monachorum et ad minus nocumentum foreste regis capi poterunt sparsim per loca, de dono regis. Teste rege apud Wudest', xxxj. die Marcii.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Rex abbati Glouc' salutem. Datum est nobis intelligi quod Philippus de Colevill', Amphelusia et Avicia, heredes Reginaldi Folet, ad instantiam vestram proposuerunt alienare quandam partem manerii de Langedun', quod tenent ad feodi firmam de abbate Westmonasteriensi, et eam vobis vendere in dampnum ipsius abbatis et in prejudicium nostrum, eo quod idem abbas manerium predictum habuit ex collatione predecessorum nostrorum regum Anglie. Et ideo vobis mandamus, firmiter prohibentes quod de collatione vel venditione predictorum Philippi, Amphelusie et Avicie partem aliquam ejusdem manerii recipere vel illam ingredi sine assensu predicti abbatis nullatenus attemptetis, sicut vos ipsos et domum vestram servare volueritis indempnes. Teste rege ut supra.

De duobus servientibus missis ad Insulas.—Mandatum est Willelmo Hardel' quod, amotis duobus quos melius expedire viderit de servientibus equitibus, quos idem Willelmus mittere providit ad Insulas regis, sicut dominus ei dedit in mandatis, Willelmum de Winceleys et Alanum de Winceleys loco predictorum duorum ad hoc admittat, faciens eis habere easdem liberationes quas alii duo percipere debuissent. Teste ut supra. Per Karleolensem.

Pro priore de Luffeld', de fustis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat priori de Luffeld' quindecim fusta ad maeremium in ballia sua sparsim per loca ubi commodius ad opus suum capi poterunt et ad minus nocumentum foreste regis, de dono regis. Teste ut supra.

1235.

[m. 15.] *Roma. Pro Johanne Saraceno Romano.*—Mandatum est vicecomiti Salopie* quod loquelam, que est in comitatu suo per breve regis inter Thomam Corbet petentem et Johannem Saracenum, filium Petri Saraceni, tenentem, de una virgata terre et tribus solidatis redditus cum pertinentiis in Benethl' et Tudel', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis, anno regni etc. xix. Teste ut supra.

Pro abbate de Flexlegh'.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod permittat abbatem de Flexl' habere talia esiamenta in foresta Sancti Briavelli ad animalia et peccora sua, qualia habere debet et habere consuevit tempore H. regis etc. et R. regis etc. et tempore domini regis etc. usque ad guerram motam inter ipsum regem et barones suos Anglie. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo Blom'.—Rex dedit Willelmo Blom' catalla que fuerunt Walteri Gosebert, hominis sui, qui fugit pro latrocinio unde rettatus fuit, et que vicecomes Suht' ab eo exigit ad opus regis. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod de catallis illis pacem ei habere permittat. Teste rege apud Abbendon', xxxj. die Marcii.

Rex. Pro Willelmo Blom' misso ad Insulas.—Rex Gerardo de Lambersard' et Willelmo de Dampert salutem. Mittimus vobiscum dilectum et fidelem nostrum Willelmum Blom' ut una vobiscum intersit ad Insulas nostras custodiendas. Et ideo vobis mandamus quatinus ad hoc una vobiscum ipsum admittatis, et mutuo adinvicem consilio et colloquio utamini circa agenda nostra in partibus illis expedienda ad commodum et honorem nostrum. Teste ut supra.

Pro abbate de Cyrencestr'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod abbatem de Cyrencestr', cui Philippus de Albiniaco, qui habet de ballio regis manerium de Bampton' cum pertinentiis, manerium illud de licentia et voluntate regis commisit tenendum a festo sancti Michaelis anno regni domini regis decimo nono usque in tres annos, in seisina dicti manerii cum omnibus pertinentiis suis manuteneat usque ad predictum terminum, nec permittat quod aliquis ei interim inde faciat injuriam aut gravamen. Teste rege apud Abbendon', ij. die Aprilis.

Pro Johanne de Plesseto.—Rex concessit Johanni de Plesseto id quod ad regem pertinet per unum annum et unum diem de terra que fuit Roberti filii Roberti le Buttillyer in Castr', utlagati pro morte hominis, ita quod idem Johannes habeat omnia catalla et instaura que fuerunt predicti Roberti filii Roberti in dicta terra inventa. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod de predicta terra cum pertinentiis et de catallis et instauris predictis eidem Johanni plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

Rex. De commodato ad galias.—Rex ballivis abbatis de Fiscamp' de Winchel' salutem. Mandamus vobis rogantes quatinus, cum Paulinus de Wincheles' et Robertus Foster opus habuerint de viginti

* Substituted for 'Staff'.'

1235.

[m. 15.] libris, sive in denariis sive in cordis et anchoris, ad galias nostras apud Wincheles' muniendas ad eundum in servitium nostrum, eas eis habere faciatis, et vobis eas ad mandatum vestrum sine dilatione reddi faciemus. Teste ut supra.*

De quibusdam locis apud Westmonasterium plastrandis et reparandis ad vina reponenda.—Mandatum est Odoni Aurifabro, custodi domorum regis Westmonasterii, quod aleam illam inter domum recepte regis Westmonasterii et cameram regis et alia loca ibidem sine dilatione plastrari et reparari faciat, secundum quod Johannes de Colemere ei dicet, ita quod idonea sint ad vina regis ibidem reponenda. Teste rege apud Abbendon', ij. die Aprilis.

Pro Henrico Barrat.—Rex ad instantiam Hugonis Paynel perdonavit Henrico Barat misericordiam in quam incidit coram baronibus de Scaccario, eo quod non servavit terminum suum ad quem debuit solvisse ad idem Scaccarium lxvij. solidos et iij. denarios pro ipso Hugone. Et mandatum est eisdem baronibus quod ipsum Henricum de predicta misericordia quietum esse faciant. Teste rege apud Abbend', ij. die Aprilis.

Rex. De provisionibus revocandis.—Rex vicecomiti Essex' et Hertford' salutem. Quia, novis emergentibus negotiis, intendere non poterimus hiis que facere proposuimus post instans Pascha et propter que quasdam provisiones a te fieri precepimus, tibi precipimus quod, si quid emisti vel cepisti ab aliquibus occasione predicti precepti nostri, id sine dilatione reddi facias hiis a quibus captum vel emptum fuerit ad opus nostrum. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est:—

vicecomitibus	Berk',	Surr',
	Middelsex',	Bedeford',
	Cantebrigie,	Buk',
	Norf' et Suff',	Sussex,

Johanni de Nevill'.

Rex ballivis Wicumb' salutem. Grates vobis referimus de provisione, quam vobis nuper mandavimus faciendam contra quandam sollempnitatem, quam tenere proposuimus post instans Pascha. Et, quia de proposito nostro in hac parte prepediti sumus, vobis mandamus quod, si quid cepistis vel emistis ab aliquibus occasione predicti mandati nostri, id sine dilatione reddi faciatis hiis a quibus captum vel emptum fuerit ad opus nostrum. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de:—

Dorkecestr',	Rading',
Abbend',	Aylesbir',
Dunestapl',	Norht',
Tame,	Wycumb',
Sancti Neothi,	Bannebir',
Sancti Albani,	Huntind',
Cantebrigie,	Bedeford',
Wilton',	Wyntonie.

* This entry is cancelled 'quia reddite fuerunt littere et nichil inde actum fuit.'

1235.
[m. 15.] Eo excepto quod in litteris directis ballivis regis non fit mentio de aliqua regratiatione, set concepte sunt simpliciter in forma litterarum directarum vicecomitibus.

De tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod, si Amicia, uxor Petri Minbri, Gilbertus Prat, Alexander le Deveneis, Willelmus le Deveneis, Thomas le Chapeler, Ricardus le Byke et Godefridus de la Herst, capti et detenti in prisona regis de Poterne pro morte Roberti le Macun et Johannis le Draker, unde appellati sunt, invenerint ei, scilicet quilibet eorum, duodecim probos et legales homines de comitatu suo, qui eos manucapiant habere coram justiciariis regis ad primam assisam cum in partes illas venerint ad standum inde recto, tunc quemlibet predictorum predictis duodecim tradat in ballium, sicut predictum est. Teste rege apud Abbendon', iij. die Aprilis. Per ipsum regem coram episcopo Karleolensi, decano Sancti Martini Lond' et G. de Craucumb'.

Pro Hugone de Viron', de perdonatione.—Rex perdonavit Hugoni de Vivon' centum libras de debitis, que domino regi debet et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Hugonem de illis centum libris quietum esse faciant. Teste ut supra.

Hybernia. Pro G. Marescallo.—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster, G. Marescallus comes Penbr', quod W. Marescallus quondam comes Penbr', pater suus, et comes W. Marescallus, frater suus, temporibus suis seisiti fuerunt tamquam de jure hereditario de villa de Comyn, et comes R. Marescallus, frater suus, seisitus fuit de eadem villa usque guerram motam inter nos et ipsum Marescallum, quam quidem villam Walterus de Ridelford' postea occupavit tempore ejusdem guerre et detinet in manu sua. Quia vero tempore quo idem G. Marescallus venit ad fidem et pacem nostram, concessimus ipsi Marescallo talem seisinam de omnibus terris et tenementis suis, qualem predictus comes R. Marescallus inde habuit die quo guerra inter nos et ipsum incepit, et eidem G. Marescallo nondum seisinam habere feceritis de predicta villa sicut de aliis terris suis in Hibernia, ut dicit ; vobis mandamus quod de predicta villa eidem comiti sine dilatione plenam seisinam habere faciatis, et ipsum in seisina sua et libertates suas in Hibernia manuteneatis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia dominus rex accepit per inquisitionem, quam inde fieri fecit, quod Willelmus filius Fillot', captus et detentus in prisona regis de Salopia pro morte Nicholai filii Wymund' unde rettatus est, rettatus est de morte illa odio et atya et non eo quod inde culpabilis sit ; mandatum est vicecomiti Salopie quod, si predictus Willelmus invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo, qui manucapiant eum habere coram justiciariis regis ad primam assisam etc., tunc ipsum Willelmum predictis duodecim tradat in ballium, sicut predictum est. Teste ut supra.

1235.

[m. 15.] *Pro Matilde de Blokesham.*—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Matillidis de Blokesham de Oxonia per barbecanam castri regis Oxonie, quam Falkesius de Breaute levari fecit in guerra mota inter regem et barones suos Anglie, dampnificata est ad decem et novem marcas et xxxiij. denarios; mandatum est fratri Galfrido, elemosinario domini regis, quod infra quatuor annos proximo instantes pecuniam predictam, videlicet, quolibet anno predictorum quartam partem, eidem Matillidi de elemosina regis reddat. Teste ut supra.

De mappis regis deferendis usque Rading'.—Mandatum est preposito Guldeford' quod mappas regis, quas Radulfus mapparius regis ei sub sigillo suo commisit custodiendas, sine dilatione deferri faciat ad custum suum usque Rading'. Teste rege apud Walingf', iij. die Aprilis.

De fustis datis.—Mandatum est R. filio Nicholai quod habere faciat Johanni le Poher quinque quercus* in parco de Kenylwurth' ad maeremium inde faciendum ad se hospitandum apud terram suam de la Grav', de dono regis. Teste rege apud Walingford', iiij. die Aprilis. Per G. de Craucumb'.

Pro quadam nave deliberanda.—Mandatum est Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, quod navem Radulfi le Sage de Hunefle et sociorum suorum, quam Robertus Russel, custos unius galie ipsius Henrici, cepit apud Suling' et duxit usque Gerner', eisdem Radulfo et sociis deliberari faciant† et cum eadem quo voluerint abire permittant,† ita quod pro defectu ipsius Henrici non oporteat eos ad regem iteratam deferre querelam, propter quod rex debeat ad hoc manum apponere graviorem. Teste rege apud Rading', vij. die Aprilis.

[m. 14.] *Pro fratribus predicatoribus London'.*—Quia G. Marescallus comes Penbr' contulit fratribus predicatoribus London' quater viginti quercus in bosco suo de Greywell', qui est infra foresta† regis de Odyham; mandatum est constabulario de Windesor' quod permittat quod predicti fratres predictas quercus prosterni et sine impedimento chimini abduci faciant quo voluerint. Teste rege ut supra.

Pro abbate de Burgo, de perdonatione.—Rex perdonavit abbati de Burgo misericordiam regis, in quam incidit coram rege apud Norht' in crastino Annunciationis beate Marie anno etc. xix. eo quod ballivi sui non habuerunt coram rege ad terminum predictum apud Norht' quosdam homines manentes infra libertatem suam, sicut eis preceptum fuit. Et mandatum est vicecomiti Norhampt' quod de misericordia illa pacem ei habere permittat, et hundreda sua ea occasione capta in manum regis sine dilatione ei reddi faciat, ita quod occasione predicta in nullo vexetur vel gravetur. Teste rege apud Rading', viij. die Aprilis.

* Substituted for 'fusta.' † Sic in MS.

1235.
[m. 14.] *Rex. De jocalibus et penulis retinendis ad opus regis apud Lond'.*—Mandatum est majori et vicecomitibus London' quod, visis litteris istis, sicut honorem regis diligunt, faciant retineri ad opus domini regis apud London' circiter ducentas marcatas jocalium, scilicet, magnorum firmaculorum, anulorum et pulcrarum zonarum, et omnes penulas et fururas recetentes,* tam de bissis quam de minuto vario, ita quod nichil inde vendatur vel carietur usque ad nundinas Sancti Ivonis, set ea omnia salvo custodiantur ad opus regis et appretientur per visum et testimonium proborum et legalium hominum, sicut Willelmus de Haverhull' et Willelmus Hardel eis dicent ex parte regis. Teste rege apud Rading,' ix. die Aprilis.

Rex. Pro Engelardo de Cygogny.—Mandatum est Johanni de Colemere quod, de primis vinis que venerint usque London' vel Suhampton' venalia, permittat homines Engelardi de Cygoygny emere ad opus ejus duo dolia vini ad denarios suos. Teste ut supra.

Dubl'. Liberate pro Willelmo Joynier.—Rex thesaurario et camerariis suis Dublin' salutem. Liberate de thesauro nostro Alexandro Cordele, homini Willelmi Joynier, ad opus ipsius Willelmi centum libras pro pannis sericis et aliis rebus emptis ab eodem Willelmo ad opus nostrum contra Natale Domini, anno regni nostri decimo nono. Teste me ipso apud Windes', x. die Aprilis.†

De damis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere Margarete uxori Hugonis de Kylpec duas damas in foresta de Savernac, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro quodam mercatore de Hibernia.—Rex vicecomiti Devonie salutem. Monstravit nobis Edwardus le Marchal, homo dilecti et fidelis nostri G. comitis Marescalli, de Hibernia, quod res et mercandisas suas nuper apud Dertesm' fecisti arestari, eo quod invente fuerunt in quadam nave veniente de partibus transmarinis cum mercatoribus de Normannia.‡ Et ideo tibi precipimus quod res et mercandisas predictas, quas idem Edwardus probare poterit suas esse, ei sine dilatione deliberari facias. Teste ut supra. Per. W. de Ral'.

Pro Dionisia que fuit uxor Petri Mimecan'.—Mandatum est Johanni de Nevill', quod de terra, que fuit Petri Mimecan' et quam tenuit de rege in capite in ballia sua et quam cepit in manum regis occasione mortis ipsius Petri, faciat habere Dionisie, que fuit uxor ejusdem Petri, rationabilem dotem suam secundum legem et consuetudinem regni regis. Teste rege apud Windes', x. die Aprilis.

De duobus servientibus missis ad Insulas.—Mandatum est Willelmo Hardel quod, non obstante mandato domini regis alias ei facto de

* Sic in MS. † This entry is cancelled 'quia in rotulo patentium.'
‡ 'Ut dicit' has been cancelled here.

1235.
[m. 14.] duobus servientibus amovendis de servientibus equitibus, quos mittere providit ad Insulas regis, et loco eorum duobus aliis substituendis, videlicet, Willelmo de Winceleis et Alano de Winceleis, eisdem Willelmo et Alano, quos dominus rex vult mitti una cum aliis ad partes predictas, tales liberationes faciat quales alii perceperunt, et ipsos cum omni festinatione qua poterit mittat usque ad mare ad transfretandum cum aliis servientibus vel sine illis ad Insulas predictas. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Et mandatum est Drogoni de Barentin quod predictos Willelmum et Alanum ad hoc admittat. Teste ut supra.

Pro W. capellano et Jacobo de Dovor' clerico missis ad morandum cum Isabella sorore domini regis.—Mandatum est Roberto de Mucegros quod Willelmum capellanum et Jacobum de Dovor' clericum, quos dominus rex mittit ad Isabellam, sororem suam, ad morandum cum ea et deserviendum in officio capellani et clerici admittat et eis neccessaria ministrari faciat. Teste rege apud Windes', xj. die Aprilis.

Insule. Pro Hugone Wac'.—Rex ballivo suo de Gerner' salutem. Datum est nobis intellegi ex parte dilecti et fidelis nostri Hugonis Wac quod injuste et sine judicio et contra consuetudinem insule de Gerner' ipsum disseisiri fecisti de duabus piscariis suis in predicta insula, ipso non vocato et absque aliqua summonitione prius ei inde facta, et blada sua cepisti ad muniendum castrum nostrum ejusdem insule. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, tunc ipsum Hugonem de piscariis predictis reseisiri et blada sua ei reddi facias, vel ei inde satisfacias. Teste ut supra.

Rex dilecto sibi Hugoni filio Reyneri de Stamford' salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes quatinus cum omni qua poteritis festinatione fieri faciatis tres bonas blaunchettas, et tres bonos haubergettos et eos, cum facti fuerint, bene tingi faciati[s] in grana, quo facto custum nobis scire faciatis et illud vobis reddi faciemus. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est:

Waltero de Tykincot' de Stamford' de tribus bonis haubergettis et tribus bonis blanchettis.

Roberto filio Ricardi de Norhampt' de quatuor blaunchettis.

Henrico de Tykincot' de tribus blaunchettis et tribus haubergettis bonis. Teste ut supra. Per W. de Kirk'.

Pro Avicia que fuit uxor Michaelis de Columbariis.—Rex cepit homagium Avicie que fuit uxor Michaelis de Columbariis, filie et heredis Elye Crok, de terra quam idem Elyas de rege tenuit in capite in Eston' et que ipsam hereditarie contingit. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod occasione mortis predicti Michaelis, quondam viri ipsius Avicie, ad predictam terram manum non mittat. Teste rege apud Windes', xj. die Aprilis.

1235.
[m. 14.]

Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod de terris que fuerunt predicti Elye in Coligburn' et in Cett', et de quibus predictus Michael, quondam vir suus, seisitus fuit postea, eidem Avicie plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Rex. De placitis infra honorem de Berchamsted'.—Mandatum est Roberto de Lexinton' quod, expedito itinere suo in comitatu Hertford', si aliquo modo possit, in propria persona accedat usque Berchamsted' ad placita corone et alia placita que summonita sunt coram justiciariis regis itinerantibus infra honorem de Berchamested', placitanda et terminanda. Et, si forte per se ipsum id facere non possit, per unum vel duos de sociis suis justiciariis domini regis id fieri faciat. Teste ut supra. Per Karleolensem.

Pro abbate de Bello Loco, de assignatione quinque carucatarum terre. —Rex vicecomiti Suhampt' salutem. Precipimus tibi quod, assumptis tecum duodecim de discretioribus et legalibus militibus de comitatu tuo de visneto Nove Foreste nostre, similiter et viridariis et forestariis de feodo de eadem foresta, quibus mandavimus quod ad mandatum tuum certis die et loco, quos eis scire facies, tibi occurrant ad preceptum nostrum audiendum et exequendum, in propria persona tua accedas ad planitiem illam que est inter capellam Sancti Leonardi et villam de Baddeslegh' juxta costeram maris et per visum et sacramentum predictorum militum, viridariorum et forestariorum assignari facias dilectis nobis in Christo abbati et monachis de Bello Loco ad minus nocumentum predicte foreste nostre quinque carucatas terre de propria terra nostra de bruera extra coopertum ejusdem foreste in costera maris. Quia vero non constat nobis, nec plene nobis potest constare sine visu et testimonio tuo et predictorum militum, viridariorum et forestariorum vel aliorum fidelium nostrorum ad hoc electorum, quot acre sufficiant ad unamquamque carucatam predictarum carucatarum terre, tibi precipimus quod in fide, qua tu et predicti milites, viridarii et forestarii nobis tenemini, predictas quinque carucatas terre taliter et tam distincte, discrete et aperte et per tales certas divisas, metas, terminos et bundos eis assignari facias, sicut tu et predicti milites, viridarii et forestarii pro te et heredibus tuis et ipsi pro se et heredibus suis warantizare volueritis assignationem predictarum quinque carucatarum terre versus nos et heredes nostros, ita quod assignatio illa, per te et per predictos milites, viridarios et forestarios eis facta, non excedat numerum quinque carucatarum terre, ita tamen quod predicte quinque carucate terre eis plene assignentur. Cum autem assignationem predictarum quinque carucatarum terre tu et predicti milites, viridarii et forestarii eis feceritis per certas divisas et metas, sicut predictum est, nobis scire facias sub sigillo tuo et sigillis predictorum militum, viridariorum et forestariorum, per quos terminos, divisas et bundos predicte quinque carucate terre per te et per predictos milites, viridarios et forestarios eis fuerint assignate. Talem igitur et tantam diligentiam tu et predicti milites, viridarii et forestarii, quibus idem

1235.

[m. 14.] mandavimus, apponatis quod tam fidelitatem et discretionem tuam, quam predictorum militum, viridariorum et forestariorum merito commendatam habere debeamus, et quod predictis abbati et monachis in assignatione predicte terre nichil depereat. Teste rege apud Windes', xj. die Aprilis.

Et mandatum est viridariis et forestariis de feodo de Nova Foresta quod, ad diem et loco quos dictus vicecomes eis scire faciet, eidem vicecomiti occurrant ad mandatum domini regis in forma predicta exequendum. Teste ut supra.

Pro hospitali Sancti Johannis Oxonie.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere fratri Galfrido elemosinario regis, quatuor postes et quatuor pannas et laqueos ad hoc neccessarios ad opus fratrum hospitalis Sancti Johannis Oxonie in Sothovr' ad quandam coquinam erigendam in eodem hospitali, de dono regis. Teste rege apud Windes', xij. die Aprilis. Per ipsum regem.

De equis retinendis ad opus regis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' et Willelmo Hardel quod omnes equos, palefridos et runcinos venientes hac instanti die Veneris apud Smeth'feld' venales, qui sint alicujus valoris, ad opus domini regis retineri faciant. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni le Flemeng' et Ricardo marescallo domini regis quod omnes equos, palefridos et runcinos, quos in nundinis Sancti Ivonis invenerint retinendos, ad opus regis retineri faciant. Teste ut supra.

De quercubus. Pro Gilberto Basset.—Mandatum est constabulario de Divisis quod habere faciat Gilberto Basset quinque quercus in foresta de Chipeham' ad maeremium inde faciendum ad se hospitandum, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Mandatum est ballivis portus Dovor' quod habere faciant fratri G. elemosinario domini regis unam navem in portu suo, sicut idem G. eis dicet, et quod faciant eidem habere plures naves juxta mandatum ipsius fratris G. alias, si neccesse fuerit. Teste rege apud Windes', xiij. die Aprilis.

Mandatum est Ricardo de Wrotham' quod non vexet vel vexari permittat occasione cheminagii homines dilecti et fidelis nostri Godefridi de Craucumb' in ballia tua* ducentes maeremium ei datum in foresta nostra. Teste rege ut supra.

Mandatum est vicecomiti Devonie quod, statim visis litteris, navem illam cum quinquaginta et quinque doliis vini, quam barones de Quinque Portubus nuper venire fecerunt in villam Exonie, retineri et salvo custodiri faciat, ita quod nichil inde amoveatur quousque aliud a rege inde habuerit mandatum. Teste rege apud Windes', xiiij. die Aprilis. Per R. filium Nicholai.

* Sic in MS.

1235.

[m. 14.] *Pro decano et capitulo Sancti Pauli Lond'.*—Rex vicecomiti Essex' salutem. Scias quod concessimus decano et capitulo Sancti Pauli Lond' et successoribus suis inperpetuum per cartam nostram, quam eis fieri fecimus, quod manerium suum de Berling' et homines sui de eodem manerio imperpetuum sint quieti de sectis comitatuum et hundredorum et misericordiis eorum et auxiliis vicecomitum et ministrorum suorum et cariagiis et operationibus castellorum et pontium, et de peccunia danda pro forisfacto de murdro, latrocinio et escapio, et de visu franci plegii; ita tamen quod predicti decanus et capitulum et successores sui visum franci plegii faciant ubi visus franci plegii fieri consuevit in eodem manerio de hominibus suis ejusdem manerii coram ballivo ejusdem hundredi ad hoc vocato, si venire voluerit, et si venire noluerit, propter hoc non remaneat; et, si qua misericordia emerserit de visu franci plegii predicti, misericordia illa sit predictorum decani et capituli; et quod homines predictorum decani et capituli de predicto manerio sint inperpetuum quieti de wardpeny, hundredespeny et thethingpeny; et quod predicti decanus et capitulum habeant in eodem manerio soc et sac, tol et them, infangenthef et utfangentef. Et mandatum est eidem quod predictam cartam in comitatu suo legi et predictas libertates et quietantias ipsis decano et capitulo et eorum hominibus a rege concessis* secundum tenorem predicte carte eis in ballia sua faciat observari. Teste rege apud Windlesor', xiiij. die Aprilis.

Eodem modo scribitur custodi honoris de Reyl' et ballivo hundredi de Rocheford' pro eisdem. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Nevill'.—Mandatum est Tome de Sanford' quod per visum forestariorum et viridariorum permittat Willelmum de Nevill' capere in bosco suo proprio de Chelewurth' in ballia sua octo furchias, sex pandnas et sexaginta cheverones ad quandam grangiam inde faciendam apud manerium suum de Blakeland'; et meiremium predictum sine inpedimento chimini abduci permittat. Teste rege apud Windlesor', xv. die Aprilis.

[m. 13.] *Rex. Pro Rogero Cornubiensi, de elemosina constituta.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod duos denarios, quos Willelmus Cumpanun singulis annis percipere consuevit in die ad Scaccarium nostrum per preceptum nostrum de elemosina nostra constituta, et qui nuper in fata concessit, ut dicitur, habere faciant Rogero Cornubiensi, servienti regis de panetaria regis. Teste rege apud Windes', xv. die Aprilis.

Pro Waltero Fortaces.—Mandatum est Hugoni de Kilpec quod habere faciat Waltero Fortaces tria fusta in haia regis de Heref', de dono regis. Teste rege apud Windes', xvj. die Aprilis.

Pro magistro R. Grossoteste electo Lincolniensi, de seisina.—Rex electioni facte de magistro R. Grosseteste in episcopum Lincolniensem assensum adhibuit et favorem. Et mandatum est J. Bathoniensi

* Sic in MS.

1235.
[m. 13.] episcopo quod de terris et tenementis et omnibus aliis que ad predictum episcopatum pertinent et que sunt in custodia sua, plenam seisinam predicto electo habere faciat. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est Radulfo de Warevill' et Johanni de Burgo et per eadem verba. Teste ut supra.

Mandatum est J. Bathoniensi episcopo quod statim, visis litteris, veniat ad regem ad liberandum ei castra de Lafford', de Nawerc' et de Bannebir', vel aliquem de suis ad regem mittat qui potestatem habeat liberandi domino regi eadem castra ad tradendum ea magistro R. Grosseteste, electo Lincolniensi, cujus electioni dominus rex assensum regium adhibuit et favorem. Teste rege ut supra.

De fustis datis ad fabricam ecclesie Lincolniensis.—Mandatum est Roberto de Everingham et ballivo foreste de Syrewud' quod faciat habere decano et capitulo Sancte Marie Linc' centum fusta in bosco de Bamefeld' ad operationem ecclesie sue Lincolniensis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro W. comite Warennie.—Mandatum est Roberto de Lexinton' et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Hertford' quod loquelam, que est coram eis inter Gratiam que fuit uxor Briani de Insula, petentem, et Petrum de Marevill' tenentem, de tertia parte unius carucate terre et dimidie cum pertinentiis in Polehech', quam quidem terram idem Petrus tenet de ballio W. comitis Warennie, qui infirmitate detentus est, et quam ei warantizare debet ut dicitur, ponant in respectum ab octabis clausi Pasche anno etc. xix. in xv. dies. Teste ut supra.

De quercubus et fustis.—Mandatum est constabulario de Windles' quod habere faciat Henrico de la More unam quercum in foresta de Windesor' ad maeremium inde faciendum, et ad domos suas apud Windes' inde reparandas, de dono regis. Teste rege apud Windesor', ut supra.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Gwiberto de Ruwe tria fusta in foresta de Den' ad quoddam molendinum suum reparandum, de dono regis. Teste rege apud Keniton', xvij. die Aprilis.

Pro abbate de Furnes'.—Mandatum est Ade filio Ormi de Kelleth', baillivo wapeltacci de Lonisdal', quod eodem modo intendens sit et respondens abbati de Furnes' et baillivis suis de ballia de Furnes', quo predictus Ormus pater suus eis fuit intendens et respondens per preceptum regis, postquam rex concessit predicto abbati homagium et servitium Michaelis le Flemmeng' et heredum suorum per cartam regis quam inde habet, et sicut idem pater suus domino regi intendens fuit et respondens de ballia predicta ante predictam concessionem regis. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Aprilis.

1235.
[m. 13.]

Pro Matheo de Luveyn, de perdonatione.—Rex perdonavit Matheo de Luvein decem libras quas barones de Scaccario ab eo exigunt per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus predictis quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Roberto de Haya vicecomite Salopie.—Mandatum est constabulario de Brug' quod de vinis regis, que sunt in custodia sua apud Brug', habere faciat Roberto de Haya, vicecomiti Salopie et Staff', unum dolium vini de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Aprilis. Per Johannem filium Philippi.

Pro hominibus Jordani de Blossevill' in Walecot'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus hominibus tenentibus de Jordano de Blossevill' in Waleton' propter paupertatem suam lxiiij. solidos et iiij. denarios, quos ab eo exigitis per summonitionem ejusdem Scaccarii pro pluribus scutagiis de tempore nostro. Et ideo vobis mandamus quod predictos homines quietos inde esse faciatis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Cecilia, que fuit uxor Henrici Hues'.—Mandatum est vicecomiti Suhampt', quod plenam seisinam habere faciat Cecilie, que fuit uxor Henrici Huoes', de manerio de Elinges cum pertinentiis, quod eadem Cecilia habet de dono domini Johannis regis, patris hujus regis, et unde habet confirmationem regis, et quod cepit in manum regis occasione mortis predicti Henrici, quondam viri sui. Teste ut supra.

Pro domo conversorum de Newestret'.—Rex concessit per cartam suam domui quam fundari fecit in vico qui vocatur Newestret', inter Vetus Templum et Novum London', ad sustentationem fratrum conversorum et convertendorum de Judaismo ad fidem catholicam in auxilium sustentationis eorundem fratrum in eadem domo conversantium, domos et terras que fuerunt Johannis Herlicun in London' et sunt in manu regis tamquam escaeta regis, excepto gardino quod fuit ejusdem Johannis in vico predicto de Newestret' et quod dominus rex prius per cartam suam concessit R. Cicestrensi episcopo, cancellario suo, et omnes alias escaetas que tempore hujus regis per feloniam vel quacumque ex causa domino regi accident in civitate regis vel in suburbio infra libertatem civitatis regis London', sicut plenius continetur in carta regis quam inde fieri fecit. Et mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi quod de terris et domibus predictis Joceo filio Petri, custodi domus predicte, de terris et domibus predictis ad opus predictorum conversorum plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Eodem modo scribitur vicecomitibus London'.

Pro Reginaldo de Hedun'.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod liberari faciat Reginaldo de Hedon', cui rex concessit custodiam terre et heredum Willelmi de Gymeges per finem centum et decem marcarum quam fecit cum domino rege, Robertum filium et heredem predicti Willelmi, quem habet in custodia sua per preceptum regis. Teste ut supra.

1235.
[m. 13.]

Pro canonicis de Thopholm'.—Rex concessit per cartam suam abbati et canonicis de Tupholm' quasdam libertates et quietancias contentas in predicta carta. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod predictam cartam in comitatu suo legi et predictas libertates et quietancias eis a domino rege concessas secundum tenorem predicte carte in ballia sua firmiter teneri faciat. Teste ut supra.

Pro Ela comitissa Sarrisburie.—Dominus rex perdonavit Ele comitisse Sarrisburie viginti et quatuor marcas, quas barones de Scaccario ab ea exigunt per summonitionem Scaccarii de scutagio regis Pictavie. Et mandatum est baronibus predictis quod predictam comitissam de predictis xxiiij. marcis quietam esse faciant. Teste ut supra.

De capreolis datis.—Mandatum est Johanni de Ruper',* custodi foreste de Ber', quod habere faciat Hugoni Paynel tres capreolos in brulliis foreste de Ber', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Hugone Dispensatore.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto et fideli nostro Hugoni Dispensatori viginti solidos, quos ab eo exigitis per summonitionem Scaccarii nostri pro scutagio Brittannie, et decem solidos, quos ab eo exigitis per summonitionem ejusdem Scaccarii pro scutagio nostro de Elvein. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Hugonem de predictis viginti solidis et decem similiter quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Aprilis.

De denariis mittendis ad dominum regem.—Mandatum est Cantebr'† quod illas quinquaginta marcas, quas liberasse debuit per preceptum regis Ricardo marescallo domini regis et Johanni le Flemmeng ad equos emendos in nundinis Sancti Ivonis, et non liberavit ut dicunt, sine dilatione ad dominum regem mittat et eas in garderoba regis liberari faciat. Teste ut supra.

Pro hominibus de soca de Waltham.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Quia per inquisitionem factam per preceptum nostrum accepimus quod omnes homines de soka de Waltham et antecessores eorum tempore Alani filii comitis et aliorum dominorum suorum ante guerram motam inter dominum Johannem regem, patrem nostrum, et barones suos Anglie, quieti fuerunt et esse debuerunt de sectis comitatuum, wapentak', de visu franci plegii et de murdro, concessimus eis pro nobis et heredibus nostris quod omnes predicti homines de soka de Waltham de predictis consuetudinibus imperpetuum sint quieti, sicut plenius continetur in litteris nostris patentibus, quas eis inde fieri fecimus. Et tibi precipimus quod litteras predictas in pleno comitatu tuo legi, et libertates et quietancias in eis contentas eis teneri faciatis, sicut predictum. Teste rege ut supra.

* Substituted for 'Nicholao de Valoines' † Sic in MS.

1235.

[m. 13] Mandatum est vicecomiti Salopie* quod liberari faciat latori presentium, homini Johannis de Erlham, falcones de aerio regis de Brug' de hoc anno etc. xix., deferendos ad regem. Teste ut supra.

Pro thesaurario Sancti Pauli Lond', de respectu.—Mandatum est justiciariis domini regis itinerantibus apud Hertford' quod appellum quod Alicia la Russe facit versus Ricardum Dec' de Pelham, Alanum de Arcubus, Thomam de Pelham et Gervasium de la Heye, clericos et servientes magistri A., thesaurarii Sancti Pauli London', qui residet ad Scaccarium regis in servitio domini regis, de raptu et imprisonatione contra pacem regis, ponant in respectum usque in xv. dies a die Mercurii proxima post octabas clausi Pasche apud Westmonasterium in itinere suo in comitatu Middelsex'. Loquelam etiam que est coram eis inter Johannem de Thiwing' et predictum thesaurarium et decanum de Arcubus, magistrum G. Perdriz et Gervasium de Melkel', de eo quod idem thesaurarius prosecutus est placitum in curia Christianitatis de catallis que non sunt de testamento vel matrimonio contra prohibitionem regis, ut dicitur, et quod predicti decanus, magister G. et Gervasius tenuerunt idem placitum contra prohibitionem regis, ut dicitur, ponant in respectum usque ad terminum predictum. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Aprilis.

Mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi, escaetoribus domini regis, quod singulis annis reddi faciant R. comiti Cornubie et Pictavie et Isabelle uxori ejus sexdecim libras de manerio de Bradest' nomine dotis predicte Isabelle, sicut eadem Isabella eas percipere consuevit tempore quo H. de Burgo, comes Kancie, habuit custodiam terre et heredum G. quondam comitis Glouc'. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Aprilis.†

Pro R. comite Cornubie.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod dedimus dilecto fratri et fideli nostro, R. comiti Cornubie et Pictavie scutagium nobis debitum de feodis militum que tenebantur de Willelmo de Braus' in Totteness' pro exercitu nostro de Elveyn', quod quidem scutagium exigitis ab eo per summonitionem Scaccarii nostri. Et ideo vobis mandamus quod ipsum comitem, fratrem nostrum, de predicto scutagio quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Rex dilecto et fideli suo Ricardo de la Lad' salutem. Sciatis quod concessimus dilecto fratri et fideli nostro R. comiti Pictavie et Cornubie et Isabelle uxori sue, comitisse Glouc,' quod percipiant singulis annis de manerio de Bradested' sexdecim libras nomine dotis predicte comitisse, ita quod de termino Sancti Michaelis, anno regni nostri decimo octavo, et de termino Pasche, anno regni nostri xix. percipiant de manerio predicto sexdecim libras nomine dotis, sicut predicta comitissa ea‡ percipere consuevit quamdiu custodia terre et heredum G. quondam comitis Glouc' fuit in manu H. de Burgo comitis Kancie. Et ideo vobis mandamus quod de terminis predictis et decetero singulis annis

* Substituted for 'Staff'.'

† This entry is cancelled 'Quia aliter inferius.'

‡ Sic in MS.

1235.

[m. 13.] predictis comiti Ricardo et Isabelle uxori sue sexdecim libras de manerio predicto nomine dotis predicte comitisse habere faciat.* Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Aprilis.

Pro operatione turris de Corf'.—Mandatum est Roberto de Lexinton' quod faciat habere Thome de Cyrencestr', vicecomiti Sumers' et Dors', maeremium in bosco regis de Bere ad planchias emendas, quales dominus rex ei injunxit, ad turrim de Corf' planchiandam, et per visum legalium hominum videri faciat quot fusta in bosco illo capta fuerint ad planchias predictas et quot planchie, ita quod tam fusta quam planchie tallientur in tallia, cujus altera pars remaneat penes ipsum qui assignatus fuerit ad fusta illa liberanda, et altera penes vicecomitem nostrum predictum. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Aprilis.

Judei. Pro Hugone de Godeshull'.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod ad petitionem dilecte sororis nostre Isabelle, perdonavimus Hugoni de Godeshull' quadraginta marcas de debito, quod idem Hugo debet Abrahe Batecok', Abrahe Pinch' et Joscio de Wilton', Judeis de Wintonia. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Hugonem de predictis quadraginta marcis quietum esse, et eas predictis Judeis in debitis suis, que nobis debent, allocari faciatis.

Rex. Pro operationibus apud Westmonasterium.—Mandatum est H. de Pateshull', thesaurario domini regis, quod habere faciat Odoni aurifabro, custodi operationum domini regis Westmonasterii, denarios ad quandam cameram privatam faciendam prope cameram regis apud Westmonasterium, sicut dominus rex eidem Odoni injunxit. Teste rege apud Windes',† xxvij. die Aprilis.‡

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere W. Exoniensi episcopo quatuor damos in forinseco bosco regis de Havering', de dono regis. Teste rege apud Windes', xxvij. die Aprilis.

Mandatum est Roberto de Everingham quod permittat priorem de Landa prosternere in bosco suo de Sauterford', qui est infra forestam regis de Syrewud', xxx. quercus ad fabricam ecclesie sue, et illas sine impedimento chiminagii extra forestam predictam abducere. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cumpton'.—Mandatum est M.§ filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod, si navis Willelmi de Cumpton', quam arestavit apud Ros eo quod idem Willelmus est homo G. Marescalli, comitis Penbr', ut dicit, arestata fuerit postquam pax regis clamata fuit in Hibernia post guerram motam inter dominum regem et R. Marescallum, quondam comitem Penbr', tunc navem illam ei sine dilatione deliberari

* Sic in MS. † Substituted for 'Westmonasterium.'
‡ This entry is cancelled, 'Quia in rotulo Liberate.' § Omitted in MS.

1235.

[m. 13.] faciat cum catallis et rebus suis in ea contentis, nisi ob aliam causam fuerit arestata; et, si propter aliam causam eam arestari fecerint,* causam illam domino regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo Lungespee.—Mandatum est Avicie Crok, custodi foreste de Ceth', quod in foresta de Ceth' faciat habere Willelmo Lungespee viginti quercus ad cheverones faciendos ad se hospitandum in manerio suo de Erdinton', de dono regis. Teste ut supra.

Foresta. Pro rege de fine pro deafforestatione comitatus Leicestr'.—Mandatum est vicecomiti Leic' quod distringat homines comitatus sui, qui finem fecerunt cum domino rege per priorem de Land' et abbatem de Osulveston' loco eorum constitutos, pro terra sua in comitatu predicto deafforestanda, ad reddendum ipsi regi id quod ad eos pertinet de fine predicto. Teste ut supra.

Pro crucesignatis Lond'.—Rex majori et† vicecomitibus London' salutem. Sciatis quod concessimus quod omnes illi, qui crucesignati fuerunt tempore quo magnum taillagium nostrum generaliter assisum fuit super civitatem nostram Lond', tam mares quam femine, quieti sint de taillagio etc. super eos assiso et quod nichil capiatur ab eis occasione predicti tallagii, sive iter peregrinationis sue fecerint sive non et parati fuerint peregrinationem suam facere, ita quod heredes predictorum crucesignatorum qui mortui sunt, sicut et ipsi crucesignati qui adhuc vivunt, habeant quietanciam predictam. Concessimus eciam quod omnes illi de civitate predicta qui tempore predicto talliati fuerunt ad duos solidos tantum vel minus, et heredes talium qui mortui sunt, quieti sint de tallagio suo super eos assiso. Et ideo vobis precipimus quod omnes predictos crucesignatos, tam mares
[m. 12.] quam feminas, sive votum peregrinationis sue fecerint sive non et parati sunt peregrinationem suam facere, et heredes eorum qui mortui sunt postea, et omnes predictos qui ad duos solidos tantum vel minus tailliati fuerunt tempore predicto, et heredes eorum, de predicto taillagio pacem habere permittatis, nichil ab eis exigentes occasione taillagii predicti. Et diligenter inquiratis de hiis qui tempore predicto crucesignati fuerunt, et heredibus eorum qui mortui sunt, et eciam de hiis que tailliati fuerunt ad duos solidos tantum vel minus et de heredibus eorum, et nomina eorum scire faciatis baronibus nostris de Scaccario, quibus mandavimus quod omnes predictos crucesignatos et heredes eorum qui mortui sunt et omnes illos qui tailliati fuerunt ad duos solidos tantum vel minus et heredes eorum, de tallagio predicto quietos esse et sic inrotulari faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod, ex quo predicti major et vicecomites eos certificaverint de predictis, omnes predictos crucesignatos et eorum heredes de taillagio predicto quietos esse et sic inrotulari faciant. Teste ut supra.

---

* Sic in MS. † Omitted in MS.

1235.

[m. 12.] *Pro quodam serviente regis Scocie.*—Mandatum est Bertramo de Crioil quod Thomam de Normanvill', quem cepit per preceptum regis et captum tenet in castro Dovor', sine dilatione cum equis et hernasio suo deliberari faciat. Set, quia dominus rex vult colloquium habere cum eodem Thoma antequam ad dominum suum redeat, significatum est eidem Bertram quod in redditu ipsius Thome versus dominum suum cum ipso aliquem clericum suum ad regem mittat, ita quod ab eodem Thoma nullatenus divertat antequam rex cum eo locutus fuerit. Teste rege apud Windes', xxviij. die Aprilis. Per ipsum regem coram Eboracensi archiepiscopo et consilio suo.

Pro archidiacono Dunelmensi.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod de terra et molendino, que Thomas de Lanun de domino rege tenuit in capite, et terras,* quas idem Thomas tenuit de archiepiscopo Eboracensi et aliis in ballia sua, que capte fuerunt in manum regis occasione detentionis heredis ipsius Thome, quem quidem heredem magister Willelmus de Lanun, archidiaconus Dunelmensis avunculus ipsius heredis, reddidit domino regi, eidem archidiacono de terra et molendino, que predictus Thomas de rege tenuit, et prefato archiepiscopo et aliis de quibus idem Thomas terras tenuit, singulis eorum de feodis suis sine dilatione plenam seisinam habere faciat; et predictum archidiaconum occasione detentionis heredis predicti nullatenus decetero vexet vel vexari permittat. Teste ut supra.

Pro Emerico de Sascy.—Rex concessit Emerico de Sascy, per finem quem fecit cum domino rege, custodiam terrarum et heredum Warini de Bassingburn' unacum maritagio predictorum heredum, habendam eidem Emerico et heredibus suis vel suis assignatis usque ad legittimam etatem eorundem heredum. Et mandatum est Alexandro Bacun, custodi honoris Brittannie, quod de omnibus terris et tenementis, que predictus Warinus tenuit de honore predicto in ballia sua et de quibus seisitus fuit ut de feodo die quo obiit, et de heredibus predictis eidem Emerico plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Waltero Marescallo, de perdonatione.—Rex perdonavit Waltero Marescallo quatuordecim marcas quas debet Elye le Eveske, Judeo London'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Walterum de predictis quatuordecim marcis quietum esse, et eas predicto Judeo in debitis que domino regi debet, allocari faciant. Teste rege apud Windes', xxviij. die Aprilis.

Pro abbate et monachis de Evesham'.—Mandatum est ballivis foreste de Feckeham' quod per visum forestariorum et viridariorum de predicta foresta faciant habere abbati et monachis de Evesham' maeremium in predicta foresta ad coquinam suam de Feckeham' reparandam, sicut eam reparare debent et solent, et sicut maeremium percipere consueverunt in eadem foresta temporibus predecessorum nostrorum regum Anglie. Teste rege ut supra.

* Sic in MS.

1235.
[m. 12.] *Pro comitissa Essex' et Hertf'.**—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Hertford' quod loquelam, que summonita est coram eis inter Willelmum filium Benedicti et Matillidem comitissam Essex' et Hertf'* de placito terre in Digeleswell', unde idem Willelmus vocat ad warantum predictam comitissam, ponant in respectum de die in diem a die Martis in festo apostolorum Philippi et Jacobi usque in xv. dies in itinere suo. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Aprilis.

Pro decano Sancti Martini Lond'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere W. decano Sancti Martini London' viginti quercus in foresta de Brehull' ad maeremium faciendum ad se hospitandum apud Middelton', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Aprilis.

Pro Ricardo Suward'.—Mandatum est eidem Johanni quod habere faciat Ricardo Suward' husbot' et heybot' in foresta de Stawud' ad manerium suum de Heydindon', donec per preceptum regis inquisitum fuerit utrum ea de jure habere debeat necne.

Rex. De navibus pro sorore domini regis.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod statim, visis litteris, sub omni festinatione venire faciat usque Sandwicum omnes naves in portu de Orewell' paratas ad transfretandum cum Isabella sorore domini regis cum vinis, bladis, baconibus, cleiis et pontibus et omnibus aliis provisionibus factis contra transfretationem predicte Isabelle. Et sub tanta festinatione preceptum regis exequatur quod transfretatio predicta pro defectu sui non inpediatur. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Gipewico.

Mandatum est ballivis de Oreford' quod navem Johannis filii Roberti, que vocatur *La Grune*, bene muniri faciant bonis marinellis et armis competentibus, ita quod parata sit ire in servitium regis cum Isabella sorore domini regis una cum aliis navibus ad hoc assignatis. Teste ut supra.

De canibus domini regis afeteiandis.—Mandatum est Hugoni de Loges quod admittat Willelmum filium Wakelini ad currendum ad cervos in ballia sua cum canibus regis cerverettis ad illos afeyteiandos. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Maii.

Eodem modo mandatum est custodi foreste de Chettell' quod admittat Johannem le Fol et Philippum venatorem regis ad currendum ad cervos in ballia sua etc. Teste ut supra.

Pro Simone de Seint Lyz, de respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Rotel' quod loquelam que est inter Robertum de Brayboef et Simonem de Seintliz, senescallum domini archiepiscopi, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post Ascensionem Domini, anno regni domini regis xix. Teste ut supra.

* Sic, for 'Hereford.'

1235.

[m. 12.] *Pro tenentibus de decano et canonicis Sancte Marie de Salopia.*—Rex concessit quod omnes tenentes de decano et canonicis Sancte Marie de Salopia quieti sint de sectis comitatuum et hundredorum, quamdiu Willelmus capellanus regis de Houtton' fuerit in partibus Alemannie in servitio domini regis. Et mandatum est vicecomiti Salopie quod interim homines predictos de sectis predictis quietos esse permittat. Teste rege ut supra.

Pro Agnete de Suvenhampton'.—Rex vicecomiti Sumers' salutem. Quia constat nobis per inquisitionem, quam a te fieri precepimus, quod una virgata terre cum pertinentiis in Cheletun', que fuit Rogeri de Chibbeleye suspensi pro latrocinio, extitit in manu nostra per unum annum et diem, et quod idem Rogerus terram predictam tenuit de Agnete de Suvenhampton'; tibi precipimus quod eidem Agneti de predicta virgata terre cum pertinentiis plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro E. Cantuariensi archiepiscopo de vinis.—Mandatum est constabulario Dovor' quod habere faciat venerabili patri E. Cantuariensi archiepiscopo, totius Anglie primati, tria dolia de melioribus vinis regis de garnisione ejusdem castri, de prestito* regis. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Maii. Per W. de Kirk'.

De perdonatione pro hominibus de Rumenal.—Rex ad instantiam E. Cantuariensis archiepiscopi perdonavit hominibus de Rumenal quinquaginta libras, quas domino regi debent pro transgressione et que ab eis exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis quinquaginta libris ipsos quietos esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod habere faciat Rogero de Glouc', clerico Isabelle sororis regis, tres quercus in foresta de Den' ad faciendum inde maeremium ad domos suas de Caple reparandas, de dono regis. Teste ut supra. Per W. de Kirk'.

Rex vicecomiti Lanc' salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam a te fieri precepimus, quod Swanus de Hudersale tenuit duas bovatas terre cum pertinentiis in Hudersal' de nobis in capite†

Mandatum est ballivo regis de Havering' quod omnes bacones regis, quas habet in custodia sua apud manerium regis de Havering', visis litteris istis, cum omni festinatione Simoni Hurtaud', latori presentium, liberari faciat cariandas ad regem usque Westmonasterium, ita quod sint ad regem hac die Inventionis Sancte Crucis, anno etc. xix. tempestive. Teste ut supra.

* Substituted for 'dono.'

† Cancelled 'Quia in rotulo finium.'

1235.
[m. 12.]

Pro abbate et monachis de Lyr'.—Rex venerabili in Christo patri W. eadem gratia Wygorniensi episcopo salutem. Quia constat nobis per inspectionem carte H. regis avi nostri, quam abbas et monachi de Lyr' habent de jure patronatus ecclesie de Fekenham, et etiam ex tenore litterarum vestrarum, quibus fidem sicut debet adhibemus, didicimus quod predicti abbas et monachi ecclesiam illam a longo tempore, excepta vicaria, in usus proprios tenuerunt; paternitati vestre significamus quod possessionem eorum, ex quo res ita se habet, impedire non curamus; unde licite potestis sequestrum factum de ecclesia prefata occasione presentationis nostre facte nuper de Thoma de Northlech' clerico ad ecclesiam ipsam prefatis monachis relaxare; quod si placet sine impedimento, non obstante presentatione nostra, facere velitis. Precepimus enim ballivo nostro de Fekenham, cui vestri gratia culpis suis exigentibus excommunicationis vinculo innodato, absolutionis beneficium ex interventu nostro inpendistis, quod de terris et redditibus ad ecclesiam ipsam pertinentibus, quas occasione predicta in manum nostram cepit, eisdem abbati et monachis plenam seisinam habere faciat ad disponendum inde pro voluntate sua nunc sicut prius. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Maii.

Pro Roberto Pincerna.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod habere faciat Roberto Pincerne plenam seisinam de terra sua in Castr' cum omnibus instauris et catallis suis, non obstante mandato domini regis ei facto quod de terra illa cum predictis instauris et catallis plenam seisinam habere faceret Johanni de Plessetis, quam rex eidem Johanni commisit habendam per unum annum et unum die,* credens Robertum filium predicti Roberti Pincerne pro morte hominis utlagatum fuisse, et predictam terram suam extitisse. Teste ut supra.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Rex concessit J. Bathoniensi episcopo quod de licentia regis perfodi faciat apud Hidun' in foresta regis de Munedep' ad querendum mineram ferri et omne aliud genus minere, et quod ibidem de minera illa ferrum fieri faciat de vestitura quadraginta acrarum bosci, quas prius ei rex concesserat essartandas in bosco suo de Ceddr', quamdiu vestitura illa duraverit. Et mandatum est Ricardo de Wrotham quod id sine impedimento fieri permittat a predicto episcopo quamdiu vestitura predictarum xl. acrarum duraverit, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Maii.

Pro Gilberto Basset.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod omnia catalla Gilberti Basset, capta in manum regis occasione guerre mote inter dominum regem et R. Marescallum quondam comitem Penbr', et que inveniri poterunt in ballia sua et probari sua esse, de

* Sic in MS.

1235.
[m. 12.] quorum pretio non est responsum ad Scaccarium regis vel que non sunt data per preceptum regis, eidem Gilberto sine dilatione deliberari faciat. Teste rege apud Sutton', v. die Maii. Per R. filium Nicholai.

Eodem modo* mandatum est vicecomiti Surr' et Sussex'.

Pro Johanne Follo.—Rex concessit Johanni Follo, venatori suo, id quod ad eum pertinet habendum per unum annum et unum diem de terra que fuit Thome Bude in Kengham, qui nuper suspensus fuit pro latrocinio. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod eidem Johanni de predicta terra cum pertinentiis et cum catallis in ea inventis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo scissore.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud Lond', habere faciat Willelmo scissori regis unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Amere que fuit uxor Ade de Gurdun'.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod Amere, que fuit uxor Ade de Gurdon', et Ade filio et heredi predicti Ade talem seisinam habere faciat de tota terra cum pertinentiis que fuit predicti Ade de ballia sua, tam in redditibus quam in serviciis liberorum hominum et aliorum, qualem dominus rex inde habuit quando dominus rex ei primum seisinam inde fieri precepit. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Argenteam.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Mandamus vobis quod scire faciatis Judeis de civitatibus et villis, quas dilectus et fidelis noster Ricardus de Argentoem vobis dicet, quod, si qui fuerint ibidem Judei quibus predictus Ricardus in aliquo debito teneatur quod versus eum vel heredes suos inposterum petere voluerint, sint coram nobis apud Westmonasterium in octabis Sancte Trinitatis ostensuri in qua summa pecunie dictus Ricardus singulis eorum teneatur. Quod si ad dictum diem coram nobis non venerint sicut predictum est, si predictus Ricardus usque ad diem illum in aliquo debito eis teneatur, sciant se et heredes suos a petendo predictum debitum a die illo seclusos esse, et ipsum Ricardum et heredes suos inde quietos inperpetuum. Teste rege apud Roffam, v. die Maii. Per ipsum regem coram Karleolensi episcopo.

[m. 11.] *Pro heredibus Briani le Ewer.*—Rex cepit homagium Rogeri de Writel' et Philippi de Thorp', qui habent in uxores Agnetem et Aliciam, filias et heredes Briani le Ewer, de quarta parte feodi unius militis cum pertinentiis in Bresec', Gosebec et Eston', quam predictus Brianus tenuit de rege in capite et que predictas Agnetem et Aliciam jure contingit hereditario. Et, quia predicte Agnes et Alicia fuerunt in custodia de dono regis, mandatum est vicecomiti Suff' quod predictis Rogero et Agneti uxori et Philippo et Alicie uxori ejus de predicto feodo cum pertinentiis talem seisinam habere faciat, qualem predictus Brianus inde habuit die quo obiit. Teste rege apud Roffam, vj. die Maii.

* Omitted in MS.

1235.
[m. 11.] *Pro Mabilla uxore Galfridi Ridel.*—Mandatum est Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, quod in fide qua domino regi tenetur et sicut regem et honorem suum diligit, plenam seisinam habere faciat Mabille uxori Galfridi Ridel de terra de Belyn et de terris in insula de Olerun, quas idem Galfridus tenuit de ballio hujus regis, ita quod rex iteratam inde non audiat querelam. Teste rege apud Sandwicum, xij. die Maii.

Pro hominibus Jacobi Hues'.—Mandatum est Jacobo Hoes' quod homines Huberti Hoes', quos atachiavit de esse coram justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste eo quod sine waranto regis inceperunt claudere boscum ipsius Huberti de Norrug', pacem inde habere permittat nec eos inde in aliquo occasionet, quia rex de facto illo eos clamavit penitus quietos. Teste ut supra.

Pro fratre Roberto magistro Milicie Templi in Anglia, de damis datis.—Mandatum est Thome de Saumford' quod faciat habere fratri Roberto, magistro Milicie Templi in Anglia, decem damos in foresta de Braden' contra celebrationem capituli sui generalis, de dono regis. Teste rege apud Cantuariam, ix. die Maii. Per ipsum regem.

Judei. De extenta facienda.—Mandatum est vicecomiti Hertford' quod per probos et legales homines de comitatu suo extendi faciat terram Radulfi Marescalli in ballia sua et, facta extenta illa, quantum scilicet valeat in dominicis, vilenagiis, redditibus, et aliis exitibus terre, eandem extentam sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit, justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis sine dilatione mittat et hoc breve. Teste rege ut supra.

Et mandatum est predictis justiciariis quod, cum vicecomes Hertford' eis miserit extentam terre predicte, eidem Radulfo secundum valorem terre sue et quantitatem debiti quod debet Abrahe de Birchamsted', Abrahe filio Abrahe, Elye Blundo et Leoni Blundo, Judeis Lond', rationabiles terminos habere faciat. Teste ut supra.

Pro Roberto le Fauconer.—Mandatum est Willelmo de Raleg' quod loquelam, que est coram eo versus Robertum le Fauconer appellatum de morte hominis, ponat in respectum coram rege usque in crastinum octabarum Sancti Johannis Baptiste. Teste rege ut supra.

Pro abbate et monachis de Begar.—Mandatum est custodi honoris Richemund' quod permittat abbatem et monachos de Begar de ordine Cisterciensi percipere in nundinis Sancti Botulphi et apud Richemund' et alibi in ballia sua id quod nomine elemosine percipere consueverunt, tam de molendino quam aliis redditibus et decimis, temporibus Henrici regis avi hujus regis, Ricardi regis avunculi hujus regis et domini Johannis regis patris hujus regis, et tempore istius regis antequam honor predictus pervenisset in manum P. comitis Brittannie, ita quod ipsos inde injuste non impediat. Teste rege apud Cantuariam, x. die Maii.

1235.
[m. 11.] *Pro mercatoribus de Lenn'.*—Rex ballivis de Lenn' et ballivis portus ejusdem ville salutem. Monstraverunt nobis Thomas Hereward' de Lenn', Robertus Bureman de Jernem' et Warnerus de Rising' et quidam alii mercatores de terra nostra quod, cum nuper venissent per partes Normannie cum rebus et mercandisis suis, quidam eorum arestati fuerunt apud Rothomagum, quidam apud Cadamum et quidam apud Puntademer per ballivos regis Francie in Normannia, qui res et mercandisas eorum adhuc detinent cum corporibus aliquorum quos adhuc similiter tenent in prisona. Et, quia dampna predictorum mercatorum nostrorum valde nos movent, vobis precipimus quod omnes res et mercandisas inventas in portu vestro de mercandisis et rebus mercatorum de Normannia arestari et ea salvo custodiri faciatis, ita quod nichil inde amoveatur sine speciali precepto nostro; et scire nobis faciatis quas mercandisas et que catalla arestaveritis et quantum valeant. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Gernemuta et de Sancto Botulfo.

Pro Alvredo de Den', serviente Exoniensis episcopi.—Mandatum est Willelmo de Orlingham quod faciat habere Alvredo de Den', servienti Exoniensis episcopi, quatuor quercus in bosco regis de Mereden' ad maeremium inde faciendum ad se hospitandum apud Drechest, de dono regis. Teste rege apud Roffam, xj. die Maii.

Pro Radulfo filio Bernardi.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod permittat Radulfum filium Bernardi capere decem quercus in bosco suo de From', que est infra forestam regis, ad se hospitandum apud From', et illas sine impedimento chiminagii extrahere. Teste rege ut supra.

Pro Eva de Braos'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod duodecim marcas, quas per summonitionem Scaccarii nostri exigitis ab Eva de Braos' de quodam amerciamento, dedimus eidem Eve in auxilium ad villam suam de Haya firmandam. Et ideo vobis mandamus quod hoc ita fieri et inrotulari faciatis. Teste ut supra.

Et mandatur vicecomiti Heref' quod ei inde pacem habere permittat.

Pro Alicia que fuit uxor Roberti le Chapman.—Rex perdonavit Alicie, que fuit uxor Roberti le Chapman, escapium Willelmi le Naper, qui fuit in prisona regis apud Roffam et in custodia ipsius Alicie. Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Kancie quod ipsam Aliciam de predicto escapio quietam esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est ballivis de Roffa quod occasione predicti escapii ipsam Aliciam in nullo gravent vel occasionent. Teste ut supra.

1235.
[m. 11.] Rex dilecto et fideli suo Alexandro Bacun, custodi honoris Brittannie, salutem. Quia per inquisitionem factam per preceptum nostrum accepimus quod illa dimidia hida terre cum pertinentiis in Bassingburn', quam Warinus de Bassingburn' tenuit de Fulcone de Muntgumery, pertinet ad terram ipsius Fulconis de Mordon', quam habet de ballio nostro, et non ad honorem Brittannie, et quod tum P. comes Brittannie habuit seisinam tam predicte dimidie hide terre quam aliarum terrarum que fuerunt ipsius Warini; vobis mandamus quod de predicta dimidia hide* terre cum pertinentiis eidem Fulconi sine dilatione plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Sutton', xij. die Maii.†

*Pro Fulcone d**—Rex dilecto et fideli suo Alexandro Bacun, custodi honoris Brittannie, salutem. Quia per inquisitionem factam per preceptum nostrum accepimus quod illa dimidia hida terre cum pertinentiis in Bassingburn', quam Warinus de Bassingburn' tenuit de feodo de Mordon', quod fuit Willelmi de Can et quod Fulco de Muntgumery habet de dono nostro, pertinet ad feodum predictum de Mordon' et non ad honorem Brittannie, et quod, cum P. comes Brittannie habuit seisinam terrarum que fuerunt predicti Warini de feodo predicti comitis per preceptum nostrum, idem comes et ballivi sui tenuerunt se in seisina tam predicte dimidie hide terre quam aliarum terrarum que fuerunt ipsius Warini de feodo predicti comitis; vobis mandamus quod de predicta dimidia hida terre cum pertinentiis eidem Fulconi sine dilatione plenam seisinam habere faciatis. Teste me ipso apud Sutton', xij. die Maii.

Pro R. electo Lincolniensi.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat R. Lincolniensi electo decem damos in foresta de Rokingham contra festum consecrationis sue, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Maii.

Mandatum est vicecomiti Linc' quod firmiter prohibeat ex parte regis nec aliquo modo permittat quod mercatum, quod Gratia que fuit uxor Briani de Insula, sine voluntate et precepto regis levavit apud Saeleby post mortem predicti Briani quondam viri sui, decetero teneatur sine speciali precepto domini regis. Teste ut supra.

Pro majore Eboraci.—Rex ballivis suis de Beverlaco salutem. Monstravit nobis Hugo de Saleby, major Eboraci, quod cum quidam servientes sui nuper venissent per partes Andegavie cum rebus et mercandisis predicti majoris, per ballivos de potestate regis Francie arestati fuerunt, qui res et mercandisas predictas ceperunt et in non modicum dispendium predicti majoris illas restituere contradicunt. Et, quia dampna predicti majoris valde nos movent, vobis precipimus quod omnes res et mercandisas inventas in villa nostra de Beverlaco de mercandisis et rebus mercatorum de potestate regis Francie arestari, et ea salvo custodiri faciatis, ita quod nichil inde amoveatur sine speciali precepto nostro; et scire nobis faciatis quas mercandisas et

* Sic in MS. † Cancelled 'Quia aliter proximo inferius.'

1235.
[m. 11.] que catalla arestaveritis et quantum valeant; ita tamen quod occasione hujus mandati nostri manum non mittatis ad res, mercandisas vel catalla mercatorum de terra comitis de Pontivo vel comitisse Flandrie. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Hedun', Novi Castri, Lincoln', Eboraci.

Pro priorissa de Strafford'.—Rex perdonavit priorisse de Strafford' xvij. solidos et viij. denarios, ad quos appretiati fuerunt duo equi et caretta, de qua Johannes carettarius suus cecidit et que ipsum interfecit, et de quibus xvij. solidis et viij. denariis ipsa priorissa regi respondere debuit, quia tam dicti equi quam ipsa caretta ei remanserunt per precium predictum. Perdonavit etiam eidem xij. denarios quos regi debet de catallis cujusdam hominis sui qui fugit pro latrocinio. Et mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Midd' quod predictos xvij. solidos et viij. denarios et predictos xij. denarios de rotulis suis extrahi et ipsam priorissam inde quietam esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Maii.

Et mandatum est vicecomiti Midd' quod ei inde pacem habere permittat.

Pro Radulfo Mar'.—Rex de debito, quod Radulfus Mar' debet Abrahe de Berchamsted' Judeo, perdonavit eidem Radulfo xxx. marcas, et vult rex quod ille xxx. marce eidem Judeo allocentur in debito quod regi debet. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Radulfum de predictis xxx. marcis quietum esse et eas eidem Judeo allocari faciat in debito quod regi debet, sicut predictum est. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Alienora consanguinea regis.—Mandatum est constabulario Glouc' quod, cum Margareta Biset venerit usque Glouc', permittat ipsam accedere ad Alienoram consanguineam regis et cum ipsa colloquium habere. Teste ut supra.

Pro magistro Roberto de Otterinton'.—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat magistro Roberto de Oterinton' quatuor damos in foresta de Wichewud', de dono domini regis. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor Willelmi de Hocton'.—Isabella, que fuit uxor Willelmi de Hocton', filia et una heredum Roberti de Albiniaco, fecit regi homagium de terris, que ipsam contingunt de hereditate que fuit predicti Roberti et quas Ricardus de la Lade et Adam filius Willelmi, custodes excaetarum regis, ceperunt in manum regis occasione mortis predicti Willelmi quondam viri sui. Et mandatum est predictis Ricardo et Ade quod de predictis plenam ei seisinam habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Maii.

1235.
[m. 11.]

Pro A. comitissa Penbr'.—Mandatum est Galfrido Estum' quod habere faciat A. comitisse Penbr' sex damos in foresta de Savernak', de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De terris Gileberti de Atton'.—Quia dominus rex intellexit per inquisitionem factam per preceptum ipsius quod Gilebertus de Atton' tenuit de rege in capite viij. carucatas terre cum pertinentiis in Atton' in liberum soccagium et nichil tenuit de rege in capite per servicium militare; mandatum est vicecomiti Eboraci quod faciat habere R. Dunolmensi episcopo plenam saisinam de terris quas idem Gilebertus de eodem episcopo tenuit in baillia sua per servitium militare, tenendis usque ad legitimam etatem Willelmi filii et heredis ipsius Gileberti, salva Margarete, que fuit uxor ipsius Gileberti, rationabili dote sua de eisdem terris, quas quidem terras idem vicecomes cepit in manum regis eo quod dicebatur quod idem Gilebertus tenuit de rege in capite per servicium militare: et quod liberet eidem Margarete Willelmum filium et heredem ipsius Gileberti nutriendum et custodiendum donec discuciatur utrum maritagium ipsius heredis ad regem pertineat ratione terrarum quas idem Gilebertus de rege tenuit in soccagio, vel ad ipsum episcopum ratione terrarum quas idem Gilebertus tenuit de eo per servicium militare. Teste ut supra.

Pro Margareta que fuit uxor Gileberti de Atton'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod de terris, quas Gilebertus de Atton' habuit in baillia sua de hereditate sive de maritagio Margarete uxoris sue et quas in manum regis cepit, eo quod idem Gilebertus mortuus est et tenuit de rege in capite, sine dilatione eidem Margarete plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Maii.

Pro hominibus tenentibus de honore Richemund'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod non vexet vel vexari permittat homines tenentes de honore Richemund' in ballia sua, quem quidem honorem rex commisit Alexandro Bacun custodiendum quamdiu regi placuerit, contra libertates pertinentes ad predictum honorem, quibus libertatibus predicti homines hucusque usi sunt. Quinquaginta etiam solidos, quos cepit de soca de Geyton' postquam rex predictum honorem eidem Alexandro commisit, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro reparatione pontis castri de Rokingham'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Rokingham' faciat habere constabulario de Rokingham' sex quercus ad pontem castri de Rokingham' reparandum. Teste ut supra. Per W. de Ral'.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Rex concessit venerabili patri J. Bathoniensi episcopo quod de licentia regis perfodi faciat apud Hydon' et alibi super montem de Munedep', in terris quorumcunque licentiam optinere poterit, ad querendum mineram ferri et plumbi, et quod de minera illa ferrum et plumbum fieri faciat de vestitura

1235.
[m. 11.] quadraginta acrarum bosci, quas dominus rex ei concesserat essartandas in bosco suo de Ceddr', quamdiu vestitura illa duraverit. Et mandatum est Ricardo de Wrotham quod id a predicto episcopo fieri permittat sine impedimento, quamdiu vestitura predictarum xl. acrarum duraverit, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Roberto de Lexinton'.—Mandatum est Roberto de Everingham' et Henrico de Lamelegh' quod habere faciant Roberto de Lexint' quater viginti quercus in bosco regis de Mamefeld' ad maeremium inde faciendum ad se hospitandum apud Warcshop' de dono regis, et permittat eundem Robertum de Lexinton' capere maeremium in bosco suo proprio de Warcshop', quantum neccesse fuerit et quale ibi poterit inveniri ad se hospitandum ibidem; et inde sine impedimento chiminagii abducere et extrahere. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Maii.

Rex concessit magistro Simoni carpentario liberationem duarum denariatarum quas Ricardus de Scackernun percipere solebat singulis diebus per manum ballivorum Windles'.*

Pro magistro Simone de Norhampt'.—Rex commisit magistro Simone de Norhampt' custodiam aule sue Windles' et camere et porte forinsece ejusdem castri, cum domibus quas Ricardus de Scackernun prius habuit in eodem castro et aliis pertinentiis suis.† Et mandatum est constabulario Windles' quod ei inde plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Willelmus Trenchard, captus et detentus in prisona Exonie eo quod verberavit Christianam uxorem Johannis del Orchard ita quod fecit abortum, ut dicitur, unde predictus Johannes eum appellat, inde appellatus est odio et athia et non etc.; mandatum est vicecomiti Devonie quod, si idem Johannes invenerit ei xij. etc. coram justiciariis ad primam assisam etc., tunc tradat etc. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Maii.

Pro P. filio Herberti.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis, que arestata sunt apud Suht' ad opus regis, permittat P. filium Hereberti habere v. dolia vini ad denarios suos. Teste ut supra.

Pro priore Sancte Trinitatis London'.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod reddi faciat et deliberari priori Sancte Trinitatis Lond' placiam illam quam regi commodavit ad calcem faciendam, una cum domo in eadem placia levata, ad faciendum inde quod voluerit. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Maii. Per W. de Kirkeham.

* This entry is cancelled 'Quia aliter proximo inferius.' The words 'ballivorum Windles' are substituted for 'constabularii W . .'

† 'Habendam quamdiu regi placuerit,' is cancelled here.

1235.
[m. 11.]

Pro Henrico de Scaccario.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de xj. libris, duobus solidis et duobus denariis, quos per summonitionem Scaccarii exigunt de Henrico de Scaccario de catallis que fuerunt Bertrami de Crioill' in manerio de Moleford', que idem Henricus tempore quo fuit vicecomes noster Berk', vendidit Johanni Marescallo, et quas xj. libras, ij. solidos et ij. denarios idem Henricus liberavit H. de Burgo comiti Kancie, tunc justiciario nostro Anglie, pro debito quod idem Bertram ei debuit, ipsum Henricum quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Maii. Per episcopum Carleolensem.

De quercubus datis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod habere faciat Ade filio Willelmi x. quercus in bosco regis de Mereden' de dono regis, vel alibi in boscis regis in ballia sua. Teste ut supra.

Pro heredibus Thome filii Antonii.—Mandatum est justiciario et thesaurario Hibernie quod demandam, quam per summonitionem Scaccarii Hibernie faciunt heredibus Thome filii Antonii de debitis ejusdem Thome, ponant in respectum quamdiu terre, que fuerunt ejusdem Thome in Des et Desmunt fuerint in manu regis vel quousque aliud a rege mandatum habuerint. Teste rege apud Geldeford', xxiij. die Maii.

Pro magistro et fratribus Milicie Templi.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis que sunt in custodia sua in celario Westmonasterii, faciat habere magistro et fratribus Milicie Templi in Anglia duo dolia vini de dono regis contra convocationem capituli sui. Teste rege apud Wintoniam, xxv. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Salceto faciat habere priorisse de Sewardel' v. quercus ad reedificationem domus sue, que combusta est, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Meys'.—Robertus de Meisy in curia domini regis coram Jordano Oliveri, Roberto de Blakeford', Willelmo de Draicot' et Willelmo filio Henrici, justiciariis regis ad hoc constitutis, recuperavit seisinam advocationis capelle de Corscumbe versus Hugonem de Vivon' per assisam ultime presentationis apud Ivelcestr' inter eos inde captam. Et mandatum est J. Bathoniensi episcopo quod, non obstante reclamatione predicti Hugonis, ad predictam capellam ad presentationem ejusdem Roberti idoneam personam admittat. Teste rege apud Wintoniam, xxvj. die Maii.

Pro Helebrando de Blayer.—Mandatum est majori et ballivis Suht' quod ducenta et quadraginta quarteria frumenti, que Iweinus Sprug' rettatus de quodam homicidio facto apud Suht', adduxit usque Suht' et que sunt Henrici Sprug', patris sui, ut rex intellexit per inquisitionem factam per preceptum suum, liberent Helebrando de

1235.
[m. 11.] Blayer socio predicti Henrici, quia idem Helebrandus fecit regem securum per Walterum le Flemeng et Benet Ace quod de predicto blado satisfaciet predicto Henrico socio suo. Teste ut supra.

De fratribus predicatoribus Wintonie.—Mandatum est constabulario de Porecestr'* quod in foresta de Bera sparsim per loca faciat habere fratribus predicatoribus Wintonie xl. quercus ad cheverones et gistas faciendas ad edificationem domorum suorum Wintonie, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam, xxvij. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Wenuz quod in foresta de Axiholt faciat habere abbati de Certes' xxx. quercus ad edificationem abbatie sue, que combusta est, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur constabulario Windles' de xxx. quercubus in foresta de Penber' et xl. quercubus in la Frith' infra forestam Windles', pro eodem abbate.

De cervis et bissis datis.—Mandatum est Alexandro Bacun, custodi honoris de Richem', quod habere faciat Roberto de Tatteshal' v. cervos et x. bissas in foresta de Wendeslaghedal', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de la Lade quod habere faciat Roberto de Curtenay unum cervum in foresta de Assemere, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam, xxvij. die Maii.

De Mauritio Cumin custodiendo.—Mandatum est constabulario Turris London' quod Mauricium Cumin, quem rex ei mittit, recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Samford' quod habere faciat Roberto Tresgoz duos damos in foresta de Braden', de dono regis. Teste rege apud Merewell', xxviij. die Maii, anno xix. Per Nicholaum de Molis.

De cheveronibus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Ferrariis l. cheverones et iiij. pannas in Scrubbe et in Pochel' de dono regis, ad se hospitandum apud Pery. Teste rege apud Merewell', xxix. die Maii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat A. comitisse Penbr' xv. damos in foresta de Rokingham, de dono nostro. Teste rege apud Merewell', xxx. die Maii.

Eodem modo scribitur constabulario Sancti Briavelli pro eadem comitissa de v. damis in foresta de Dene.

* The words, 'constabulario de Porecestr',' are substituted for 'custodi foreste de Essel'.'

1235.

[m. 11.] Mandatum est Ricardo de la Lade quod habere faciat comitisse de Penbr' copiam domorum de Theokebir' quamdiu ibidem perendinare voluerit, permittens ipsam et suos qui sunt de familia sua herbam capere ad equos suos extra prata et buscam ad focum suum extra parcum de Theokebir', quamdiu ibidem moram fecerit. Teste ut supra.

[m. 10.] *Pro abbatissa de Mustervilers.*—Quia rex audivit quod abbatissa de Mustervilers adhuc superstes est, cujus redditum Ricardus de la Lade cepit in manum regis in Bradewaddon' eo quod dicebatur ipsam esse mortuam; mandatum est eidem Ricardo quod eidem abbatisse de predicto redditu plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Merewell', xxix. die Maii.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat fratribus minoribus de Suht' xv. robora ad focum suum in Nova Foresta regis, de dono regis, ubi competentius cariari possint ad aquam. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est justiciario Hibernie quod assisam de morte antecessoris, quam Johannes le Cordewaner aramiat versus Henricum de Trublevill' de terra de Balimad', ponat in respectum usque in octabas Sancti Michaelis, anno xix. Teste ut supra.

Pro episcopo Dunelmensi.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Gilebertus de Aton' nichil tenuit de rege in capite nisi in socagium, propter quod filius et heres ipsius Gileberti debeat esse in custodia regis, et quod idem Gilebertus tenuit de episcopo Dunholmensi per servitium militare, ratione cujus custodia predicti heredis ad ipsum episcopum pertinet; mandatum est vicecomiti Eboraci quod eidem episcopo predictum heredem habere faciat, eo non obstante quod rex alias precepit quod heredem illum habere faceret matri ejusdem heredis. Teste rege apud Chauton', j. die Junii.

De v. doliis vini regis de garnestura navis in qua I. soror regis transfretavit.—Mandatum est Thome Absalom de Sandwico quod v. dolia vini de garnistura navis, in qua Isabella soror regis transfretavit et que reduxit de Aunvers usque Sandwicum, liberet constabulario Dovr' ponenda in castro Dovr', cui rex precepit quod ea recipiat et illuc cariari faciat. Teste rege apud Geldef', j. die Junii.

De gaiola War'.—Mandatum est constabulario de Kenill' quod in bosco de Kenill' faciat habere vicecomiti War' gistas et planchias ad gaiolam War' gistandam et planchiandam. Teste ut supra.

De elemosinaria castri Wintonie.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod per visum forestariorum et viridariorum faciat habere fratri G. elemosinario regis quater xx. et novem cheverones in foresta de Cett' sparsim per loca, ubi melius capi poterunt et ad minus

1235.

[m. 10.] nocumentum ejusdem foreste, ad copulas, pannas et laqueos ad quandam elemosinariam faciendam in castro Wintonie, ita quod inter ipsam et illum, quem predictus frater G. loco suo assignaverit ad maeremium illud prosternendum et recipiendum, fiat tallia testimonialis quantum de foresta illa eidem liberaverit. Teste rege apud Mereton', iij. die Junii.

Pro Willelmo scissore regis.—Rex perdonavit Willelmo scissori unum pelliceum grisium et unum spervarium et quasdam forfices, que regi reddidisse debuit ad Scaccarium de termino Sancti Michaelis anno etc. xviij. de annuo redditu, eo quod idem Willelmus captus fuit et imprisonatus pro servicio regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Willelmum de predicto pelliceo, spervario et forficibus quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Junii.

Pro G. Marescallo, comite Penbr'.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod habere faciat G. Marescallo, comiti Penbr', v. cervos in foresta de Den', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Junii.

Pro fratribus predicatoribus Lond'.—Rex Gileberto de Everesleg' salutem. Precipimus tibi quod libere et sine inpedimento chymini permittas fratres de ordine predicatorum commorantium Lond' quod kariari faciant et duci maeremium illud per bailliam tuam, quod dilectus et fidelis noster Gilebertus Marescallus, comes Penbr', eis dedit in bosco suo de Rutherwyc'. Teste rege etc. apud Westmonasterium, v. die Junii, anno etc.

De roboribus datis.—Rex constabulario Wynd' salutem. Precipimus tibi quod habere facias fratribus minoribus de London' quindecim robora in foresta nostra de Wyndeshour' ad focum suum, de dono nostro. Teste ut supra.

Pro abbate de Certes'.—Mandatum est eidem quod sine inpedimento permittat abbatem de Certes' prosternere et abducere maeremium quod rex ei dedit in ballia sua, non obstante mense prohibito propter feonationem. Teste ut supra.

Rex baillivis Otteford' salutem. Sciatis quod perdonavimus Ade filio Willelmi sectam que ad nos pertinet et ad coronam nostram de morte Thome de Muncketon', quem per infortunium interfecit, sicut per inquisitionem inde factam intelleximus. Et ideo vobis mandamus quod predictum Adam a prisona nostra liberetis et quo voluerit abire permittatis. Teste rege etc. apud Westmonasterium, v. die Junii.

De austurcis, girofalconibus et falconibus gentilibus retinendis ad opus regis.—Rex vicecomiti Nortf' salutem. Precipimus tibi quod arestari facias omnes austurcos, gyrofalcones et falcones gentiles, qui

1235.
[m. 10

applicabunt in portubus ballie tue, donec Henricus de Banvill' retinuerit inde ad opus nostrum quot et quales viderit esse retinendos. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' de avibus retinendis in baillia sua.

Pro Philippo de Albiniaco.—Rex perdonavit Philippo de Albiniaco quadraginta solidos quos barones de Scaccario ab eo exigunt per summonitionem Scaccarii regis per summonitionem Scaccarii*, pro scutagio regis post primam transfretationem suam. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Philippum de predictis quadraginta solidis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Thoma de Hemmegrave.—Mandatum est Ricardo de la Lad' quod habere faciat Thome de Hemmegrave, vicecomiti Norf' et Suff', duos damos in parco de Huneden' de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Junii. Per G. de Craucumb'.

De castro Oreford'.—Mandatum est constabulario de Colecestr' quod faciat habere vicecomiti Norf' et Suff' duodecim quercus in bosco regis de Kingeswud' ad reparationem castri regis Oreford'. Teste ut supra.

Pro fratribus hospitalis Osspring'.—Rex concessit fratribus hospitalis de Osspring' ad sustentationem suam, quamdiu regi placuerit, illas centum solidatas terre cum pertinentiis in Waltham, quas rex prius concessit Johanni de Dinar' ad se sustentandum in servitio suo quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predictis centum solidatis terre cum pertinentiis predictis fratribus plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Windes', viij. die Junii. Per R. filium Nicholai.

Pro magistro et fratribus Milicie Templi in Anglia.—Rex vicecomiti Leic' salutem. Ostensum est nobis ex parte magistri et fratrum Milicie Templi in Anglia quod homines de Roel' ipsos non permittunt essartum illud excolere, pro quo predicti homines nobis aliquando reddere consueverunt xxij. solidos per cartam nostram quam nobis reddiderunt, et de quo eisdem magistro et fratribus postea per te plenam seisinam fieri precepimus. Et ideo tibi precipimus firmiter injungentes quod in propria persona tua accedas ad manerium de Roel', et de essarto predicto cum pertinentiis predictis magistro et fratribus plenam seisinam habere faciatis, et tam in seisina sua ejusdem essarti quam terrarum et reddituum ejusdem manerii, quos habent de dono nostro, manuteneas, protegas et defendas ipsos inde a nullo vexari permittat.* Teste ut supra.

De terra Mathei filii Wulward'.—Rex vicecomiti Surr' salutem. Datum est nobis intelligi quod Matheus filius Wulward' de Micham de terra, quam de nobis tenet in capite per serjantiam, quandam

---

* Sic in MS.

1235.
[m. 10.] partem vendidit et aliam partem venditioni exponit. Et mandavimus eidem Matheo quod de predicta terra nullam faciat venditionem vel alienationem. Et nisi fecerit, tu fieri facias. Teste ut supra.

Consimiles littere directe sunt predicto Matheo.

Pro magistro Milicie Templi.—Mandatum est Alexandro Bacun quod centum solidos annui redditus, quos comes Conayn dedit magistro et fratribus Milicie Templi in Anglia percipiendos de manerio de Wassingburg', eisdem magistro et fratribus sine difficultate habere faciat, sicut illos percipere consueverunt antequam predictus honor esset in manu regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De maeremio ad aulam de Keninton'.—Mandatum est constabulario Windes' quod faciat habere magistro Nicholao, carpentario regis, et sociis suis maeremium in foresta de Windes', ubi illud competentius et commodius capere poterunt, ad aulam quandam ad opus regis faciendam apud Keninton'. Teste ut supra.

Pro Amaurico de Sancto Amando de custodia castri et comitatus Hereford'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Amaurico de Sancto Amando quod a Pentecoste, anno regni nostri xviij. usque ad Pentecosten, anno regni nostri xix. habeat centum marcas de exitibus comitatus nostri Hereford' pro custodia ejusdem comitatus et castri nostri Hereford' tempore predicto, ubi prius non recepit nisi quater viginti marcas; et quod habeat de exitibus predictis a predicto termino Pentecostes anno decimo nono usque ad festum Sancti Michaelis anno eodem pro custodia predicta viginti et quinque marcas. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste ut supra.

Pro abbate de Certes'.—Mandatum est constabulario Windes' quod quadraginta quercus [quas] rex dedit abbati de Certes' in le Frith infra forestam de Windes', faciat ei habere in la Rugge infra eandem forestam, nisi eas habuerit in la Frith per alias litteras regis inde ei directas. Teste ut supra.

Pro Thoma de Gorg'.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod arreragia duodecim librarum de termino Pasche proximo preteriti et etiam arreragia de aliis terminis, si qua debentur Thome de Gorg' de predictis duodecim libris, que ei annuatim debentur ad perficiendum viginti libras, una cum manerio de Pourstok', eidem Thome sine dilatione persolvat. Teste ut supra.

Pro Engeramo de Pratellis.—Rex perdonavit Engeramo de Pratellis quinque marcas, que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii regis de prestito facto Engeramo patri suo in obsidione castri Bedeford'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Engeramum de predictis quinque marcis quietum esse faciant. Teste ut supra. Per episcopum Karleolensem.

1235.
[m. 10.] *Rex. De vinis retinendis ad opus regis.*—Mandatum est ballivis Suht' quod de vinis Andegavie, que nuper venerunt in villam suam Suht' vel que proximo ibidem ventura sunt, retineri faciant ad opus regis quindecim dolia vini, et illa in celario regis Suht' reponi et salvo custodiri faciant, donec rex aliud inde eis preceperit. Teste rege apud Wind', ix. die Junii.

De operationibus apud Westmonasterium.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod cameram illam apud Westmonasterium versus occidentem, ubi Judei sedent ad Scaccarium, fieri faciant ita quod sit ibi solarium et celarium et caminum; et quod camera illa bene et competenter edificetur ad modum alterius camere, que est ex altera parte magne aule nostre ibidem versus orientem; et hoc ad communes sumptus omnium Judeorum Anglie. Teste rege apud Windes', x. die Junii.

Pro abbate et monachis de Villa Nova.—Mandatum est Alexandro Bacun, custodi honoris Richemund' et ballivo regis nundinarum Sancti Botulphi, quod permittat abbatem et monachos de Villa Nova de ordine Cisterciensi percipere in nundinis predictis id quod nomine elemosine percipere consueverunt de dono Constancie quondam comitisse Brittannie, tempore domini J. regis patris* et tempore hujus regis antequam honor predictus pervenisset in manum P. comitis Brittannie, ita quod eos inde injuste non impediat. Teste ut supra.

Pro abbate de Certes'.—Mandatum est Johanni de Venoyz quod sine impedimento permittat abbatem de Certes' prosternere et abducere maeremium quod rex ei dedit in foresta de Axiholt ad edificationem abbatie sue, que combusta est, non obstante eo quod mensis iste prohibitus est propter feonationem. Teste ut supra.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis, que sunt in custodia sua in celario regis London', faciat habere venerabili patri J. Bathoniensi episcopo unum dolium vini de prestitito.† Teste ut supra.

Pro Johanni de Eppel'.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod, non obstante seisina quam rex nuper fieri precepit Humfrido de Eppel' de vicaria de Eppel' et terra ad eam pertinente, faciat habere sine impedimento Johanni de Eppel', qui fuit in seisina predicte vicarie et terre, catalla sua in ea inventa et bladum quod in ea fecit seminari. Teste ut supra.

Pro Gunnora de Sancto Hillario et Henrico filio suo.—Rex concessit Gunnore de Sancto Hillario et Henrico de Sancto Hillario, filio suo, quod illas viginti et sex marcas, quas debent Deulegard' filio Elye, Judeo Wintonie, Duceman filio Urselli et Cote uxori ejus, reddant eis in quinque annis sequentibus, videlicet, quatuor primis annis unoquoque anno quinque marcas, et quinto anno sequenti sex marcas,

* 'nostri' is struck out here, and 'hujus regis' is substituted for 'nostro.'
† Sic in MS

1235.
[m. 10.] scilicet, ad terminos subscriptos, ad festum Sancti Michaelis anno regis etc. xix. duas marcas et dimidiam, et ad Pascha anno etc. xx. duas marcas et dimidiam, et sic de termino in terminum, donec viginti marce solute fuerint quatuor primis annis, et residuas sex marcas solvant quinto anno eisdem terminis, scilicet ad festum Sancti Michaelis tres marcas et ad Pascha tres marcas, ita quod omnino cessent usure. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri faciant. Teste ut supra.

Pro Rogero de Munchenesy, valletto comitis Marescalli.—Rex concessit Huberto de Burgo, comiti Kancie, Rogerum de Munchanesy, qui est in prisona regis in Turri London', custodiendum quamdiu regi placuerit. Et mandatum est constabulario Turris Lond' quod predictum Rogerum ipsi Huberto vel certo nuntio suo sine dilatione faciat liberari. Teste rege apud Windes', x. die Junii.

Pro Idinevet, senescallo L. principis de Abberfrau.—Mandatum est H. de Patheshull', thesaurario regis, quod cum qua poterit festinatione inquiri faciatis* apud quam domum Idinevet, senescallus L. principis de Abberfrau, proficiscens versus Terram Sanctam, hospitatur apud London', et quandam cuppam argenteam precii quinque marcarum sine dilatione emi et eidem Idinevet ex parte domini regis dari faciat. Teste rege apud Rading', x. die Junii.†

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quam inde fieri fecit quod Walterus Faber de Tuddewurth' appellat Willelmum le Petit, captum et detentum in prisona regis Sarrisburie, de morte Alani de Tunner' odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Wilt' quod, si predictus Willelmus le Petit invenerit ei xij. probos et legales de comitatu suo, qui manucapiant eum habere etc., tunc ipsum Willelmum le Petit predictis xij. tradat in ballium, sicut predictum est. Teste ut supra.

De vinis cariandis.—Mandatum est ballivis Oxonie quod sine dilatione cariari faciat* duo dolia de vinis regis que sunt in celario regis Oxonie usque Breihill' contra adventum regis; et dominus rex in adventu suo ibidem denarios quos in expensa illius cariagii posuerint, eis reddi faciet. Teste rege apud Rading', xj. die Junii.

Pro Isabella que fuit uxor Petri filii Herberti.—Mandatum est Herberto filio Petri quod, in fide qua regi tenetur et sicut noluerit quod rex erga ipsum moveatur, Isabelle que fuit uxor Petri filii Herberti, patris sui, sine dilatione rationabilem dotem suam assignari faciat de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Petri et sunt in manu ipsius Herberti, et, antequam rationabilem dotem ei assignaverit, nullum tallagium vel auxilium assideri faciat vel redditum capi in predictis terris, sciturus pro certo quod, nisi dotem suam ei sine dilatione assignaverit de terris predictis, rex eam ei faciet assignari. Teste ut supra.

* Sic in MS. † This entry is cancelled 'quia non habuit.'

1235.

[m. 10.] *De respectu cujusdam inquisitionis.*—Mandatum est custodi foreste de Clarendon' quod inquisitionem, quam rex ab eo fieri precepit de bosco qui vocatur boscus le Viscunte, ponat in respectum usque ad proximum adventum regis ad partes illas, ut tunc coram rege in adventu suo ibidem predicta fiat inquisitio. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor Petri filii Herberti.—Rex cepit fidelitatem Isabelle que fuit uxor Petri filii Herberti, de omnibus terris et tenementis que ipsam Isabellam hereditarie contingunt et quas predictus Petrus et ipsa Isabella uxor ejus de rege tenuerunt in capite de hereditate ipsius Isabelle. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de manerio de Lecheland' cum pertinentiis, quod ipsam Isabellam hereditarie contingit et quod ipsi Petrus et Isabella prius tenuerunt, sicut predictum est, eidem Isabelle sine dilatione plenam seisinam habere faciat et ipsam in seisina sua manuteneas et defendas.* Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Rotel' de manerio de Ocham cum pertinentiis. Teste ut supra.

[m. 9.] *Pro leprosis Sante Marie Magdalene Bristolli.*—Mandatum est G. Marescallo, comiti Penbr', quod viginti solidos annuos, quos leprosi hospitalis Sancte Marie Magdalene percipere debent de villa de Kaermerdin de elemosina regis constituta, ipsis leprosis habere faciat, sicut illos percipere consueverunt antequam villa predicta esset in manu regis. Teste rege apud Rading', xij. die Junii.

Pro Thoma Turbut.—Rex concessit Thome Turbut, vadletto de buttelaria sua, duos denarios in die quos Pompe, qui mortuus est, percipere consuevit de porta de Clarendon'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod denarios predictos eidem Thome habere et sic inrotulari faciat. Teste ut supra. Per Karleolensem.

Pro Roberto falconario.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod sine dilatione faciat habere Roberto falconario omnia catalla sua in cujuscumque manu fuerint in ballia sua, que capta fuerunt in manum regis occasione appelli quod Benedictus de Bircholt fecit versus eum de morte Alexandri de Bircholt, et qui Robertus de appello illo per judicium curie regis quietus recessit.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Sussex' pro eodem Roberto.

Pro reparatione domorum in castro Wintonie.—Mandatum est Avicie Croc quod per visum forestariorum et viridariorum faciat habere constabulario Wintonie quadraginta quercus in foresta regis de Finkel', ad domos regis reparandos in castro Wintonie. Teste ut supra.

Pro Johanne de Baskervill'.—Rex concessit Johanni de Baskervill', servienti suo, id quod ad regem pertinet per unum annum et unum diem de terra cum pertinentiis in Maghne, que fuit Thome Brian' suspensi propter feloniam. Et mandatum est vicecomiti Hereford'

---

* Sic in MS.

1235.
[m. 9.] quod de predicta terra cum pertinentiis suis eidem Johanni plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Walingf', xij. die Junii.

Pro Ricardo de Bello Campo.—Consimiles litteras habet Ricardus de Bello Campo directas vicecomiti Dors' de terra cum pertinentiis in Caundel, que fuit predicti Thome. Teste ut supra.

Pro G. Marescallo comite Penbr'.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat G. Marescallo, comiti Penbr', xl. cheverones in foresta regis de Savernac, de dono regis ad se hospitandum apud Hamsted'. Teste rege apud Walingford', xij. die Junii.

Mandatum est Engelardo de Cyginy quod permittat G. Marescallum, comitem Penbr', prosternere centum quercus in bosco suo de Graiwell' infra forestam regis de Odiham per visum forestariorum et viridariorum regis, et eas sine impedimento abducere ad domos suas de Kaveresham reparandas. Teste ut supra.

Pro decano et capitulo de Lichefeld'.—Mandatum est vicecomiti Stafford' quod non impediat vel impediri permittat decanum et capitulum Lichefeld' quominus fodere possint petram in foresta regis de Hopwas ad fabricam ecclesie sue Lichefeld', sicut eam fodi fecerunt ante tempus suum. Teste ut supra.

Pro Rogero Croch et Johanna uxore ejus.—Rex concessit Rogero Croch et Johanne uxori ejus quod de quinquaginta et octo solidis, quos debent Mirabili et Pucelle Judeis Glouc', reddant infra festum Sancti Petri ad Vincula anno etc. xix. eisdem Judeis decem et octo solidos, et ad festum Sancti Michaelis anno eodem unam marcam, et ad Pascha anno etc. xx. unam marcam, et ad festum Sancti Michaelis anno eodem unam marcam, ita quod interim cessent usure. Teste rege apud Walingf', xiij. die Junii.

Pro Eustachio filio Hereberti.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, cum per extentam, quam rex per vicecomitem Devonie fieri et eis mitti precepit de terra Eustachii filii Hereberti in ballia sua, constiterit eis de valore ejusdem terre, eidem Eustachio rationabiles terminos habere faciant de debito, quod debet Jacobo de Exonia, Abrahe filio Mosse et Fantekino filio Ugeman, Judeis Exonie, secundum valorem predicte terre et quantitatem debiti quod eis debet. Teste rege apud Walingf', xij. die Junii.

Pro abbate et monachis de Pipewell'.—Rex concessit per cartam suam abbati et monachis de Pipewell' quod angulum bosci sui qui vocatur Yungewud', qui continet per numerum acrarum decem et octo acras per perticam regis, sicut rex per inquisitionem quam inde fieri fecit accepit, libere et sine impedimento, quantum ad regem et heredes suos pertinet, essartare, frussire et in culturam redigere possint, salva communi pastura cujuslibet; et quod boscus ille sit quietus de vasto et regardo. Et mandatum est Johanni de Nevill' quod id sine impedimento fieri permittat. Teste rege apud Beckel', xiij. die Junii.

1235.
[m. 9.]

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod faciat habere priori de Bradenestok' in foresta de Chipham duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Rex. De cervis et capreolis datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in ballia sua in haiis foreste de Dene faciat habere Alyenore consanguinee regis septem cervos et tres capreolos, de dono regis. Teste rege apud Wudest', xv. die Junii.

De tradendis in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Ricardus Pistor et Robertus de Monte, capti et detenti in prisona regis de Kenillewurth' pro morte Radulfi le Carboner et Willelmi filii sui, unde Maria, que fuit uxor predicti Roberti le Carboner, eos appellat, appellati sunt de morte illa odio et atya et non eo quod inde culpabiles sint: mandatum est vicecomiti Leic' quod, si ipsi Ricardus et Robertus invenerint ei xxiiij. probos et legales homines de comitatu suo, scilicet, uterque illorum xij. qui eos manucapiant habere coram justiciariis regis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc eos eis tradat in ballium, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro magistro Simone de Langetot.—Mandatum est justiciariis regis itinerantibus in comitatu Cantebrigie quod loquelam, que est coram eis inter Warinum de Munchanes' et Dionisiam uxorem ejus, petentes, et magistrum Simonem de Langet', archidiaconum Cantuarie, qui est in servitio regis in partibus transmarinis per preceptum regis, deforciantem, de dote ipsius Dionisie, ponat* usque a die Sancti Michaelis in unum mensem anno etc. xix., ita quod loquela illa sit tunc coram justiciariis regis apud Westmonasterium in eodem statu in quo nunc est coram eis. Teste rege apud Wudest,' xv. die Junii.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere fratribus minoribus Oxonie quindecim robora in foresta de Sothovr' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Wudest', xvj. die Junii.

De tradendis in ballium.—Quia rex intellexit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Robertus de Wudeton' et Robertus de Hurdel' appellant Walterum de Hopton', captum et detentum in prisona regis Salopie, de morte Nicholai filii Henrici le Despenser odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Salopie quod, si predictus Walterus invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo qui manucapiant eum habere coram justiciariis regis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc predictum Walterum predictis xij. tradat in ballium, sicut predictum est. Teste ut supra.

* After 'ponat,' the words 'in respectum coram justiciariis regis apud Westmonasterium' have been cancelled.

1235.
[m. 9.] *Pro Hereberto filio Mathei.*—Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat Herberto filio Mathei sex robora in bosco regis de Melkesham ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Reginaldo filio Petri filii Hereberti.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod plenam seisinam habere faciat Reginaldo filio Petri filii Herberti de manerio de Swereford' cum pertinentiis, quod predictus Petrus pater suus ei dedit et unde seisitus fuit in vita ipsius Petri patris sui, non obstante eo quod manerium predictum cepit in manum regis occasione mortis predicti Petri. Et catalla, si qua inde cepit occasione predicta, eidem Reginaldo sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Wudest', xvij. die Junii.

Pro Christiana que fuit uxor Ricardi de Luvetot.—Mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi, excaetoribus regis, quod habere faciant Christiane, que fuit uxor Ricardi de Luvetot, rationabilem dotem suam de terris et tenementis, que fuerunt ipsius Ricardi et que post mortem ipsius Ricardi capta sunt in manum regis, eo quod idem Ricardus de rege tenuit in capite. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus:—

Notingham. Teste ut supra.

Hunt'. Teste ut supra.

Pro executione testamenti Ricardi de Luvetot.—Et mandatum est eidem vicecomiti quod non inpediat executores testamenti predicti Ricardi quominus libere et sine impedimento blada et alia catalla que fuerunt ipsius Ricardi, vendere possint ad execututionem* testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

Pro hominibus de Melkesham.—Mandatum est constabulario Divisarum quod permittat homines de Melkesham habere averia sua in foresta de Melkesham, sicut habere consueverunt tempore regis Johannis et tempore regis Henrici filii sui et temporibus constabulariorum ejusdem castri et custodum predicte foreste usque ad tempus suum, quo custodiam illius castri et foreste recepit. Teste ut supra.

De trencheis faciendis.—Mandatum est Roesie de la Rokell' quod in bosco suo de Ledham et de Wormehal' fieri faciat unam trencheam per visum Johannis de Nevill' et forestariorum et viridariorum regis partium illarum, ita quod transeuntibus per easdem partes secure pateat transitus propter malefactores. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Ricardo de Bella Fago quod in bosco suo de Peri fieri faciat unam trencheam per visum predictorum etc. Teste ut supra.

Et mandatum est Johanni de Nevill' quod predictas trencheas fieri permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1235.

[m. 9.] *Pro Willelmo de Huntecumb'.*—Rex dedit et concessit per cartam suam Willelmo de Huntercumb' placiam illam que vocatur Haselgrof, et boscum regis qui vocatur Kingeswud', a terra ipsius Willelmi de Huntercumb' usque Aldebir' per metas ville de Ewelm' et de Aldebire versus austrum infra Rading' weyam, que continent centum et quatuordecim acras per perticam regis, ut rex intellexit per inquisitionem inde factam per preceptum regis, habenda et tenenda de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis inperpetuum, reddendo inde regi et heredibus suis ipse et heredes sui unum par calcarium deauratorum singulis annis ad Pascha pro omni servitio, consuetudine et demanda. Concessit etiam ei rex pro se et heredibus suis quod ipse et heredes sui predictam placiam et boscum predictum possint claudere fossato et haia et essartare et excolere et omnino pro voluntate sua inde disponere, et quod ipsi nullam sectam faciant ad curiam manerii regis de Besinton' ratione predicti tenementi, sicut plenius continetur in carta regis quam ei inde fieri fecit. Et mandatum est Engelardo de Cigon' quod de placia predicta et bosco predicto eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat, et quod predictum Willelmum et heredes suos placiam predictam et boscum predictum claudere fossato et haya et essartare et excolere et omnino pro voluntate sua inde disponere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Johanne de Bendinges et Andrea de Wicumb'.—Quia rex Johannem de Bendenges et Andream de Wicumbe, qui capti fuerunt et in prisona regis detenti pro incendio et pace regis fracta, unde rettati fuerunt, tradi fecit in ballium usque ad primam assisam etc.; mandatum est constabulario Windles' quod catalla eorum, que occasione captionis sue cepit in manum regis, eis sine dilatione reddat donec de predicto incendio quieti fuerint vel convicti. Teste rege apud Wudestok', xviij. die Junii.

Pro Hugone de Vivon'.—Rex venerabili in Christo J. eadem gratia Bathoniensi episcopo salutem. Sciatis quod, cum assisa ultime presentationis summonita esset in curia nostra coram dilectis et fidelibus nostris Jordano Oliveri, Roberto de Blakeford', Willelmo de Draicot et Willelmo filio Henrici, quos ad hoc justiciarios nostros assignavimus, inter Hugonem de Vivon', querentem, et Radulfum filium Bernardi, Johannem de Baalun et Audam uxorem ejus et Hundr'* de Tudeh', deforciantes de ecclesia de Limington', ipsi Radulfus, Johannes et Auda et Gundr'* venerunt in eadem curia et quieta clamaverunt eidem Hugoni presentationem suam ad eandem ecclesiam. Et ideo vobis mandamus quod, non obstante reclamatione ipsorum Radulfi, Johannis et Aude et Gundr', ad presentationem ipsius Hugonis ad predictam ecclesiam idoneam personam admittatis. Teste rege apud Wudest', xix. die Junii.

Pro electo de Micheln'.—Rex electioni facte de Ricardo sacrista abbatie de Micheln' in abbatem ejusdem loci regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio

* Sic in MS.

1235.

[m. 9.] Willelmi, escaettoribus regis, quod de predicta abbatia cum omnibus terris, tenementis et possessionibus ad eam pertinentibus, que sunt in custodia sua occasione vacationis ejusdem abbatie, eidem electo sine dilatione plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro E. Cantuariensi archiepiscopo.—Rex vicecomiti Essex' salutem. Precipimus tibi quod, assumptis tecum probis et legalibus hominibus tam militibus quam aliis de comitatu tuo, in propria persona tua eas ad curias de Waleden' et Depeden', et per sacramentum eorum per quos rei veritas melius poterit inquiri, diligenter inquiras quas consuetudines et que servitia milites, libere tenentes et alii de predictis maneriis cum pertinentiis facere debuerunt et consueverunt dominis suis eorundem maneriorum temporibus predecessorum nostrorum regum Anglie; et quas libertates et quietantias homines predictorum maneriorum, tam milites quam alii, habuerunt et habere debuerunt tempore quo W. de Maundevill', quondam comes Essex', maneria illa tradidit bone memorie S., quondam Cantuariensi archiepiscopo, pro debitis in quibus ecclesie Cantuarie tenebatur, et tempore quo predicta maneria fuerunt in manu ejusdem archiepiscopi; et facta evidenter inquisitione predicta, sis illis in auxilium, qui predicta maneria tenent ad firmam de venerabili patre E. Cantuariensi archiepiscopo, ad distringendum predictos homines pro consuetudinibus et servitiis, ad que facienda tibi constiterit eos teneri per inquisitionem predictam. Libertatibus etiam [et] quietantiis quas milites et alii de eisdem maneriis habuerunt et habere debuerunt tempore predicto, sicut tibi constiterit per inquisitionem predictam, eos sine impedimento uti permittas. Teste rege apud Wudest', xx. die Junii.

Pro Margareta de Ripariis.—Mandatum est Ricardo de la Lad' quod permittat homines de Sernecote et alios homines de honore Glouc', qui sunt in manu regis ratione terre et heredis G. quondam comitis Glouc' in custodia regis existentis, facere sectas ad hundredum Margarete de Ripariis de Crikelad', sicut eas facere consueverint tempore dicti comitis et maxime anno quo idem comes obiit. Teste ut supra. Per W. de Raleg'.

De operationibus in castro de Brug'.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod in foresta regis de Shirlet faciat habere constabulario castri de Brug' viginti quercus ad coquinam et bracinum et alias domos regis in eodem castro emendandas. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Noting' quod in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus eligi faciat quendam viridarium loco Hugonis de la Basoch', quondam viridarium regis in foresta de Noting', qui prestito sacramento sicut fieri debet et solet, extunc faciet et conservet ea que ad officium illud pertinent in eadem foresta; et talem eum eligi faciat qui ad hoc melius possit et velit intendere, et nomen ejus domino regi scire faciat. Teste rege apud Wudestok', xxj. die Junii.

1235.

[m. 9.] *De quercubus datis.*—Mandatum est constabulario Divisarum quod in foresta de Chipeham faciat habere Gilberto Basset sex quercus ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Xxj. die Junii. Per G. de Craucumb'.

De malefactoribus foreste.—Rex vicecomiti Bukingeham salutem. Precipimus tibi quod omnes malefactores de foresta nostra, quos Johannes de Nevill', viridarii et forestarii sui, ceperint in baillia tua et tibi liberaverint, eos ab eis recipias et salvo custodiri facias donec aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

Pro Amicia de Wullavent'.—Rex vicecomiti War' salutem. Monstravit nobis Amicia de Wullavent' quod, cum Ricardus de Wulward', quondam vir suus, nuper coram Willelmo de Caumvill' et sociis suis, quos ad gaiolam nostram Warewici deliberandam justiciarios nostros assignavimus, suspensus pro latrocinio et morte hominis unde coram eis convictus fuit, tu occasione predicta, cum prefatus Ricardus nullam terram haberet nisi de hereditate predicte Amicie, terram que fuit de hereditate ipsius Amicie in manum nostram cepisti. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, de terra predicta eidem Amicie plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Wudest', xxiij. die Junii.

Pro Hugone de Albiniaco.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod venire faciat Walterum King usque Campeden' ad curiam Hugonis de Albiniaco, in qua Philippus Score attachiatus est pro quodam equo quem emit a predicto Waltero, ut dicit, et unde vocat ipsum ad warantum ad warantizandum predicto Philippo equum predictum vel ad faciendum inde quod justum fuerit secundum legem et consuetudinem regni regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Britone, de essarto in Dudinton'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Willelmo Britoni quod habeat essartum illud in Dudinton' cum pertinentiis, de quo ipsum aliquando disseisiri fecimus per voluntatem nostram, et quod postea concessimus priori et canonicis de Finnesheved' tenendum ad certum terminum pro centum solidis annuis nobis reddendis ad Scaccarium nostrum; ita quod, durante termino predictis priori et canonicis a nobis prius concesso, teneant ipse prior et canonici essartum predictum reddendo predicta Willelmo centum solidos predictos, sicut illos nobis reddere debuerunt; et postea redeat essartum illud ad manus ipsius Willelmi, sicut illud tenuit antequam faceremus ipsum inde disseisiri. Et ideo vobis mandamus quod hoc ita fieri et inrotulari faciatis. Mandavimus etiam predictis priori et canonicis per literas nostras patentes quod, durante termino
[m. 8.] suo a nobis concesso, eidem Waltero predictos centum solidos habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Windes', xj. die Junii.

1235.
[m. 8.] Habet inde literas patentes idem Willelmus 'omnibus etc.' et 'priori et canonicis,' per breve prius inde directum vicecomiti Norht', quod est in rotulo finium.

De damis datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta de Den' faciat habere episcopo Herefordensi v. damos de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxv. die Junii.

De cervis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Willelmo de Edmundestrop quod Willelmum de Senegton', quem rex mittit ad eum ad capiendum ad opus regis duos cervos, qui sunt in ballia sua in bruillio prope Wintoniam, sicut rex audivit, ad hoc recipiat et ad hoc sit ei in auxilium. Teste ut supra.

Et mandatum est Gileberto de Pabeham quod ad ipsos cervos capiendos sit eis in auxilium.

Pro Thoma filio Johannis.—Rex concessit Thome filio Johannis terram cum pertinentiis quam Walterus prepositus de Maworthin tenuit de rege in vilenagio in Maworthin, habendam et tenendam de rege et heredibus suis eidem Thome tota vita sua, reddendo inde regi per annum unum par calcarium deauratorum vel sex denarios pro omni servicio. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod eidem Thome de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Wodestok', xxvj. die Junii.

Pro abbate de Glouc', de piscaria quadam.—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Quia constat nobis per inquisitionem, quam a te fieri precepimus, quod Radulfus Musard', tempore quo fuit vicecomes Glouc', piscari fecit in piscaria abbatis Sancti Petri Glouc', quam habet in Sabrina durantem quantum terra manerii sui de Rudel' se extendit ex una parte aque Sabrine, per vim et voluntatem suam et non eo quod de jure possit vel debeat aliquis per vicecomitem piscari in ea, et Willelmus de Putot similiter tempore quo fuit vicecomes ejusdem comitatus in eadem piscaria fecit piscari eodem modo quo et Radulfus Musard'; et quod nullus de jure preter voluntatem ipsius abbatis in ea piscari debet; tibi precipimus quod decetero in piscaria illa auctoritate vestra vel voluntate tua propria piscari non facias nec permittas quod aliquis alius preter voluntatem et licentiam ipsius abbatis in ea piscari faciat, set ipsum piscaria predicta libere et sine impedimento uti permittas, sicut abbates predicte abbatie eam habere consueverunt antequam vicecomites predicti piscariam illam ingressi fuerunt per vim et voluntatem suam, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Cecilia que fuit uxor Willelmi le Duc utlagati.—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Intelleximus per inquisicionem, quam fieri fecisti per preceptum nostrum, quod Radulfus le Duc, qui utlagatus est pro morte hominis unde appellatus fuit, nullam tenuit terram in comitatu tuo nomine suo et ut jus suum, set tenuit sex acras terre et unum mesuagium et unum croftum nomine Cecilie uxoris sue, ut jus et maritagium ejusdem Cecilie. Et ideo tibi precipimus de predictis

1235.
[m. 8.]

terra, mesuagio et crofto, que occasione predicta cepisti in manum nostram, eidem Cecilie plenam seisinam habere facias. Teste rege ut supra.

Pro abbate de Flexel'.—Rex constabulario Santi Briavelli salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione replegiari facias abbati de Flexl', averia sua, que cepisti in dominicis landis nostris foreste de Den' in mense prohibito propter feonationem, usque ad proximum adventum justiciariorum nostrorum itinerantium ad placita foreste. Teste ut supra.

Rex. De denariis deponendis ad opus regis.—Mandatum est Hugoni de Patheshull', thesaurario domini regis, quod nullatenus omittat quin deponi faciat apud Novum Templum London' duo milia marcarum ad opus domini Imperatoris, et denarios regis residuos quos habet in thesauro regis reservari faciat usque ad adventum regis, quod rex illos promptos habeat. Teste rege apud Wudest', xviij. die Junii.

Pro priore et monachis de Neuport'.—Rex Aaron et Leoni Judeis Eboraci salutem. Sciatis quod concessimus priori et monachis de Neweport Paynel, quod respectum habeant a die Dominica in octabis Sancti Johannis Baptiste, anno regni nostri decimo nono, usque in xv. dies proximo sequentes, de trescentis marcis quas vobis debuerunt solvisse ad diem Dominicam predictam sub pena ducentarum marcarum; ita quod ad penam illam non teneantur, licet terminum suum non observaverint. Et ideo vobis mandamus quod terminum predictum quindecim dierum sine occasione eisdem priori et monachis concedatis. Teste ut supra.

Pro Hugone Paynel de damis datis.—Mandatum est Thome de Saunford' quod in foresta regis de Braden' faciat habere Hugoni Paynel duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Hugoni de Sampford'* quod in foresta regis de Braden'† faciat habere Hugoni Paynel tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro magistro Milicie Templi.—Mandatum est justiciariis domini regis itinerantibus apud Oxoniam, quod loquelam que summonita est coram eis inter Galfridum le Franceis petentem, et magistrum Milicie Templi in Anglia, tenentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in suburbio Oxonie, ponant in respectum usque in octabas Sancti Michaelis, anno regni domini regis decimo nono; quia idem magister libertatem per cartam regis habet quod non inplacitetur de aliquo tenemento suo nisi coram domino rege vel capitali justiciario regis. Teste rege apud Wudest', xxix. die Junii.

---

* The original reading 'Jacobo Hoes' has been corrected, successively, to 'Ricardo de Wrotham' and 'Hugoni de Sampford.'

† Substituted for 'Blakemor.'

1235.
[m. 8.]

Pro abbate Westmonasteriensi.—Mandatum est Willelmo de Eboraco et sociis suis justiciariis regis itinerantibus apud Oxoniam quod assisam nove disseisine, quam Henricus persona de Isteslep' aramiavit versus abbatem Westmonasteriensem de communa pasture in essarto quod idem abbas fecit de licentia regis in bosco de La Quealiz, non capiant, sub dissimulatione pertranseuntes, ita quod de hoc mandato regis nemini constet preterquam justiciariis predictis. Teste ut supra.

Pro ecclesia de Herdwic'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Bernewud' faciat habere capellano de Herdwic' septem quercus ad fabricam ecclesie predicte, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Bello Loco, de assignatione quinque carucatarum terre.—Rex vicecomiti Suht' salutem. Precipimus tibi quod, assumptis tecum dilectis et fidelibus nostris, Willelmo de Nevill', Ricardo de Cardunvill', Hugone de Godeshull' et viridariis et forestariis de Nova Foresta aliis a predicto Hugone, non obstante mandato nostro quod prius inde suscepisti, in propria persona tua accedas ad planitiem illam que est inter capellam Sancti Leonardi et villam de Baddeslegh' juxta costeram maris, et per visum et sacramentum predictorum militum, viridariorum et forestariorum assignari facias dilectis nobis in Christo abbati et monachis de Bello Loco quinque carucatas terre de propria terra nostra de bruera in costera maris; ita quod quelibet carucata terre contineat centum acras ad perticam nostram; taliter et tam distincte, discrete et aperte et per tales certas divisas et metas, terminos et bundos eis assignari facias predictas quinque carucatas terre, ita quod quelibet carucata contineat centum acras ad perticam nostram, sicut predictum est, et quod assignatio illa per te et per predictos milites, viridarios et forestarios eis facta non excedat numerum quinque carucatarum terre, dum tamen predicte quinque carucate terre eis plene assignentur secundum formam predictam. Cum autem assignationem predictarum quinque carucatarum terre tu et predicti milites, viridarii et forestarii eis feceritis per certas divisas et metas, sicut predictum est, nobis sub sigillo tuo et sigillis predictorum militum, viridariorum et forestariorum per quos terminos, divisas et bundos predicte quinque carucate terre per te et per predictos milites, viridarios et forestarios eis fuerint assignate. Mandavimus etiam predictis Willelmo, Ricardo et Hugoni, et viridariis et forestariis de foresta predicta quod ad diem et locum, quos eis scire facies, tibi occurrant ad predicta exequenda, sicut predictum est. Teste rege apud Wudest', xxix. die Junii.

Et mandatum est Willelmo de Nevill' quod in fide qua domino regi tenetur, ad diem et locum quos dictus vicecomes ei scire faciet, eidem vicecomiti occurrat ad predicta exequenda, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est:—
Ricardo de Cardunvill'.
Hugoni de Godeshull'.
Teste ut supra.

1235.
[m. 8.] Eodem modo mandatum est viridariis et forestariis predictis per litteras patentes. Teste ut supra.

Pro abbate et monachis de Villa Nova.—Mandatum est Alexandro Bacun, custodi honoris Richem' et ballivo regis nundinarum Sancti Botulfi, quod habere faciat abbati et monachis de Villa Nova de ordine Cysterciensi decem libras, quas singulis annis percipere consueverunt nomine elemosine in nundinis predictis de dono Constancie, quondam comitisse Brittannie, tempore domini Johannis regis, patris hujus regis, et tempore hujus regis antequam honor predictus pervenisset in manum P. comitis Brittannie. Teste rege apud Wudest,' j. die Julii.

Pro Alicia que fuit uxor Radulfi de Trublevill'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wauberg' faciat habere Alicie, que fuit uxor Radulfi de Trublevill,' duos damos de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Thome de Langel' quod Ricardus Cnoste de Wudestok,' cui rex perdonavit transgressionem quam fecit in ballia sua capiendo in ea unum foonem, a prisona regis qua detentus est, deliberet. Teste ut supra.

De quercubus.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Shotovr' faciat habere fratribus predicatoribus Oxonie quindecim quercus ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Brehull', primo die Julii. Per W. de Kirk'.

Pro Johanne Follo.—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Scias quod, cum dedissemus nuper Johanni Follo, venatori nostro, id quod ad nos pertinebat habendum per unum annum et unum diem de terra que fuit Thome Bude in Cagham, qui fuit suspensus pro latrocinio, una cum catallis que fuerunt ejusdem Thome in eadem terra, quedam instaura, que sua fuerunt ibidem, inde fugata sunt in comitatum tuum, que idem Johannes adhuc habere non potest, ut dicit. Et ideo tibi precipimus quod, facta inquisitione que instaura fuerunt predicti Thome et postea occasione suspensionis sue fugata in comitatum tuum, ea eidem Johanni sine dilatione habere facias ubicumque inventa fuerint in ballia tua. Teste ut supra.

De quercu data.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Ricardo Togod, custodi operationis pontis de Henecot', unam quercum in foresta regis de Bernewud' ad emendationem pontis, de dono regis. Teste ut supra.

Judei. De extenta facienda.—Mandatum est vicecomiti Midd' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terram Petri filii Willelmi de Acton' in ballia sua, quantum valeat in dominicis villenagiis, redditibus et omnibus aliis exitibus terre; et extentam illam factam aperte et distincte in scriptum redactam sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit, sine dilatione mittat justiciariis ad custodiam etc. et hoc breve. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norht'.

1235.
[m. 8.] Et mandatum est predictis justiciariis quod, cum constiterit eis de valore predicte terre et quantitate debiti quod idem Petrus debet Aaron filio Abrahe et sociis suis Judeis Lond' et aliis Judeis, ei inde rationabiles terminos habere faciant. Teste ut supra.

Pro Thoma Corbet et uxore ejus. — Rex officiariis Exoniensis episcopi, salutem. Sciatis quod Thomas Corbet in curia nostra coram Andrea de Kardinan et sociis suis justiciariis ad hoc assignatis apud Bomine recuperaverunt * seisinam suam de ultima presentatione ad ecclesiam de Eglossalan versus Petrum de Sancto Melano, Nicholaum le Chaunceler et Willelmum de Englefeld', nomine dotis ipsius Isabelle de dono Alani de Dunestanvill', quondam viri sui, per assisam ultime presentationis ibi inde inter eos captam. Et ideo vobis mandamus quod, non obstante reclamatione predictorum Petri, Nicholai, et Willelmi, idoneam personam ad presentationem predictorum Thome et Isabelle admittatis. Teste ut supra.

Rex. De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Godefrido de Craucumb' decem quercus in La Pauncehal' ad maeremium inde faciendum ad quandam grangiam suam, de dono regis. Teste rege apud Hes', ij. die Julii. Per W. de Kirk'.

De quercubus et roboribus datis pro episcopo Cicestrensi et N. de Nevill'.—Mandatum est constabulario de Windes' quod in foresta de Windes' habere faciat fratribus hospitalis de Wicumb' quinque robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Julii. Per R. filium Nicholai.

Mandatum est Johanni de Monem' quod in bosco regis de Sutles' faciat habere venerabili patri R. Cicestrensi episcopo, cancellario regis, centum quercus de dono regis ad parcum suum de Cacham claudendum. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat dilecto clerico regis Nicholao de Nevill' viginti et quinque † bonas quercus in foresta de Clyve et in Salceto et alibi in ballia sua, ubi ad minus nocumentum foreste regis et commodius ad opus ipsius Nicholai capi poterunt, ad fabricam turris ecclesie sue de Falmeresham, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Derneford'.—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Quia Rogerus de Derneford', quem constituisti regardatorem foreste nostre de Dene, est de familia dilecti et fidelis nostri G. Marescalli, comitis Penbr', ita quod officio illi intendere non potest, precipimus tibi quod alium regardatorem loco suo substitui facias; ipsi eo quod regardum non fecit, sicut ei fuerat injunctum, nullam faciens molestiam aut gravamen. Averia autem ipsius Rogeri, si qua ea occasione cepisti, ei sine dilatione deliberari faciat.* Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Julii.

* Sic in MS. † Corrected from 'quadraginta.'

1235.
[m.7.]

Pro priore de Boulton'.—Rex Michaeli de Rihill' et sociis suis assessoribus quadragesime sue in comitatu Norhumbrie, salutem. Sciatis quod concessimus omnibus leprosis de regno nostro quod nichil capiatur ab eis vel hominibus suis ad opus nostrum nomine quadragesime. Et ideo vobis mandamus quod nullam quadragesimam assideatis super priorem de Boulton', custodem leprosorum hospitalis Sancti Thome martiris de Boulton', vel homines ipsius, nec aliquid ab eis ad opus nostrum nomine quadragesime exigatis. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Julii.

Pro Alina que fuit uxor Johannis Marescalli.—Rex cepit homagium Aline, que fuit uxor Johannis Marescalli, de terris et tenementis que de rege tenere debet in capite et ipsam jure contingunt hereditario. Et mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi, escaetoribus regis, quod de omnibus terris et tenementis que predictus Johannes, quondam vir ipsius Aline, tenuit de hereditate ipsius Aline die quo obiit, ei plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Julii.

Pro rege de venatione.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod Johannem Follum et Philippum de Caundevr', venatores regis, quem* rex mittit ad eum cum canibus suis cervericiis ad capiendum tres cervos in forestis de Bernewod' et de Stawod', ad hoc admittat. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum regis, quod Elena de Musherst et Willelmus frater ejus appellant Ricardum Marscall' de morte Elye filii Clementis odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit ; mandatum est vicecomiti Sussex' quod, si predictus Ricardus invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo, qui manucapiant eum habere coram justiciariis regis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc ipsum Ricardum predictis xij. tradat in ballium, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Julii.

Pro Hugone de Cornevill', janitore regis.—Rex thesaurario suo, salutem. Sciatis quod dedimus dilecto servienti nostro, Hugoni de Cornevill', janitori nostro, custodiam filii et heredis Johannis le Fundur et officii quod idem Johannes habuit ad Scaccarium nostrum, usque ad etatem predicti heredis. Et ideo vobis mandamus quod de predictis herede et officio ipsi Hugoni plenam seisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Simone, capellano domini regis.—Mandatum est Roberto de Everingham' quod habere faciat Simoni persone de Helmeswell', capellano regis, decem quercus et triginta copulas in foresta regis de Sirewud', quas rex ei dedit tempore quo fuit capellanus H. de Burgo, comitis Kancie, nisi eas prius habuerit per aliud breve regis quod inde misit B. de Insula, tunc justiciario foreste sue. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Julii.

---

* Sic in MS.

1235.

[m. 7.] *Pro Willelmo de Cantilupo.*—Mandatum est custodi foreste de Feckeham quod habere faciat Willelmo de Cantilupo quinque damos in eadem foresta, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat Willelmo de Cantilupo unam quercum in foresta de Chipenham' ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat Willelmo de Cantilupo decem quercus in foresta de Savernac, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Huntingfeud'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Rogero de Huntingfeud' duos damos in foresta de Geytinton', de dono regis. Teste ut supra. Per W. de Kirk'.

Pro episcopo Herefordensi de maeremio.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod habere faciat R. Herefordensi episcopo triginta quercus in foresta regis de Dene ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta regis de Cliva faciat habere W. de Kirk', decano Sancti Martini London', sex damos de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Julii.

Pro Roberto de Thateshal'.—Mandatum est Rannulfo filio Roberti quod habere faciat Roberto de Thateshal' quinque cervos et decem bissas in foresta de Wendeslaghedal', nisi prius eos habuerit per aliud breve regis inde directum Alexandro Bacun, custodi honoris de Richemund'. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Julii.

De quercubus ad operationes castri Wintonie.—Mandatum est Avicie, que fuit uxor Michaelis de Columbariis, quod habere faciat Henrico filio Nicholai, vicecomiti Suhampt', ducentas quercus in boscis de Dygerl' et de Finkel' ad operationes castri Wintonie. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Brehull' faciat habere R. comiti Wintonie duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Thome de Langel' quod in foresta de Wichewod' faciat habere Ernaldo de Bosco duo* damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro episcopo Karleolensi, de cervis et damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingham' quod in foresta de Shirewud' habere faciat W. Karleolensi episcopo duodecim damos, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Julii. Per Radulfum filium Nicholai.

* Sic in MS.

1235.
[m. 7.] Mandatum est Thome de Mulet' quod habere faciat eidem episcopo decem cervos in foresta de Egelwod', de dono regis. Teste ut supra. Per eundem.

Pro Eustachio de Dunewico.—Mandatum est ballivis Sancti Botulfi quod vina, que Ricardus filius Alexandri arestari fecit in nundinis Sancti Botulfi per preceptum regis quod eis inde misit, eo quod idem Ricardus dicebat vina illa empta fuisse de denariis R. le Bigod, comitis Norf', quos dictus comes ei liberavit ad vina ad opus suum emenda, et quos denarios Galo de Nonetis ei abstulit, ut dicit, et que vina idem comes coram rege protestatus est esse Eustachii de Dunewico et non sua, eidem Eustachio sine dilatione faciant liberari et ipsum ea quo voluerit abducere permittat. Teste ut supra.

Pro episcopo Londoniensi.—Rex perdonavit R. Londoniensi episcopo xl. marcas, que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de auxilio quod regi concessit occasione guerre mote inter regem et comitem R. Marescallum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis xl. marcis ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod permittat E. Cantuariensem archiepiscopum capere xx. damos in Nova Foresta regis, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Johanni de Venuz de v. damis in ballia sua:—

Constabulario de Windles' de v. damis in foresta de Windles':
Thome de Sampford' de xx. damis in foresta de Braden'.

Pro Johanne de Bailloel.—Rex perdonavit Johanni de Bailloel xx. marcas ad quas amerciatus fuit coram rege pro transgressionibus factis R. Dunholmensi episcopo contra pacem regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis xx. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Julii.

Pro abbate de Fiscampnis.—Mandatum est R. comiti Cornubie quod singulis annis, quamdiu terre que fuerunt Johannis de Braos' extiterint in manu sua, faciat habere ballivo abbatis de Fiscampnis ad opus ejusdem abbatis v. damos in la gresse et v. damas in fermisona in foresta Sancti Leonardi, quos idem Johannes predicto abbati singulis annis reddere tenebatur per finem inter eos factum in curia domini regis. Teste ut supra.

Pro episcopo Wigorniensi.—Rex perdonavit W. Wigorniensi episcopo c. libras, que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii, et per quos finem fecit cum rege ut quietus esset de militibus mittendis in Walliam in guerra nuper mota inter regem et R. comitem Marescallum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis c. libris ipsum episcopum quietum esse faciant. Teste ut supra.

1235.
[m. 7.] *Pro episcopo Sarrisburiensi.*—Eodem modo scribitur eisdem baronibus de xl. libris perdonatis episcopo Sarrisburiensi de fine quem fecit occasione predicta.

Pro episcopo Bathoniensi de xlv. libris perdonatis de fine quem fecit cum rege predicta de causa. Pro abbatissa Sancti Edwardi de xx. marcis perdonatis, per quas finem fecit eadem de causa.

Eodem modo scribitur pro Thoma episcopo Norwicensi de quater viginti libris ei perdonatis, per quas finem fecit cum rege ut quietus esset de militibus mittendis etc.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat H. de Ver, comiti Oxonie, tres damos in baillia sua, de dono domini regis. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Julii.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod habere faciat G. Marescallo, comiti Penbr', decem damos in foresta de Dene, de dono regis. Teste ut supra.

Pro episcopo Carleolensi.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod non vexent vel vexari permittant W. Carleolensem episcopum vel homines suos de Hornecastro contra libertates quas habent per cartam nostram. Et, si quid ab eis ceperint contra predictas libertates, ei sine dilatione reddi faciant. Ipsum etiam episcopum de x. marcis, ad quas amerciatus fuit coram justiciariis itinerantibus apud Linc' et quas ab eo exigunt per summonitionem Scaccarii contra predictas libertates suas, ut dicit, quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro domino Cantuariensi, de returno brevium.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod habere faciat venerabili patri E. Cantuariensi archiepiscopo returnum brevium regis clausorum libertatem suam tangentium, sicut fieri consuevit tempore R. quondam Cantuariensis archiepiscopi et aliorum predecessorum suorum. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Surr', Sussex', Midd' et Essex'.

Rex. Pro abbate de Abbendon'.—Rex de c. marcis, per quas abbas Abbendon' finem fecit cum rege ut quietus esset de militibus mittendis in Walliam occasione guerre mote inter regem et R. Marescallum, quondam comitem Penbr', perdonavit ei l. marcas, que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum abbatem de predictis l. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Julii.

Pro episcopo Bathoniensi et abbate Westmonasteriensi.*—Eodem modo scribitur eisdem baronibus de quater xx. xvj. libris, xiij. solidis et iiij. denariis perdonatis H. quondam Lincolniensi episcopo de fine quem fecit eadem de causa. Et pro abbate Westmonasteriensi de sexaginta marcis ei perdonatis de fine quem fecit etc.

* Sic in MS.

1235.

[m. 7.] *De quercubus datis.*—Mandatum est Thome de Moleton' quod habere faciat fratribus minoribus de Carleol' xx. quercus in foresta Karleol' ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro episcopo Bathoniensi de homagio Willelmi de Hampt'.—Rex concessit et reddidit venerabili patri J. Bathoniensi episcopo homagium et servicium Willelmi filii et heredis Willelmi de Hampt', qui de rege tenuit in Bageworth' tamquam pertinentia ad manerium de Cungresbir', quod idem episcopus tenet de rege ad feodi firmam. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod eidem episcopo de feodo illo et de homagio et servicio predicti Willelmi sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Julii. Per W. de Ral'.

Et mandatum est eidem Willelmo quod de homagio et servicio suo eidem episcopo sit intendens et respondens.

Et baronibus de Scaccario quod hoc ita faciant inrotulari et teneri. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est H. de Trublevill' quod navem quam Gilebertus de Gisorz duxit et quam cepit carcatam vinis occasione quam idem H. regi per literas suas significavit, deliberari faciat cum armamentis et atillio ejusdem navis, permittens eam abire quo voluerit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Ricardo de Gray duos damos in ballia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro clericis de Scaccario.—Mandatum est justiciario Hibernie quod clericis regis residentibus ad Scaccarium Dublin' et clericis venerabilis patris R. Cycestrensis episcopi etc. faciat habere liberationes suas debitas et consuetas. Teste ut supra.

Et mandatum est archidiacono Dublin', thesaurario, quod ad mandatum predicti justiciarii liberationes predictas eis reddi faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de la Lade quod in foresta de Blakedon' faciat habere R. Dunholmensi episcopo v. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est J. de Nevill' quod habere faciat H. de Pateshull', thesaurario regis, v. damos de dono regis, scilicet, tres damos in foresta de Rokingh' et duos damos in foresta de Clive. Teste ut supra.

De galeis datis.—Mandatum est H. de Pateshull' quod unam duarum galearum regis deauratarum, que sunt in custodia sua in thesaurario regis apud Westmonasterium, liberet Willelmo de Ferrariis, et aliam Amaurico de Sancto Amando. Teste ut supra.

1235.
[m. 7.] *Pro Willelmo de Mastac.*—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de debito lxxv. librarum, in quo Willelmus de Mastac tenetur Aaron et Leoni, Judeis Eboraci, ei terminum habere faciant usque in octabas clausi Pasche anno etc. xx; ita quod interim cessent usure. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Bello Campo et uxore ejus.—Rex concessit Willelmo de Bello Campo et Ide, uxori sue, consanguinee regis, quod manerium de Neuport, quod est dos ipsius Ide, tota vita sua quietum sit de sectis comitatus et hundredorum et de auxilio vicecomitis et visu franci plegii. Et mandatum est vicecomiti Bedef' quod predictum manerium quietantiam illam habere permittat, sicut predictum est. Averia etiam ipsius Willelmi que pro predictis cepit, ut dicitur, deliberari faciat. Teste ut supra.

Ipsi Willelmus et Ida habent inde literas patentes de narratione predicte quietantie.

De damis datis.—Mandatum est ballivo foreste de Clarendon' quod in ballia sua faciat habere Willelmo de Ralegh' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Johanni de Nevill' de iij. damis in forestis de Rokingham et de Clive pro eodem Willelmo.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Rex dedit per cartam suam Ricardo abbati Westmonasteriensi et successoribus suis inperpetuum viij. damos singulis annis capiendos in foresta Windles' ad custum regis et heredum suorum, per manum constabularii Windles', quicunque pro tempore fuerit constabularius, deferendos per eundem constabularium usque Westmonasterium in vigilia Sancti Petri ad Vincula, ita quod hii, qui dictam venationem illuc deferent, singulis annis faciant duas meneias ante magnum altare Sancti Petri Westmonasteriensis. Et mandatum est Engelardo de Cygoigny, constabulario Windles', quod, quamdiu fuerit constabularius Windles', singulis annis predictos viij. damos eidem abbati habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Roberti de Barewe.—Rex ad instanciam R. Dunholmensis episcopi licentiam dedit et concessit quod Willelmus filius Roberti de Barewe, quem Felicia, que fuit uxor Willelmi Reynier, appellat de morte predicti Willelmi quondam viri sui, pacem faciat cum predicta Felicia de predicto appello, si ipsa Felicia voluerit. Et hoc significatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Linc', ut hoc fieri permittant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in forestis regis de Rokingham et de Clive faciat habere Hugoni Wak' tres damos, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxj. die Julii.

1235.
[m. 7.] Eodem modo scribitur eidem Johanni pro Willelmo Lungesp' de v. damis in foresta de Clive. Teste ut supra.

Et Roberto de Everingham pro Willelmo Bardulf' de tribus damis in Shirewod'. Teste ut supra.

Mandatum est majori Oxonie quod habere faciat vicecomiti Oxonie duos probos et legales homines de villa Oxonie, qui ab eodem vicecomite recipiant omnes denarios de ultimo itinere justiciariorum in eodem comitatu provenientes ; et eos sub sigillis suis salvo reponi faciant in castro Oxonie et regi inde respondeant quando regi placuerit. Teste ut supra. Per G. de Crawecumbe.

Postea mandatum fuit vicecomiti quod omnes denarios, quos recepit et recipiet de predicto itinere, liberet Ricardo le Curteis et Willelmo clerico de Oxonia, quos predictus major ad hoc assignavit per preceptum regis.*

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Rokingham faciat habere magistro Michaeli Belet duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Petro Pictaviensi.—Rex xl. solidos, ad quos amerciatus fuit Petrus Pictaviensis coram justiciariis apud Turrim Lond' pro vinis venditis apud Lond' contra assisam, et alios xl. solidos, ad quos amerciatus fuit coram justiciariis itinerantibus apud Roffam pro vinis venditis ibidem contra assisam, qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii, eidem Petro perdonavit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Petrum de predictis iiij. libris quietum esse faciant. Teste rege apud Wodestok', xxiij. die Julii. Per G. de Craucumbe.

Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod pacem ei inde habere permittat.

[m. 6.] *Pro rege, de cera et cuniculis.*—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod ceram et cuniculos quos Willelmus, scissor regis, cepit apud Lond' ad opus regis, retineri et per probos et legales homines Lond' eos appretiari faciant et liberari Willelmo de Haverhull' ad opus regis. Teste rege apud Wudestok', xxiiij. die Julii.

Pro Johanne de Vallibus et Alicia uxore ejus.—Mandatum est Ricardo de la Lad' quod, quamdiu terre que fuerunt comitis Glouc' extiterint in custodia sua, habere faciat Johanni de Vallibus et Alicie uxori ejus singulis annis unum damum in parco de Huneden', sicut antecessores predicte Alicie et postea ipsi Johannes et Alicia illum habere consueverunt in eodem parco temporibus comitum Glouc'. Teste rege ut supra.

---

* This paragraph is cancelled 'quia non fuit sigillatum.'

1235.
[m. 6.] *Pro Roberto de Lexinton'*.—Rex dilectis et fidelibus suis Roberto de Everingeham et Henrico de Lammeleg' salutem. Ex parte dilecti et fidelis nostri, Roberti de Lexinton', datum est nobis intelligi quod duo dami eidem Roberto restant adhuc de sex damis quos eidem dari precepimus in foresta nostra de Shirwud' in anno proximo preterito. Et ideo vobis mandamus quod eidem eos habere faciatis in predicta foresta nostra, nisi de precepto nostro eos prius habere feceritis eidem. Alios autem duos damos habere faciatis predicto Roberto in eadem foresta, de dono nostro. Teste rege ut supra.

Pro Elya de Bello Campo.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in bosco de Shrob faciat habere Elye de Bello Campo v. cheverones ad operationem cancelli sui de Calvreton'. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem Johanni pro Galfrido capellano de Wivelecot' de iiij. fustis in bosco de Selveston' ad operationem cancelli sui de Wivelton', de dono regis. Teste ut supra.

Pro fratribus hospitalis Sancti Leonardi.—Henricus Dei gratia rex Anglie etc. dilecto et fideli suo Rogero Gernet, salutem. Mandamus vobis quod per sacramentum proborum et legalium hominum de ballia vestra, tam forestariorum quam viridariorum et aliorum, per quos rei veritas melius poterit inquiri, diligenter inquiratis quas libertates et consuetudines fratres hospitalis Sancti Leonardi Lancastr' habuerunt in ballia vestra temporibus Henrici regis, avi nostri, Ricardi regis, avunculi nostri, et domini Johannis regis patris nostri, et postea tempore nostro, donec dilectus et fidelis noster, H. de Burgo, comes Kancie, balliam illam tenuit in manu sua de voluntate nostra, tam de mortuo bosco ad focum suum et pastura ad animalia et peccora sua, quam de equis suis et equabus et pullis habendis ibidem et pro voluntate sua laqueandis quam aliunde; et libertatibus et consuetudinibus, quas vobis constitit per inquisitionem illam predictos fratres ibidem habuisse, sicut predictum est, eos sine inpedimento uti permittatis, donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Wudestok', xxiiij. die Julii.

De cervis datis.—Mandatum est Ricardo de la Lade* quod in forestis de Blakedon' et de Cilcet' faciat habere G. Marescallo, comiti Penbr', v. cervos de dono regis. Teste rege apud Winchecumbe, xxv. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Henrico filio Nicholai quod in bosco regis de Bocholt' faciat habere Pagano de Chaorcis v. damos, de dono regis. Teste rege apud Otinton', xxv. die Julii.

Pro fratribus hospitalis Sancti Johannis de Bureford'.—Mandatum est ballivis H. de Trublevill' de Sipton'† quod faciant habere fratribus hospitalis Sancti Johannis de Bureford' quinque robora ad focum suum in bosco de Oldefrith', de dono regis. Teste rege apud Wynchecumb', xxvj. die Julii.

* Corrected from 'Wrotham.'

† The words 'ballivis . . Sipton' are a correction from 'Ricardo de la Lad'.'

1235.
[m. 6.] Mandatum est Amaurico de Sancto Amando, constabulario Sancti Briavelli, quod faciat habere abbati de Wynchecumbe quadraginta quercus in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Ricardo le Bret, de custodia hostii thesaurarie Hibernie.—Mandatum est M. filio Geroldi quod rex concessit Ricardo le Bret quod habeat custodiam hostii thesaurarie regis Dublin' cum omnibus que ad predictam custodiam pertinent, usque ad primum adventum regis in Hyberniam. Et mandatum est eidem justiciario quod predictam custodiam eidem Ricardo habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Rex G. de Turvill', archidiacono et thesaurario Dublin', salutem. Sciatis quod concessimus Ricardo le Bret quod habeat custodiam hostii thesaurarie nostre Dublin' cum omnibus que ad custodiam illam pertinent, usque ad primum adventum nostrum in Hyberniam. Et ideo vobis mandamus quod, postquam justiciarius noster Hibernie custodiam predictam eidem Ricardo, sicut ei mandavimus, habere fecerit, eundem Ricardum custodiam predictam habere permittat.* Teste ut supra.

Mandatum est ballivis H. de Trublevill' de Sypton' quod faciant habere†

Pro Hugone Passel' de extenta facienda.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terram Hugonis Passel' de Suelle, que est vadium David Judei Oxonie, videlicet, quantum valeat per annum in redditibus dominicis, homagio et aliis exitibus terre, et extentam illam sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit, mittat justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, ita quod eam habeant apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv. dies, anno regni regis xix. Et interim ipsum Hugonem pro predicto debito distringi non permittat. Teste rege ut supra.

Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, ex quo extentam terre Hugonis Passel' de Suell', que est vadium David Judei Oxonie, receperint, rationabilem finem et rationabiles terminos eidem H. habere faciant ad reddendum predicto Judeo debitum, in quo ei tenetur, secundum valorem predicte terre et quantitatem predicti debiti. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Radulfo filio Nicholai, senescallo regis, quinque quercus in foresta de Brehull', de dono regis.

Mandatum est constabulario Divisarum quod faciat habere predicto senescallo quatuor quercus in foresta de Chipeham,‡ de dono regis. Teste rege apud Glouc', xxvij. die Julii.

---

* Sic in MS. †This entry is cancelled 'quia superius.'
‡ Corrected from 'Milkesham.'

1235.
[m. 6.] *Pro R. Herefordensi episcopo de damis datis.*—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod faciat habere R. Herefordensi episcopo xx. damas et quinque damos in foresta de Den' ad parcum suum de Prestebir' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.*

Pro Pagano de Chaurcis.—Mandatum est custodi foreste de Porecestr' quod rex dedit Pagano de Chawurcis tres damos in foresta de Porecestr', et quod permittat eum capere predictos damos in foresta predicta. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Lokinton'.—Rex vicecomiti Wiltes' salutem. Quia de consuetudine terre nostre non tenetur aliquis qui sit coronator noster poni in assisis vel recognitionibus, tibi precipimus quod non permittas Ricardum de Lokinton', custodem placitorum corone nostre in comitatu Glouc', non permittas† poni in assisis vel recognitionibus quamdiu fuerit coronator noster. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Bakinton'.—Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc' pro Ricardo de Bakinton', coronatore regis in comitatu Her'. Teste ut supra.

Pro Willelmo Fort, mercatore de Pictavia.—Rex etc. baillivis de Rya salutem. Precipimus vobis quod decem dolia vini, que Jacobus Maygnard de Rya abstulit Willelmo Fort, mercatori de Pictavia, eidem Willelmo reddi facias, talem ei inde justiciam exhibentes ne debeat ad nos per defectum vestri inde clamor iteratus pervenire. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Bray.—Rex vicecomiti Hereford' salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quem a te fieri precepimus, et etiam per protestationem quorundam justiciariorum nostrorum, quod manerium de Magen' assignatum fuit Thome filio Thome Briani de dono predicti Thome patris sui longe antequam suspensus fuisset propter feloniam quam fecit, salvo Radulfo de Bray termino suo ad quem manerium illud tenuit, qui nondum preteriit, ut audivimus; tibi precipimus quod predicto Radulfo de predicto manerio cum pertinentiis et omnibus catallis et rebus, que in manerio illo inventa fuerunt die quo manerium illud captum fuit in manum nostram, plenam seisinam habere facias, salvo predicto Thome seisina sua de eodem manerio postquam terminus predicti Radulfi preterierit. Et, si quid amotum fuerit vel distractum de predictis rebus et catallis, id sine dilatione predicto Radulfo reddi facias. Teste ut supra.

Sub eadem forma scribitur vicecomiti Dors' pro eodem Radulfo de manerio de Caldel. Teste ut supra.

Pro Radulfo Basset de Draiton'.—Rex etc. Hugoni de Log', forestario suo de Kanok', salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Radulfo Basset de Draiton' per cartam nostram, quam inde habet, quod boscum suum inter Burne et Watlingestrete,

* This entry is cancelled 'Quia in rotulo xxj. anni,' [m. 9]. † Sic in MS.

1235.
[m. 6.]

qui continet quinquaginta acras, essartare possit et excolere, et quod ipse et heredes sui inde pro voluntate sua disponant. Teste ut supra.

Pro abbate Sancti Petri de Glouc'.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod de venatione, quam venatores regis capient ad presens in foresta regis de Den', et de illa similiter quam capient decetero in eadem foresta, decimam reddi faciatis* sine inpedimento abbati Sancti Petri Glouc', qui decimam illam percipere consuevit temporibus predecessorum regis, regum Anglie. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro Radulfo Basset de Drayton'.—Rex justiciariis suis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Stafford', salutem. Sciatis quod concessimus Radulfo Basset de Drayton'† per cartam nostram quam inde habet quod boscum suum inter Burn' et Watlingstret', qui continet l. acras, essartare possit et excolere, et quod ipse et heredes sui inde pro voluntate sua disponant. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Radulfum vel heredes suos propter hoc non occasionetis. Teste ut supra.

Et mandatum est Hugoni de Loges quod sic fieri permittat. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est constabulario Bristolli quod habere faciat Jordano capellano ecclesie Sanctorum Philippi et Jacobi juxta predictum castrum, x. fusta in bosco de Furch' ad operationem predicte ecclesie, de dono regis. Teste rege apud Bristollum, xxx. die Julii.

Pro conversis Bristolli.—Mandatum est Jocio filio Petri' custodi conversorum Lond', quod Johannem, conversum de Bristollo, et Johannam sororem ejus, quos rex mittit ad eum, recipiat et liberationes suas eis habere faciat sicut aliis conversis ibidem. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Wyliton'.—Rex recepit apud Bristollum de Radulfo de Wiliton' duos espervarios, quos regi debuit de firma sua de Welhop', scilicet, unum de anno etc. xviij. et alium de anno xix. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum, esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavell quod habere faciat priori Sancti Jacobi Bristolli decem quercus in foresta de Dene ad fabricam turris ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Welles, j. die Augusti. Per Radulfum filium Nicholai.

De fustis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat abbati Glaston' l. fusta in foresta de Ceddr' et x. fusta in parco regis de Neweton', de dono regis. Teste rege apud Glaston', ij. die Augusti. Per regem.

---

* Sic in MS. † Corrected from 'Wele.'

1235.
[m. 6.] *De maeremio ad gistas et planchias.*—Mandatum est Cecilio de Hertleg' quod in ballia sua de Blakemor' faciat habere vicecomiti Dors' maeremium ad gistas et planchias faciendas ad turrim castri de Shireburn', ita quod de maeremio, quod ei ad hoc habere fecerit, inter eos tallia fiat. Teste rege apud Bathoniam, iij. die Augusti.

Pro Ernisio de Dunheved.—Mandatum est justiciario Hibernie quod plenam seisinam habere faciat Ernisio de Dunheved de terris suis, de quibus disseisivit eum occasione indignationis quam rex concepit erga G. de Mariscis, quem modo recepit in gratiam suam, eo quod stetit contra regem cum comite R. Marescallo in guerra in Hibernia, nisi disseisitus fuerit alia occasione quam predicta; et, si alia occasione, eam regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Jordani.—Eodem modo eidem justiciario pro Willelmo filio Jordani de Mariscis, una cum clausula de protectione ipsius Willelmi et suorum.

De perdonatione.—Rex perdonavit Gregorio Defuble c. solidos, quos ei commodari fecit et qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod ipsum inde pacem habere permittat.

Pro executione testamenti Nicholai de Lettres.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod non inpediat vel inpediri permittat priorem de Lenton' vel coexecutores testamenti Nicholai de Lettres quin libere et sine inpedimento disponere possint de bladis et aliis catallis, que fuerunt ipsius Nicholai in ballia sua, ad executionem testamenti sui faciendam. Et, si quid inde distractum fuerit vel amotum, id eis sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Linc' et Devonie.

Pro Radulfo de Norwico.—Rex viginti marcas, quas Radulfus de Norwico debet Joceo Presbitero, Aaron de Eboraco, Benedicto Crespin et sociis suis Judeis, eidem Radulfo perdonavit; et vult rex quod predicte xx. marce eisdem Judeis allocentur in debito quod regi debent. Et mandatum est justiciariis etc. quod hoc ita fieri faciant et inrotulari. Teste me ipso apud Malmesbir', iiij. die Augusti.

De mercato prosternendo.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod clamari faciat et firmiter prohiberi ne mercatum, quod B. de Insula et * uxor ejus levari fecerunt apud Seleby ad nocumentum mercati episcopi Lincolniensis apud Lue, decetero teneatur, ita quod pro defectu sui non debeat inde ad regem clamor iteratus pervenire. Teste ut supra.

* Blank in MS.

1235.

[m. 6.] *Pro hominibus Bristolli.*—Rex concessit probis hominibus Bristolli ad villam suam Bristolli claudendam quasdam consuetudines capiendas in eadem villa. Et, cum assignata fuerit hominibus regis de Radeclive quedam portio muri dicte ville Bristolli facienda, mandatum est ballivis Bristolli quod tam de mercandisis ipsorum hominum de Radeclive propriis quam de mercandisis alienis intrantibus et exeuntibus ad duas portas Bristolli versus Radeclive, ubi eisdem hominibus de Radeclive assignata est sua portio muri claudenda et ubi predictas consuetudines ceperunt de permissione eorum, ut dicunt, in auxilium sue portionis claudende, ipsos homines de Radeclive predictas consuetudines capere permittant, sicut ab eis capiuntur alibi in eadem villa ad residuum predicti muri faciendum. Teste rege apud Bradenestok', v. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Samford' quod in foresta de Braden' faciat habere abbati de Malmesbir' x. damas et duos damos de dono nostro ad parcum suum de Cufald' instaurandum. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat abbati de Stanleg' quinque robora in foresta de Chipeham ad quendam rogum faciendum. Teste ut supra.

De gurgitibus in Sabrina reparandis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod habere faciat vicecomiti Glouc' palos et virgas in foresta de Den' ad gurgites in Sabrina reparandos. Teste ut supra.

Pro Roberto de Pereton'.—Mandatum est Hugoni de Vivon' quod Roberto de Pereton', cui Willelmus Briwere, dum castrum de Brug' Walteri fuit in manu sua, fecit habere liberarationem * quandam in predicto castro, quam etiam promisit ei habendam tota vita ipsius Roberti pro una virgata terre quam idem Robertus eidem Willelmo dimisit, que quidem terra est in manu domini regis tanquam pertinens ad predictum castrum, ut dicit, faciat habere liberationem suam sicut eam recipere consuevit tempore predicti Willelmi. Teste ut supra.

Pro quibusdam appellatis de morte hominis.—Rex, cum Alicia, que fuit uxor Roberti Cementarii, appellet de morte predicti viri sui Gilbertum Prat† et Amiciam uxorem Petri de Mimeton'†, et Willelmus Drake et Editha uxor ejus appellent de morte cujusdam filii sui Alexandrum le Deveneys,‡ concessit predictis appellatis ad petitionem R. Dunholmensis quod pacem faciant cum predictis appellatoribus, si ipsi appellatores voluerint. Et hoc significatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Wilt' ut hoc fieri permittant. Teste rege apud Merleberg', vj. die Augusti.

---

* Sic in MS. † These two names are substituted for 'Willelmum le Deveneis.'

‡ Corrected from 'Johannem Beccarium de Munbir'.' The words immediately following, 'et Felicia de Barewe appellet de morte Willelmi filii sui Willelmum filium Roberti,' have been cancelled.

1235.

[m. 6.] *De malefactoribus foreste regis.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod malefactores illos, quos cepit in foresta regis, salvo custodiri faciat donec rex aliud inde preceperit, et diligentiam apponat ad atachiandum illos qui rettati sunt de foresta illa quod sint coram rege, quando preceperit, ad respondendum de transgressione sua. Teste ut supra.

Pro E. comitissa Sarrisburiensi de uno cervo ei dato.—Mandatum est H. filio Nicholai quod habere faciat E. comitisse Sarrisburiensi unum cervum in foresta de Graveling', de dono regis. Teste rege apud Merleberg', vij. die Augusti.

De perdonatione.—Rex perdonavit priori Sancte Margarete de Merleberg' viginti solidos, unde ipse et plegii sui amerciati fuerunt coram Rogero de Danteseya, Reginaldo de Calna, Henrico de Bathamt', Hugone de Sancto Martino, justiciariis assignatis ad quandam assisam capiendam quam idem prior aramiavit versus Nicholaum de Barbefl' de quodam fossato levato in Manynton' ad nocumentum liberi tenementi sui in eadem villa. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod priorem et plegios suos de predictis xx. solidis quietos esse faciant. Teste ut supra.

[m. 5.] *De fustis datis.*—Mandatum est Galfrido de Esturmy quod habere faciat priori et fratribus de Merleberg' xx. fusta in foresta de Savernac' ad domos suas reparando * de dono regis. Teste rege apud Merleberg', viij. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Jacobo Hoes' quod habere faciat Luce de Brumar' duos damos in ballia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Amaurico de Sancto Amando de perdonatione secte.—Rex perdonavit Amaurico de Sancto Amando sectam quam ei debuit ad comitatum et hundredum de terra sua de Rym in Finegal'. Et mandatum est justiciario Hibernie quod de predicta secta pacem ei habere faciat. Teste rege ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod in foresta de Savernak' faciat habere uxori H. de Kilpe tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De cervo dato.—Mandatum est Johanni de Venoyz quod habere faciat Johanni Biset unum cervum in foresta regis de Wulvemere, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', ix. die Augusti.

Pro Willelmo de Ferariis.—Rex concessit Willelmo de Ferrariis, quantum ad regem pertinet, quod ipse et heredes sui sine inpedimento possint essartare et excolere bosscum suum de Wudeham, sive illum claudere et parcum inde facere et pro voluntate sua omnino inde disponere, et quod placia illa sit quieta inperpetuum de omnibus que ad forestam pertinent. Et mandatum est Ricardo de Muntfich' quod sic fieri permittat. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1235.

[m. 5.] *Pro Radulfo venatore regis.*—Rex concessit Radulfo venatori liberationem j. denarii quam Willelmus Godgrom consuevit percipere per diem. Et mandatum est ballivis Wintonie quod predictam liberationem ei habere faciant, sicut idem Willelmus eam percipere consuevit. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est G. Esturmy quod habere faciat Thome Gramar' x. fusta in foresta de Savernac ad quandam marescaltiam faciendam ad opus Nicholai de Nevill', de dono regis. Teste ut supra.

Pro A. comitissa Penbr'.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod habere faciat A. comitisse Penbr' unum cervum in foresta de Cett', de dono regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod faciat habere priori de Sandeford' viginti fusta in brulliis de Andovr' ad quandam domum levandam, de dono regis. Teste rege apud Sandeford', xj. die Augusti.

De Clemente Hasard'.—Mandatum est constabulario Glouc', sicut prius, quod Clementem Hasard' ad officium suum faciendum in castro Glouc', sicut facere consuevit, admittat, et ipsi neccessaria inveniat sicut cuidam alii servienti pediti in eodem castro. Teste rege ut supra.

De abbatia de Lilleshull'.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod abbatiam de Lilleshull' in manu domini regis salvo custodiat, ita quod nichil inde amoveatur donec aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

De uno cervo dato.—Mandatum est Henrico filio Nicholai quod habere faciat Huberto Hoes' unum cervum in foresta de Graveling', de dono regis. Teste rege apud Rading', xij. die Augusti.

De damis datis.—Eodem modo scribitur constabulario Divisarum pro eodem de duobus damis in foresta de Chipham et aliis duobus damis in foresta de Melkesham, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Johanni de Nevill'* pro Waleramo Teutonico de ij. damis in foresta de Brehull'.†

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod loco Hugonis de Wicthull', quondam coronatoris in comitatu suo, eligi faciat alium coronatorem etc. Teste rege apud Windles', xiij. die Augusti.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Bernewod' faciat habere recluse de Jestesl' tres quercus ad buscam ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

---

* Corrected from 'constabulario Windles'.'

† Corrected from 'in ballia sua.'

1235.

[m. 5.] *De damis datis.*—Mandatum est ballivis de Cestrehunt' quod Rogerum de Stoppeham, quem rex illuc mittit ad capiendum damos in parco de Cestrehunt', et Robertum piscatorem, quem rex illuc mittit ad piscandum in vivariis ejusdem manerii, recipiat* et venationem et piscem, quos ibidem ceperint, recipiant ab eisdem et usque Lond' ad regem deferri faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Augusti.

Pro priore de Coventr', de perdonatione.—Rex perdonavit priori Coventrensi xxv. marcas, per quas finem fecit cum rege ut quietus esset de militibus mittendis in Walliam in guerra nuper mota inter regem et R. Marescallum, quondam comitem Penbr', et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum priorem de predictis xxv. marcis quietum esse faciant. Teste me ipso apud Westmonasterium, xvj. die Augusti.

Pro abbate et monachis de Girevall'.—Mandatum est Alexandro Bacun quod habere faciat abbati et monachis de Girevall' x. solidos, quos percipiunt singulis annis de exitibus nundinarum Sancti Botulfi de dono Conani quondam comitis Richem' de elemosina ipsius constituta, sicut ipsos percipere consueverunt tempore predicti Conani et tempore quo P. comes Britannie habuit seisinam terrarum suarum in Anglia. Teste ut supra.

De quercubus datis H. Elyensi episcopo.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wauberge faciat habere H. Elyensi episcopo xvj. quercus sparsim per loca ubi poteritis* ad minus nocumentum ejusdem foreste, ad fabricam ecclesie sue Elyensis, de dono nostro. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Augusti. Per W. de Kirkeham.

De feria clamanda.—Rex concessit priori de Boxgrave per cartam suam quod ipse [et] successores sui habeant singulis annis inperpetuum unam feriam apud Boxgrave in vigilia et in die et in crastino Sancti Blasii martiris, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod feriam illam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De damo dato.—Mandatum est Ricardo de Lada quod in parco de Huneden' faciat habere Ricardo filio Hugonis unum damum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Augusti.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Walterus le Sire, captus et detentus in prisona regis pro morte Roberti filii Johannis, unde Johannes de Onnebir' et Agnes que fuit uxor predicti Roberti eum appellant, appellatus est odio et athia et non etc., et quod predictus Robertus interfectus fuit tempore guerre; mandatum est vicecomiti Salopie quod, si idem Walterus invenerit ei xij. etc. qui eum manucapiant etc., tunc tradat etc.

---

* Sic in MS.

1235.
[m. 5.] *Pro Alano de Nevill'.*—Rex concessit Alano de Nevill' terram que fuit comitis Britannie in Hynton', habendam et tenendam donec rex eam reddiderit rectis heredibus per voluntatem vel per pacem. Et mandatum est custodi honoris Richem' quod de predicta terra cum bladis ejusdem terre et cum carucis, instauris et catallis in ea inventis, eidem Alano plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Augusti.

De extenta facienda.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terram Henrici de Pirye in ballia sua, que est vadium Sampsonis Judei Cantuarie et Aaronis Blundi Judei Lond', quantum valeat per annum in dominicis redditibus et aliis exitibus terre, et extentam illam sub sigillo suo et sigillis eorum, per quos facta fuerit, mitti faciat justiciariis Judeorum etc. Teste ut supra.

Et mandatum est eisdem justiciariis quod habere faciant eidem Henrico rationabilem finem et rationabiles terminos ad debitum reddendum in quo predictis Judeis tenetur. Teste ut supra.

Pro abbate et monachis Westmonasteriensibus.—Rex concessit abbati et monachis Westmonasteriensibus quod omnia essarta, que ipsi et homines sui libere tenentes, exceptis comitibus et baronibus, fecerunt infra forestam regis de boscis suis propriis et que inposterum fient assensu regio, quieta sint inperpetuum de vasto et regardo et visu forestariorum et de omnibus que ad forestam et forestarios pertinent. Et mandatum est Johanni de Nevill' quod ad essartum Walteri de Deneford', libere tenentis predictorum abbatis et monachorun, quod fecit in bosco suo proprio de Suburg', manum non mittat nec ipsum ea occasione gravet aut molestet. Teste rege apud Waltham, xxj. die Augusti.

Pro Isabella comitissa Oxonie.—Rex dilecto et fideli suo Engelardo de Cygon' salutem. Ostensum est nobis ex parte Isabelle comitisse Oxonie quod, cum Galfridus Gibwin', qui mortuus est, tenuisset de ea feoda duorum militum cum pertinentiis in Bixe, et de nobis in capite quendam boscum in Bensinton' per servitium quinque solidorum per annum, vos, occasione predicti bosci quem de nobis tenuit, cepistis in manum nostram predicta duo feoda que tenuit de predicta comitissa. Et ideo vobis mandamus quod, si ita est, sine impedimento permittatis predictam comitissam seisinam suam habere de predictis duobus feodis que dictus Galfridus de ea tenuit, retento in manu nostra bosco predicto. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ade filio Willelmi quod habere faciat Olivero de Vallibus duos damos in parco de Wytsett', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat magistro Roberto de Sumercote duos damos in foresta de Clive, de dono regis. Teste ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

1235.

[m 5.] *De extenta facienda.*—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terram Thome de Warblinton' in Bereford', que est vadium David Judei Oxonie, Joscei le Prestr', Judei London', et Bonami et Cressy, Judeorum Cantuarie, videlicet, quantum terra illa valeat per annum in dominicis redditibus, homagiis et aliis exitibus terre; et extentam illam factam sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit, mittat justiciariis domini regis ad custodiam Judeorum assignatis, quibus rex mandavit quod rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant predicto Thome de debito in quo predictis Judeis tenetur, eis reddendo secundum valorem predicte terre et quantitatem debiti supradicti. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Suhampt' de terra ejusdem Thome, de Syrefeld', que est vadium predictorum Judeorum. Teste ut supra.

Et vicecomiti Sussex' de terra ipsius Thome in Warblinton', que est vadium predictorum Judeorum. Teste ut supra.

Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, ex quo extentam factam de terris predicte Thome receperint, que sunt vadia predictorum Judeorum, rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant predicto Thome de debito in quo predictis Judeis tenetur, eis reddendo secundum valorem predictarum terrarum et quantitatem debiti memorati. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Avicie Croc quod faciat habere A. comitisse Penbr' viginti quercus in foresta de Chett' ad quandam aulam faciendam apud Wexcumb', de dono regis. Teste rege apud Waltham, xxij. die Augusti.

Mandatum est Galfrido Esturmi quod faciat habere eidem A. comitisse Penbr' quadraginta quercus in foresta de Savernac ad aulam predictam faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

Rex. Pro Ricardo filio Willelmi de Havering'.—Rex vicecomiti Essex' salutem. Scias quod dedimus per cartam nostram Ricardo filio Willelmi de Havering' pro homagio et servitio suo sexties viginti acras terre cum pertinentiis in Havering', quas Willelmus le Flemeng' tenuit per servitium inveniendi litteriam in camera de Havering' in quolibet adventu predecessorum nostrorum regum Anglie, et sexaginta acras terre cum pertinentiis in eadem villa, quas Reginaldus de Assartis tenuit per servitium tresdecim solidorum et octo denariorum, habendas et tenendas eidem Ricardo et heredibus suis de nobis et heredibus nostris per servitium inveniendi litteriam in predicta camera de Havering' in quolibet adventu nostro et heredum nostrorum usque Havering' pro predictis sexties viginti acris terre, et reddendo nobis et heredibus nostris pro predictis sexaginta acris terre singulis annis tresdecim solidos et viij. denarios, videlicet, unam medietatem ad Scaccarium Sancti Michaelis et aliam medietatem ad Scaccarium Pasche pro omni servitio, sicut plenius continetur in carta nostra

1235.
[m. 5.] quam predicto Ricardo inde fieri fecimus. Et ideo tibi precipimus quod cartam ipsam in pleno comitatu tuo legi et teneri facias, sicut predictum est. Teste me ipso apud Waltham, xxiij. die Augusti.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ita fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De extentis faciendis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat [terram] David de Chalk' in Chalk', que est vadium Aaron Blundi Judei Lond', videlicet, quantum terra illa valeat per annum in dominicis redditibus, homagiis, servitiis et omnibus aliis exitibus terre; et extentam inde factam sub sigillo suo et sigillis eorum, per quos facta fuerit, scire faciat justiciariis regis ad custodiam Judeorum assignatis, quibus rex mandavit quod, ex quo extentam illam receperint, eidem David' rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ad debitum, quo predicto Judeo tenetur, reddendum secundum valorem predicte terre et quantitatem debiti predicti. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Middelsex' de terra Willelmi de la Bare extendenda in villa Westmonasterii, que est vadium Aaron filii Abrahe, Judei Lond'.

Pro Johanne de Colemere.—Mandatum est custodibus vinorum domini regis Suhampt' quod habere faciant Johanni de Colemere, camerario Lond', unum dolium vini de prisa regis, de dono regis. Teste rege apud Walth', xxiij. die Augusti.

De extenta facienda.—Mandatum est vicecomiti Dereb' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terram Radulfi de Hereford' in ballia sua, que est vadium Samuelis Judei Eboraci et David Lumbard' Judei Noting',* quantum valeat per annum in dominicis redditibus et aliis exitibus terre; et extentam illam sub sigillo suo etc. mitti faciat justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quibus rex mandavit quod rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant eidem Radulfo ad debitum, in quo predictis Judeis tenetur, acquietandum secundum valorem terre predicte et quantitatem debiti predicti. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta regis de Brehull' faciat habere Nicholao de Molis decem quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

De terris comitis de Gysnes.—Mandatum est vicecomiti Bedeford' quod, non obstante precepto regis quod nuper ei fecit de terris comitis

* Corrected from 'Lond'.'

1235.
[m. 5.] de Gysnes que sunt de honore Bolonie in comitatu suo capiendis in manum regis et custodiendis per manus quatuor proborum et legalium hominum et servientum singulorum maneriorum predictarum terrarum, permittat Willelmum de Culewurth', custodem honoris Bolonie, que[m] rex custodem earundem terrarum assignavit, habere custodiam terrarum ipsarum, ita quod ad terras ipsas occasione predicta manum non apponat. Teste ut supra.

Mandatum est custodi honoris Bononie quod habere faciat seisinam omnium terrarum comitis de Gysnes que sunt de honore Bononie.*

Rex custodi honoris Bononie salutem. Scias quod mandavimus vicecomiti nostro Bedeford' quod tibi habere faciat seisinam omnium terrarum comitis de Gysnes que sunt de honore Bononie in ballia sua. Et ideo tibi precipimus quod seisinam predictarum terrarum a predicto vicecomite nostro recipias, et eas per visum servientum singulorum maneriorum predictarum terrarum et testimonium quatuor proborum et legalium hominum salvo custodiri facias, ita quod nichil inde ammoveatur donec aliud inde preceperimus. Teste me ipso apud Wautham, xxiij. die Augusti.

Pro Willelmo Dun et uxore ejus.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Willelmo Dun et Elene, uxori ejus, nutrici regis, tria robora in forinseco bosco regis de Havering' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De quadam inquisitione facienda.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod diligenter inquirat per probos et legales homines de comitatu suo quantum terre Warinus Doynel tenuit in ballia sua et per quod servitium, et quis propinquior heres ejus sit. Et inquisitionem etc. regi mittat etc. Interim etiam colligi faciat et in eodem feodo coadunari blada que sunt in eadem terra et salvo custodiri, ita quod nichil inde amoveatur donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Laurencio de Castellis et Odone aurifabro.—Mandatum est constabulario de Windes' quod faciat habere Laurencio de Castellis tria bona robora et Odoni aurifabro tria bona robora in foresta de Windes' in loco competenti ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Waltham, xxiiij. die Augusti.

Pro executoribus Alexandri de Bassingburn'.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod de bonis, que fuerunt Alexandri de Bassingburn', liberam habere faciat amministrationem executoribus testamenti ipsius Alexandri, ita quod de eisdem bonis commissum sibi exequi libere possint officium, et, si de bonis predictis vel de bladis vel aliis rebus suis aliquid distractum fuerit vel ammotum, id eisdem executoribus reddi faciat sine dilatione. Teste ut supra.

* This entry is cancelled 'quia proximo inferius.'

1235.

[m. 4.] *Pro Willelmo de Ferariis.*—Rex concessit Willelmo de Ferariis manerium de Hengham cum pertinentiis quod Nicholaus de Lettr' tenuit, habendum et tenendum sibi et heredibus suis de rege et heredibus suis, donec manerium illud per voluntatem suam vel per pacem rectis heredibus reddiderit. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod de predicto manerio cum pertinentiis prefato W. plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Amaurico de Sancto Amando.—Rex concessit Amaurico de Sancto Amando manerium de Ipelpenne quod Nicholaus de Lettres tenuit de ballio regis, habendum et tenendum eidem Amaurico et heredibus suis de rege et heredibus suis, donec rex vel heredes sui illud reddiderint rectis heredibus per voluntatem vel per gratiam. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod eidem Amaurico de predicto manerio cum pertinentiis sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste me ipso ut supra.

Hybernia. Pro Ricardo de Burgo. De fine terre Connactie.—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Ricardo de Burgo pro gravaminibus et expensis, que pertulit in hoc anno in guerra Connactie, quod de ducentis et quinquaginta marcis, quas nobis reddidisse debuit ad Pascha proximo preteritum, anno scilicet regni nostro xix., et de ducentis et quinquaginta marcis quas similiter nobis reddere tenebatur ad hoc festum Sancti Michaelis proximo futurum anno eodem, de fine trium millium marcarum quem nobiscum fecit de terra Connactie, de quibus nobis reddidit ducentas marcas, ut dicit, de predicto termino Pasche, reddat nobis ad hoc festum Sancti Michaelis centum marcas de residuis trescentis marcis predictorum terminorum; et postea de eodem debito habeat respectum usque ad Pascha proximo sequens, anno regni nostri vicesimo; ad quem terminum nobis reddet ducentas et quinquaginta marcas, et ad festum Sancti Michaelis proximo sequens anno eodem ducentas et quinquaginta marcas, et sic de anno in annum ad eosdem terminos quingentas marcas donec predictus finis trium millium marcarum nobis persolvatur. Et ideo vobis mandamus quod, si predictus Ricardus prefatas ducentas marcas nobis reddidit et de residuis trescentis marcis nobis reddat centum marcas ad hoc instans festum Sancti Michaelis, tunc predictos terminos eum habere permittatis ad predictum finem nobis reddendum, non obstante eo quod predictos terminos minus observavit, sicut predictum est. Teste rege apud Walth', xxv. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in ballia sua faciat habere abbati Sancti Albani quinque damos de dono regis. Teste rege apud Sanctum Albanum, xxvj. die Augusti.

Mandatum est eidem Ricardo quod in ballia sua faciat habere magistro et fratribus Milicie Templi in Anglia quinque damos quos rex singulis eis debet per cartam suam. Teste ut supra.

1235.
[m. 4.] Mandatum est constabulario de Windes', quod faciat habere eisdem magistro et fratribus quinque damos in foresta de Windes', quos rex ei* debet singulis singulis annis per cartam regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Monem' quod in foresta de Dene faciat habere Nicholao de Molis duos damos, de dono regis. Teste rege apud Wuburn,' xxvij. die Augusti.

Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in ballia sua faciat habere H. cancellario Sancti Pauli Lond' unum damum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Thome de Saunford'† quod habere faciat uxori Godefridi de Craucumb' duos damos in foresta regis de Braden', de dono regis. Teste rege apud Norhampt', xxvij. die Augusti. Per R. filium Nicholai.

Pro Willelmo de Haverhull' et Willelmo scissore regis.—Mandatum est Willelmo Luvel et Willelmo May, venatoribus regis, quod de venatione quam ceperint in Nova Foresta per preceptum regis, faciant habere Willelmo de Haverhull' et Willelmo scissori regis duos damos, de dono regis. Teste rege apud Norhampt', xxviij. die Augusti.

Pro Roberto de Pavill'.—Rex concessit Roberto de Pavely custodiam terre et heredum Ricardi de Luvetot usque ad legittimam etatem predictorum heredum, simul cum maritagio eorundem heredum. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie et Hunt' quod de omnibus terris et tenementis cum pertinentiis, que fuerunt ipsius Ricardi in ballia sua, et de predictis heredibus eidem Roberto plenam seisinam habere faciat, salva Cristine que fuit uxor predicti Roberti, dote sua, que ei assignata est de predictis terris et tenementis. Teste ut supra.

Et habet breve de seisina habenda in comitatibus Noting' et Suff' in forma predicta. Teste ut supra.

Pro uxore Roberti de Mucegros.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod de vinis regis, que sunt in celario regis de Merleberg', faciat habere uxori Roberti de Mucegros unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Mucegros.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in ballia sua habere faciat Roberto de Mucegros tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto Burnard' et aliis.—Rex vicecomiti Bedeford' salutem. Precipimus tibi quod terram Willelmi filii Johannis de Stoppeleya in Stoppeleya, de qua seisinam precepimus fieri Roberto Burnard', Laurencio de Stratton', Ricardo de Stratton', Drogoni de Gouse,

* Sic in MS. † Corrected from 'Galfrido Esturmy.'

1235.
m. 4.] Laurencio de Dunton', Johanni Houdegrim, occasione plegiagii quod fecerunt versus Willelmum de Martiwast, tunc vicecomitem Bedeford', pro eodem Willelmo de xviij. libris et x. solidis, quos idem Willelmus nobis debuit et unde Peytevin, Judeus noster Lond', breve nostrum tibi postea detulit, ut dicitur, de seisina ejusdem terre habenda nomine vadii sui pro debito quod ei debuit, sine dilatione in manum nostram capias et blada ejusdem terre per visum proborum et legalium hominum colligi et in manum nostram salvo custodiri facias usque in tres septimanas a die Sancti Michaelis, ut tunc inquiratur coram justiciariis nostris ad custodiam Judeorum assignatis utrum predicta terra esset vadium predicti Judei antequam ipsi Robertus, Laurencius, Ricardus, Drogo, Laurencius et Johannes seisinam inde habuerunt per preceptum regis occasione plegii sui an post seisinam eis factam, et ut tunc fiat inde quod fieri debeat secundum judicium curie nostre. Teste ut supra.

Pro J. regina Scocie.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in boscis regis de Wauberg' et de Sappel' habere faciat J. regine Scocie viginti quercus sparsim per loca ubi ad minus nocumentum foreste regis capi poterunt et comodius ad opus predicte regine ad se hospitandum apud Staunton', de dono regis. Teste rege apud Norhampt', xxix. die Augusti. Per R. filium Nicholai.

Pro Willelmo de Cantilupo seniore.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Rokingham habere faciat Willelmo de Albiniaco* seniori tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De parco Norhampt' instaurando.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Rokingham, de Saucey et de Clive et alibi in ballia sua, ubi comodius fieri poterit, capi faciat sexaginta damas et viginti damos vivos ad instaurandum parcum regis de Norhampt', et feras ipsas captas poni faciat in parcum ipsum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wichewod' faciat habere Elye de Bello Campo, persone de Calverton', quinque quercus ad operationem cancelli sui de Calverton', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere priori Sancti Andree Norhampt' in foresta de Saucy decem quercus ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario Windes' quod habere faciat fratri Egidio Bertold', moram facienti apud Rading', tres damos in foresta de Windesor', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Insula duos damos in foresta de Rokingh', de dono regis. Teste rege apud Geitinton', xxx. die Augusti.

* Corrected from 'Cantilupo.'

1235.
[m. 4.] *Pro Nicholao de Blakendon'.*—Rex perdonavit Nicholao de Blakedon' quadraginta marcas que ab [eo] exiguntur per summonitionem Scaccarii regis de fine quem fecit cum rege pro custodia terre et heredis Willelmi de Duditon'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis quadraginta marcis quietum esse faciant. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De concessione tallagii facta quibusdem tenentibus de dominicis regis.—Rex probis hominibus de Chaugrave salutem. Quia talliari fecimus omnia dominica nostra per totum regnum nostrum Anglie, concessimus dilectis et fidelibus nostris, Johanni de Plessetis et Drogoni de Barentin, quod super vos rationabile tallagium possint ad presens assidere. Et ideo vobis precipimus quod predictis fidelibus nostris ad hoc sitis intendentes et respondentes. Teste ut supra.

Consimiles litteras habet Radulfus filius Nicholai de tallagio assidendo super homines soke de Dunham.

Pro Roberto de Bereford'.—Rex perdonavit Roberto de Bereford' duas marcas que ab [eo] exiguntur per summonitionem Scaccarii regis. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod de predictis duabis marcis pacem ei habere permittat. Teste rege apud Geitinton', xxx. die Augusti.

Pro Roberto Stoffe.—Quia rex accepit per inquisitionem, quam a Johanne de Nevill' fieri precepit, quod Robertus Stoffe, qui detentus est in prisona regis Norhampt' pro venatione, que cum ipso fuit inventa, de venatione illa non est culpabilis nec de foresta regis; mandatum est eidem Johanni quod ipsum Robertum per plevinam dimittat usque ad primum adventum justiciariorum regis itinerantium ad placita foreste, et a prisona regis deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Alano le Pestur.—Mandatum est vicecomiti Rotel' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de villa et visneto de Broc diligenter extendi faciat terram Alani le Pestur in Broc, que est vadium Deulecresse et Salomonis, Judeorum de Stamford', et extentam illam distincte et aperte factam sub sigillo suo etc. domino regi mittat etc. Interim autem predictam terram et blada et alia bona in ea inventa salvo custodiri faciat, ita quod nec per ipsum Alanum nec per predictos Judeos aliquid inde ammoveatur donec aliud a rege habuerit mandatum, non obstante eo quod ipsis Judeis de terra predicta, tamquam de vadio suo, per preceptum regis seisinam habere fecit. Teste rege ut supra.

Pro Galfrido de Staverton'.—Galfridus de Staverton reddidit domino regi apud Geytinton' die Veneris proxima post festum Sancti Bartholomei anno etc. xix. unum espervarium sorum de eodem anno, quem regi debet per annum pro terra sua quam de rege tenet in Staverton'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predicto espervario ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

1235.
[m. 4.]

Pro abbate de Burgo, de decima.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere abbati de Burgo decem damos in ballia sua de comitatu Norhampt' pro decima centum damorum, qui capti fuerunt in predicta ballia infra comitatum Norhampt' per preceptum regis, anno regni ipsius xix. Teste rege apud Gaytinton', xxxj. die Augusti.

De camera regis Norhampt' gistanda.—Mandatum est eidem Johanni quod faciat habere vicecomiti Norhampt' maeremium in foresta de la Saucee ad gistas et planchias, ad magnam cameram regis in castro Norhampt' gistandam et planchiandam. Teste ut supra.

De persona de Geytinton'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod, si landa de Langeleye subtus parcum de Geytinton' aliquo tempore fuit exculta, ita quod ecclesia de Geytinton' percepit decimam de bladis in ea seminatis, tunc faciat decimam feni quod proveniet de cetero de eadem landa reddi ecclesie predicte de Geytint', sicut aliquando decimam bladorum inde percipere consuevit tempore quo fuit exculta. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est eidem Johanni quod faciat habere fratribus minoribus de Staunford' duo fusta in parco de Clive ad stalla sua apud Staunford' facienda, de dono regis. Teste rege apud Clive, j. die Septembris.

Mandatum est eidem quod faciat habere abbati de Croylaund' viginti fusta in ballia sua extra parcum de Clive et de Brikestok' ad operationem ecclesie sue de Croylaund', de dono regis. Teste ut supra.

Rex. De reparatione aule regis de Clive.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Clive faciat habere vicecomiti Norhampt' maeremium ad scindulas faciendas et alia neccessaria ad aulam regis de Clive coperiendam; et quod faciat habere eidem maeremium in foresta de Brikestok' ad baiam vivarii regis de Brikestok' faciendam. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Wautervill'.—Mandatum est eidem Johanni quod faciat habere Ricardo de Wautervill' unum damum in ballia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Rex. De camera regis de Brikelestok'.—Mandatum est eidem quod faciat habere Henrico de Hauvill' maeremium in foresta de Brikelestok' per visum forestariorum et viridariorum, ad cameram regis de Brikelestok' de novo reparandam et scindulam et* ad mutas regis, quas illic habet, scindulandas, et ad alam aule regis de Brikelestok' reparandam postibus et aliis neccessariis, sicut rex eidem Henrico injunxit. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Galfridi.—Rex cepit fidelitatem Roberti filii Galfridi de feodo unius militis, quod tenet de honore Richemund' in

* Sic in MS.

1235.

[m 4.] Thoft in comitatu Cantebrigie. Et mandatum est custodi honoris predicti quod predictum feodum ipsum in pace tenere permittat. Teste ut supra.

Pro abbate et canonicis de Croxton'.—Mandatum est Roberto de Everingham quod habere faciat abbati et canonicis de Croxton' quadraginta quercus in bosco de Mammefeld' ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Croxton', secundo die Septembris.

Pro Petro de Wakering'.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in forinseco bosco regis de Havering' faciat habere Petro de Wakering' quinque robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Nevill' de damis.—Mandatum est eidem Ricardo quod in ballia sua habere faciat Johanni de Nevill' quinque damos, de dono regis. Teste rege apud Noting', iiij. die Septembris. Per R. filium Nicholai.

Mandatum est Thome de Muleton' quod in foresta de Engelwud' habere faciat W. comiti Albe Marle de dono regis. Teste ut supra.

Pro quodam converso.—Rex magistro Waltero et Joscio filio Petri, custodibus conversorum London', salutem. Mittimus ad vos Rogerum conversum de Parten', vobis mandantes quod, si ipsum dignum et idoneum inveneritis quod inter alios conversos, qui sunt in custodia vestra, admitti debeat, tunc eundem Rogerum admittatis et talem liberationem ei habere faciatis qualem uni conversorum predictorum habere facitis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Hugoni filio Roberti, custodi foreste regis de Shyrlet et de la Lye, quod habere faciat abbati Salopie quindecim fusta in foresta de la Lye ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Noting', v. die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Cantilupo, juniori, duos damos in foresta de Rokingh', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Baldewino de Cortegat'.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Quia protestatum est coram nobis quod Baldewinus de Cortegate de Scardeburg' appellavit Simonem Flandrensem de morte Gregorii filii sui, qui per infortunium submersus fuit in portu de Scardeburg', cordis anxietate et dolore nimio quem concepit occasione mortis ipsius Gregorii et non eo quod idem Simon de predicta morte culpabilis fuit, et sicut idem Baldewinus recognovit coram coronatoribus comitatus tui; tibi significamus quod appellum illud nullum esse reputamus et pro nullo habemus. Et ideo tibi precipimus quod predictum Simonem occasione predicte mortis attachiatum sine dilatione deliberari facias et libere et sine impedimento quo voluerit ipsum abire permittas. Teste ut supra.

1235.
[m. 3.]

De fustis et quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere priori de Lenton' decem fusta in foresta de Salceta ad grangias suas de Curtenhal' reparandas, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Henrico de Lamelegh,* quod habere faciat abbati de La Dale quatuor quercus in haya de Willegh, et tres quercus in haya de Lindeby ad scindulas faciendas, de dono regis. Teste rege apud Derl', vj. die Septembris.

De decimis feni et molendinorum de terris honoris Richemund'.—Rex custodi honoris Richemund' salutem. Scias quod concessum est de consilio nostro quod decime feni et molendinorum dentur de dominicis nostris in regno nostro Anglie. Et ideo tibi precipimus quod decimas feni et molendinorum de dominicis honoris Richemund' dari facias personis quibus debentur, quamdiu honor ille fuerit in manu nostra. Teste ut supra.

Mandatum est Ranulfo filio Roberti et Ranulfo filio Henrici quod habere faciant Alexandro Bacun, custodi honoris Richemund', tres cervos in foresta Richemund', de dono regis. Teste ut supra.

Pro W. de Kirkeham', decano Sancti Martini London', canonico Lincolniensis ecclesie, de feria.—Rex concessit et carta sua confirmavit W. de Kirkeham, decano Sancti Martini Lond', canonico Lincolniensis ecclesie, quod ipse et successores sui canonici Lincolniensis ecclesie, prebendam de Bynnebroc inposterum habituri, habeant inperpetuum unum mercatum singulis septimanis per die† Jovis apud predictam prebendam suam de Bynnebroc, et quod habeant inperpetuum unum mercatum singulis septimanis per diem Jovis apud predictam prebendam suam de Bynnebroc, et quod habeant inperpetuum unam feriam ibidem singulis annis duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Decollationis Sancti Johannis Baptiste; ita tamen quod predictum mercatum et predicta feria non sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod cartam predictam in pleno comitatu suo legi et predictum mercatum et feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Beau Repeir, vij. die Septembris.

De fustis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Gautris quod in predicta foresta habere faciat fratribus predicatoribus Eboraci viginti fusta ad domos suas apud Eboracum reparandas, de dono regis. Teste rege apud Cestref', ix. die Septembris.

Pro Waltero de Everm'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod distringat omnes illos de ballia sua, qui tenentur Waltero de Everm' in arreragiis de tempore quo fuit vicecomes regis Linc', ad reddendum ei arreragia illa, qui inde domino regi respondebit ad Scaccarium regis. Teste rege apud Peccum, x. die Septembris.

* Substituted for 'Roberto de Everingh'. † Sic in MS.

1235.
[m. 3.] *De quercubus datis.*—Mandatum est Henrico de Lammel' quod faciat habere Roberto Russel in bosco regis de Lyndeby tres quercus* ad quandam domum faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

De dominicis boscis regis in ballia Johannis de Nevilla agistandis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod per visum agistatorum dominicos boscos regis in ballia sua faciat agistari, pro porcis si potest, vel, si non potest pro porcis propter copiam pessone, tunc id faciat pro denariis, sicut melius poterit, ita quod diligentia sua inde debeat commendari. Teste rege apud Burton', xij. die Septembris.

Pro Ricardo de la Hose.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod de terra Ricardi de la Hose in Gevertoft', que per preceptum regis est in manu Sampsonis et Benedicti de Coventr', Judeorum Norhampt', et Petri filii Salomonis de Ivelcestr,' Sampsonis filii Angevini et Benedicti de Glouc', Judeorum de Warewik', tanquam vadium eorum occasione cujusdam debiti quod predicti Judei ab eo exigunt, sine dilatione eidem Ricardo plenam seisinam habere faciat. Et scire faciat predictis Judeis quod sint coram justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv. dies ad recipiendum ab eo rationabilem finem et rationabiles terminos de debito predicto. Teste ut supra.

Pro canonicis de Kirkeham.—Rex Johanni filio Galfridi salutem. Sciatis nos dedisse, concessisse et hac carta nostra confirmasse priori et canonicis de Kirk' et successoribus suis quod habeant inperpetuum in foresta nostra de Gautris de dominico nostro, scilicet, in mora que vocatur Traneberimose, que est inter dominicum nostrum, boscum nostrum de Mirescoh et aquam de Fosse versus orientem, in remotiori loco a cooperto foreste versus predictam aquam de Fosse, turbariam ad focum suum, continentem in longitudine quinquaginta perticatas et in latitudine quinquaginta perticatas, quietam de vasto et regardo et de visu forestariorum, viridariorum, regardatorum, et de omnibus que ad forestarios, viridarios, vel regardatores vel ad eorum ministros pertinent in hiis que ad vastum vel regardum pertinent, salva nobis et heredibus nostris venatione nostra in predicta mora que vocatur Taneberimose,† et salvis nobis hiis que ad venationem nostram pertinent, sicut plenius in carta nostra, quam eis inde fieri fecimus. Et ideo vobis mandamus quod cartam ipsam legi et libertates in ea contentas eis teneri faciatis, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Log' quod habere faciat custodi pontis de Wichenor' tres quercus in foresta de Alrewas, ad reparationem ejusdem pontis. Teste rege apud Lycheffeld', xv. die Septembris.

Pro Walramo Teutonico de custodia terre et heredis Galfridi de Bachewurth'.—Rex concessit Walramo Teutonico custodiam terre et heredis Galfridi de Bachewurth' cum maritagio ejusdem heredis, que

* Corrected from 'tria fusta.' † Sic in MS.

1235.
[m. 3.]

ad regem pertinet ratione heredis et terrarum que fuerunt G. comitis Glouc', existentium in manu regis. Et mandatum est vicecomiti Middelsex' quod de tota terra, quam predictus Galfridus tenuit de predicto herede in ballia sua, eidem Walramo sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Byrmyngeham, xvj. die Septembris.

De extenta facienda.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod per probos et legales homines de comitatu suo extendi faciat terram Nicholai de Oxehaya in Button' cum pertinentiis, que est vadium Elye Episcopi et Salomonis filii Benedicti Judeorum, et extentam illam habeat coram justiciariis regis ad custodiam Judeorum assignatis a die Sancti Michaelis in tres septimanas sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit. Interim autem non permittat quod dicti Judei aliquid de dicta terra capiant vel amoveant vel in aliquo se inde intromittant, non obstante eo quod rex ei alias precepit quod de predicta terra ipsis Judeis, ut de vadio suo, plenam seisinam habere faceret. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Hertford' de terra predicti Nicholai in Oxehaya et Crockel' extendenda, que est vadium predictorum Judeorum. Teste rege ut supra.

Pro Johanne de Grafton', de perdonatione.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod occasione precepti regis, quod ei fecit de securitate capienda a Johanne de Grafton' de una marca ad opus regis pro assisa ultime presentationis, quam aramiat coram Hugone le Poher et sociis suis de capella de Grafton', predictum Johannem non distringat ad predictam marcam regi reddendam non distringat,* quia assisa predicta per preceptum regis remansit capienda. Teste ut supra.

De maeremio ad postes et cheverones aule regis de Birggestok'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in parco de Briggestok' habere faciat Henrico de Hauvill' maeremium ad postes et cheverones aule regis de Briggestok' et cheverones camere regis ejusdem loci faciendos. Teste ut supra.

Pro Hugone filio Roberti.—Quia forestarii regis de feodo non debent nec solent in assisis vel juratis poni; mandatum est vicecomiti Salopie quod Hugonem filium Roberti, forestarium regis de feodo in comitatu suo, in assisis vel juratis non ponat. Teste rege apud Feckeham, xvij. die Septembris.

Pro tenentibus de abbate Westmonasteriensi.—Rex vicecomiti Wygornie salutem. Precipimus tibi quod non distringas tenentes abbatis de Westmonasterio et homines ipsorum tenentium de hundredo de Persor' pro amerciamentis factis coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu tuo, et finibus factis coram eisdem pro licencia concordandi et fine facto in comitatu tuo, unde idem abbas quietanciam habet per cartam nostram quam ei inde fieri fecimus. Teste rege apud Wygorniam, xix. die Septembris, anno regni.

* Sic in MS.

1235.
[m. 3.] Eodem modo mandatum est vicecomitibus

Eodem modo scribitur vicecomitibus Midd', Oxonie, Essex', Hertford', Berk', Surr', hoc adjecto:—'et pro catallis fugitivorum et dampnatorum et finibus factis pro licentia concordandi, unde idem abbas etc.' Set in brevi directo vicecomiti Berk' sit mentio de collectione eorum.

Pro Henrico de Halditheleg'.—Mandatum est baillivis Bristolli quod de dominicis vinis Henrici de Aldithel', emptis ad opus suum in villa Bristolli, nullum theloneum capiant, et, si quid inde ceperint, id ei reddi faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est baillivo de Feckham quod habere faciat Willelmo de Cantilupo tres quercus de dono regis in foresta de Feckeham. Teste rege apud Malvern', xx. die Septembris.

Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod habere faciat priori Majoris Malvern' duas quercus in foresta de Den' de dono regis, ad cindulam faciendam ad operationem ecclesie sue. Teste ut supra.

Pro Eboracensi archiepiscopo de clericis rettatis de latrocinio.—Rex vicecomiti Noting' salutem. Scias quod ad instantiam venerabilis patris W. Eboracensis archiepiscopi commodavimus ei gaolam castri nostri Noting', ad clericos de latrocinio et malefactis rettatos et coram justiciariis nostris per libertatem ecclesiasticam ei liberatos, in ea ponendos et salvo custodiendos, ita quod eos ibidem faciat exhiberi. Et ideo tibi precipimus quod predictos clericos rettatos ibi poni permittas, sicut predictum est. Teste ut supra.

De quercubus.—Rex Hugoni filio Roberti, forestario suo de foresta Salopie, salutem. Precipimus tibi quod habere facias burgensibus de Bruges quinque quercus in foresta de Shirlet ad cindulas et aliud maeremium faciendum ad cooperiendum turrim super pontem de Bruges. Teste ut supra.

*Pro Matheo de Rumilli.**—Rex vicecomiti Norhamt' salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam fecisti per preceptum nostrum, quod Matheus de Rumilly dimisit Eustachio de Gerardvill' j carucatam terre cum pertinentiis in Helmeden' ad firmam ad terminum, et quod idem Eustachius eandem terram dimisit ad firmam Willelmo de Breaut' ad terminum, et quod idem Willelmus terram illam tenuit usque ad captionem castri de Bedeford', et quod eadem terra devenit tunc in manum nostram occasione suspensionis ejusdem Willelmi eo quod fuit in predicto castro contra nos, et quod terminus, ad quem predicta terra dimissa erat, jam preteriit; tibi precipimus quod de predicta terra eidem Matheo plenam saisinam habere facias. Teste rege apud Theok', xxj. die Septembris.

* Substituted for 'Eustachio de Gerardvill'.

1235.
[m. 3] *De damis datis.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Ferrariis iij. damos in foresta de Rokingeham, de dono regis. Teste rege apud Otinton', xxiiij. die Septembris, anno xix.

De quercubus datis.—Rex ballivis suis de Feckeham salutem. Precipimus vobis quod habere faciatis dilecto et fideli nostro G. Marescallo, comiti Penbr', decem quercus in bosco nostro de Werkewud' ad cindulas faciendas ad domos suas apud Inteberge cooperiendas, de dono nostro. Teste rege apud Theok', xxvij. die Septembris, anno xix.

Pro Henrico filio Nicholai.—Mandatum est talliatoribus assignatis ad dominica regis tallianda in comitatu Dors', quod nullum tallagium assideant hac vice in manerio de Fordinton', quod Henricus filius Nicholai tenet de rege ad firmam donec aliud inde de rege habuerint mandatum. Teste rege apud Wudestok', xxviij. die Septembris. Per W. de Kyrkeham.

De cuneo Thome de Valentin'.—Mandatum est Willelmo Hardel quod cuneum Thome de Valentines, qui fuit monetarius apud Cantuariam, quod in manu regis cepit post mortem ipsius, salvo custodiri faciat, donec aliud inde habuerit mandatum; et domino regi scire faciat cujusmodi commodum regi inde possit provenire. Teste ut supra.

Pro electo Leycestr'.—Rex electioni facte de fratre Alano, quondam sacrista abbatie Leic', in abbatem ejusdem loci regium assensum adhibuit et favorem. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod de omnibus terris, redditibus et omnibus possessionibus ad predictam abbatiam pertinentibus in ballia sua ei sine dilatione plenam seisinam habere faciat cum redditu de hoc termino Sancti Michaelis, anno etc. xix., quem rex ei concessit de dono suo. Teste rege apud Wudest', xxix. die Septembris.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus:—

Dereby,	Suhampt',	Lancastr',
War' et Leic',	Buk' et Bedef',	Norhampt'.

De tradendo in ballium.—Quia rex intellexit per inquisitionem factam per preceptum regis quod Nicholaus de Glouc', captus et detentus in prisona regis Oxonie pro morte Herberti le Furbur, rettatus est de morte illa odio et atya et non eo quod inde culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Oxonie quod, si predictus Nicholaus invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo, qui manucapiant eum habere coram justiciariis regis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc predictum Nicholaum tradat in ballium etc. Teste rege apud Wudestok', xxix. die Septembris.

Pro Matillide filia Galfridi camerarii.—Mandatum est fratribus hospitalis Sancti Johannis extra portam orientalem Oxonie quod Matillidem filiam Galfridi le Chaunberleyn, quam rex mittit ad eos in sororem domus sue, recipiant exhibendam sicut unam de aliis sororibus suis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

1235.

[m. 3.] *Pro rege de austurcis.*—Mandatum est priori de Spauding' rogando quod duos austurcos regis, qui sunt in custodia sua et quos regi dedit, tradat latori presentium, vadletto Radulfi filii Bernardi, ad regem deferendos. Teste ut supra.

Pro fratre Roberto Bacun.—Rex ad instantiam fratris Roberti Bacun concessit ei custodiam terre que fuit Warini Doynel, qui de rege tenuit in capite, et maritagium filiarum et heredum ipsius Warini, conferendum uni ex suis cui voluerit. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod de tota terra, que fuit ipsius Warini in Grafton' et quam de rege tenuit in capite et de predictis heredibus, eidem fratri Roberto plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Thome de Langel'* quod faciat habere fratribus hospitalis Sancti Johannis de Lechelhad' ad domos suas reparandas quinque quercus in foresta de Wichewud', de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat priori hospitalis de Brackel' quinque robora in foresta de Witlewud' ad calefactionem pauperum, de dono regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est eidem J. quod in foresta de Brehull' habere faciat sanctimonialibus de Stodl' ad scindulam faciendam ad domos suas cooperiendas quinque fusta, de dono regis. Teste rege apud Wudstok', ij. die Octobris.

Rom'. Pro Johanne Saraceno.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod loquelam, que est in comitatu suo per breve regis inter Thomam Corbet, petentem, et Johannem Saracenum filium Petri Saraceni, tenentem, de una virgata terre et tribus solidatis redditus in Benethl' et Tudel', ponat in respectum usque in xv. dies post festum sancti Hillarii†, anno etc. xx. Teste ut supra.

Rex. De agistatoribus.—Rex loco Gileberti Taillard' et Alexandri de La Thurn' mortuorum, qui fuerunt agistatores foreste regis de Wichewud', constituit Henricum de Ludewell' et Robertum de Rothomago agistatores ejusdem foreste. Et mandatum est Thome de Langel', forestario regis de Wichewud', quod in pleno suanimoto capiat sacramentum predictorum Henrici et Roberti quod officium illud diligenter exequantur et fideliter inde ad Scaccarium regis respondebunt. Teste ut supra.

Pro magistro Nicholao de Farnham.—Mandatum est Willelmo Thalebot quod faciat habere magistro Nicholao de Farneham, phisico regis, bladum duarum acrarum, scilicet, unius acre frumenti et alterius avene, in Sloctur', quod pertinet ad ecclesiam suam de

* Corrected from 'J. de Nevill'.'

† Corrected from 'ad proximum comitatum suum post Pascha.'

1235.

[m. 3.] Burton', sicut habere consuevit temporibus aliorum ballivorum, ita quod rex decetero inde non audiat querelam et quod non oporteat regem propter hoc ad ipsum capere. Teste rege apud Rading', iiij. die Octobris.

Pro abbate de Tham'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod permittat abbatem de Tham' habere agistamentum suum in foresta regis de Brohull', sicut habere debet per libertates quas rex communiter concessit in regno suo per cartam suam.

Pro Engelardo de Cygoyn', vicecomite Berk'.—Mandatum est Roberto de Lexinton' et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Berk', quod loco Engelardi de Cygoyn', vicecomitis Berk', recipiant Nicholaum clericum suum ad respondendum eis in itinere suo de hiis que ad vicecomitem pertinent in eodem comitatu. Teste rege apud Rading', v. die Octobris.

Pro Vasatensi episcopo, de damis datis.—Mandatum est J. de Nevill' quod in foresta de Brohull' habere faciat Vasatensi episcopo duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 2.] *[Pro] hominibus Oxonie, de xxxv. libris eis concessis in auxilium ville sue claudende.*—Rex concessit probis hominibus suis Oxonie in auxilium ville predicte claudende triginta et quinque libras, quas regi debuerunt dedisse* pro escapio latronum postquam justiciarii regis ultimo itineraverunt in comitatu predicto. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod pacem illis inde habere permittat. Teste rege apud Rading', v. die Octobris.

De quercu data.—Mandatum est constabulario de Windles' quod faciat habere custodi pontis de Henlegh' unam quercum in foresta de Windlesor' de dono regis, ad reparationem ejusdem pontis. Teste rege apud Windes', viij. die Octobris.

Pro Alano de Nevill', de perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Computate dilecto et fideli nostro Alexandro Bacun in scutagiis que nobis debentur de terris que fuerunt P. comitis Brittanie, et de quibus idem Alexander respondere debet ad Scaccarium nostrum, duas marcas, que nobis debebantur de terra que fuit comitis Brittannie in Hynton', quam concessimus Alano de Nevill', vadletto nostro, et quas eidem Alano perdonavimus. Teste rege apud Windes', viij. die Octobris.†

Pro abbatia de Derleg'.—Rex concessit per cartam sua‡ Deo et beate Marie et abbatie de Derleg' et abbati et canonicis ibidem Deo servientibus et inperpetuum servituris thoftum illud cum pertinentiis, quod Alanus filius Sygerith' tenuit in villa regis de Bolesovr', et aliud thoftum cum pertinentiis, quod Cecilia que fuit uxor Hugonis Wirlebeni tenuit in eadem villa, habenda et tenenda de rege et heredibus suis inperpetuum bene et in pace, libere et quiete,

* Corrected from 'solvisse.'

† This entry is cancelled, 'quia in rotulo comput'.' ‡ Sic in MS.

1235.
[m. 2.] in escambium pro uno thofto in quo grangie magistri Alani quondam persone de Bolesovr', site fuerunt, et pro dimidia acra terre cum pertinentiis super Shertailburleg' in eadem villa, et pro dimidia acra terre cum pertinentiis super Aylmetone Gathehend' in eadem villa; que quidem thoftum et duas* acras et dimidiam predicti abbas et canonici regi reddiderunt et quieta clamaverunt inperpetuum. Concessit etiam per cartam suam eidem abbati et canonicis pro se et heredibus suis quietanciam in perpetuum duodecim denaratarum redditus, quem ipsi regi reddere consueverunt de uno mesuagio in Bolesovr', in quo est mansio vicarii ecclesie de Bolesovr', pro thofto uno in eadem villa, illo scilicet quod Henricus Sutor aliquando tenuit, quod quidem ipsi abbas et canonici regi reddiderunt et quietum clamaverunt inperpetuum. Concessit etiam rex per cartam suam ipsis abbati et canonicis pro se et heredibus suis quod habeant in perpetuum quendam exitum de berkaria sua versus orientem usque in fossatum illud de Boleshovr' prope cimiterium. Et mandatum est Willelmo de Ferariis quod, receptis in escambium in manum regis predicto thofto, in quo grangie magistri Alani site fuerunt, et predictis duabus dimidiis acris et thofto predicto, quod Henricus Sutor aliquando tenuit, eisdem abbati et canonicis de predicto thofto, quod Alanus filius Sigarith' tenuit in Bolesovr', et thofto illo, quod predicta Cecilia tenuit in eadem villa et† plenam seisinam et quietanciam predictarum xij. denaratarum redditus et exitum quendam de berkaria sua versus orientem, sicut predictum est, habere faciat. Teste rege apud Wind', ix. die Octobris.

Pro R. Herefordensi episcopo.—Rex perdonavit R. Herefordensi episcopo xl. solidos, quos barones de Scaccario ab eo exigunt per summonitionem Scaccarii regis, de catallis que fuerunt cujusdam capellani de Mainerfeld', qui se ipsum per infortunum suspendit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum episcopum de predictis xl. solidis quietum esse faciant. Teste rege apud Wind', x. die Octobris.

Et mandatum est vicecomiti Glouc'‡ quod predicto episcopo pacem inde habere permittat.§

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem, quam fieri precepit, quod Adam de Lambrug' appellavit Nicholaum filium Bernardi, qui captus est et detentus in prisona regis de Appelby de morte Matillidis de Lambrug' matris sue, odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Westmeriland' quod, si ipse Nicholaus invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo qui eum manucapiant habere coram justiciariis regis ad primam assisam cum in partes illas venerint, ad standum inde recto etc., tradat etc. Teste rege apud Windes', xj. die Octobris.

---

* Sic in MS.

† After 'et,' the words 'predictis duabus dimidiis et predicto thofto.' have been cancelled.

‡ Corrected from 'Salopie.' § These entries are cancelled 'quia aliter inferius.'

1235.
[m. 2.] *Pro abbate de Bello Loco.*—Rex Johanni de Monem' salutem. Sciatis quod Willelmus de Nevill', Ricardus de Cardonevill' et Hugo de Gadeshull' per sacramentum suorum et forestariorum et viridariorum assignaverunt per preceptum nostrum abbati et monachis de Bello Loco quatuor carucatas terre inter capellam Sancti Leonardi et villam de Badesleg' juxta costeram maris, videlicet, per tales divisas et metas a fossato dictorum monachorum de Bormhaye usque ad Sandiford' per viam, et a Sandiford per viam usque ad fossatum de Wytecroft, et a fossato de Witecroft recta linea usque ad caput ulterioris Bekemor' versus occidentem, et a dicto capite de Bekemor' sicut dicta mora se extendit usque in mare versus orientem. Et ideo vobis mandamus quod de predictis iiij. carucatis terre cum pertinentiis per dictas divisas et metas predictis abbati et monachis plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Keniton', xij. die Octobris.

Pro hospitali de Osspring'.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in ballia sua inpinguari faciat in parco regis de Havering' vel alibi, ubi melius inpinguari poterunt, quinquaginta porcos qui sunt de hospitali de Osspring' et quos frater Galfridus elemosinarius regis custos predicti hospitalis, ad eum mittet. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Octobris. Per G. de Craucumb'.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod non distringat homines abbatis Westmonasteriensis fugantes porcos suos per forestam regis de Bernewud' ad porcos illos agistandos in eadem foresta, set eos inde abducere permittat et alibi libere, quo voluerint, in boscis suis propriis agistare. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Octobris.

[*Pro*] *R. Herefordensi episcopo.*—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Quia capellanus de Menneresfeld', qui se ipsum suspendit, nulla catalla habuit in laico feodo, vobis mandamus quod de demanda quam per summonitionem Scaccarii facitis venerabili patri R. Herefordensi episcopo de catallis predicti capellani, que habuit in feodo ecclesiastico, ipsum episcopum quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Octobris.

Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de demanda predicta pacem ei habere permittat. Teste rege ut supra.

[*De*] *perdonatione.*—Rex perdonavit Hawysie de Mar' sexaginta et decem solidos, quos vicecomites London' exigebant ab ea per summonitionem Scaccarii nostri pro Petro filio Alulfi. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de ipsis sexaginta et decem solidis predictam Hawisiam quietam esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Octobris, anno regni xix.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem, quam inde fieri fecit, quod Robertus de Tumel', qui captus est et detentus in prisona regis de Hedindon' pro morte Roberti Swein,

1235.
[m. 2.] rettatus fuit de illa morte odio et atya et non eo quod inde culpabilis fuit; mandatum est vicecomiti Oxonie quod, si ipse Robertus invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo, qui eum manucapiant habere coram justiciariis etc., tunc tradat ipsum in ballium etc. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Mandatum est ballivis de Salopia quod non distringant tenentes abbatis Westmonasteriensis et homines eorum tenentium in villa de Salopia pro theloneo, unde idem abbas quietantiam habet per cartam regis quam ei fieri fecit. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Octobris.

Eodem modo scribitur :—

ballivis Hereford'	ballivis de Wyntonia
majori et ballivis Glovernie	majori et ballivis Wigornie.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Rex concessit venerabili patri J. Bathoniensi episcopo quod preter illas quadraginta acras, quas prius ei concessit essartandas in aliquo de boscis suis de Ceddre, adhuc essartari faciat sine impedimento xx. acras ad perticam regis. Et mandatum est Ricardo de Wrotham quod ipsum episcopum non impediat quin predictas viginti acras in aliquo de predictis boscis libere essartari faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo Tresgoz.—Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Scias quod cum Willelmus Tresgoz coram venerabili patre Thoma Norwicensi episcopo Ydoneam de Lamers peteret in uxorem, tandem predicta Ydonea predicto Willelmo tamquam viro suo legittimo sententialiter adjudicata est, prout predictus episcopus per litteras suas patentes nobis significavit. Et ideo tibi precipimus quod de terris cum pertinentiis ipsius Idonee in ballia tua eidem Willelmo tamquam viro suo legittimo plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus :—

Essex' et Hertf'

Norhampton',

eo excepto quod in comitatu Norht' sit mentio de redditu, quia non habet ibi terras. Teste ut supra.

Pro E. Cantuariensi archiepiscopo. — Mandatum est vicecomiti Kancie quod faciat habere venerabili patri E. Cantuariensi archiepiscopo Anglie primati, returnum brevium nostrorum clausorum, cum ad eum decetero pervenerint de hominibus tenentibus de archiepiscopatu Cantuariensi, et de prioratu Sancte Trinitatis Cantuarie similiter. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus :—

Sussex'	Middelsex'
Surr'	Oxonie
Essex' et Hertf'	Norf' et Suff'.
Bukingham	

1235.
[m. 2.] *Pro abbate Westmonasteriensi.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod omnia amerciamenta, que receperunt ab hominibus abbatis et conventus Westmonasteriensis contra libertates quas habent per cartam regis de quietantia predictorum amerciamentorum et que recepta sunt post confectionem illius carte, predictis abbati et conventui sine dilatione reddi faciant. Teste ut supra.

De extenta facienda.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terras Hugonis de Bernak' et Galfridi de Bernak' in ballia sua, quantum scilicet terra utriusque eorum valeat in dominicis, redditibus, vilenagiis et aliis exitibus terre. Et extentam illam, distincte et aperte in scriptum redactam, sine dilatione mittat justiciariis assignatis ad custodiam Judeorum, et breve. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, cum predictus vicecomes fecerit et eis miserit extentam de terris predictis Hugoni et Galfrido de xlvij. marcis, quas idem Hugo debet Meer Judeo Stamford', et de viginti quatuor marcis quas predictus Galfridus debet Copino Judeo Stamford', rationabiles fines et rationabiles terminos habere faciant secundum quantitatem debitorum et valorem predictarum terrarum. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro E. Cantuariensi archiepiscopo.—Quia rex intellexit per inquisitionem factam per preceptum suum quod manerium de Haudlou pertinet ad manerium de Tunebrug'; mandatum est Ricardo de la Lad'* quod E. Cantuariensi archiepiscopo de predicto manerio de Haudlou sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Octobris. Per ipsum regem.

Pro Alyenora consanguinea regis.—Mandatum est custodi honoris Richemund' quod faciat habere Alyenore consanguinee regis plenam seisinam de manerio de Swafham cum carucis et bladis ejusdem manerii de autumpno proximo preterito, anno etc. xix. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Octobris.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Nicholao de Molis sexaginta quercus in Nova Foresta ad domos suas de Alvingeham', que nuper per infortunium combuste fuerunt, relevandas de dono regis. Teste ut supra.

Pro A. comitissa Penbr' de perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecte sorori nostre, A. comitisse Penbr', centum et triginta et quinque libras blancorum, que extense sunt ad centum et quadraginta et unam libram et quindecim solidos, qui exiguntur ab ea ad Scaccarium nostrum de firma de Wexcumb' et Bidewind' de dimidio anno regni nostri xv. et de totis annis regni nostri xvj., decimo septimo, decimo octavo et decimo nono. Perdonavimus etiam eidem comitisse ducentas marcas, que ab ea

* Corrected from 'excaetoribus regis.'

1235.

[m. 2.] exiguntur ad Scaccarium nostrum de prestito nostro ei facto. Et ideo vobis mandamus quod predictam comitissam de predictis centum et xxxv. libris blancorum et de predictis ducentis marcis quietam esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Oxehaya.—Mandatum et justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, secundum tenorem extentarum, quas rex fieri precepit de terra Nicholai de Oxehaya in Button' cum pertinentiis in comitatu Glouc', et de terra ejusdem Nicholai in Oxehaya et Crockel' in comitatu Hertford', que est vadium Elye episcopi et Salomonis filii Benedicti Judeorum, eidem Nicholao rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant de debitis in quibus predictis Judeis tenetur. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Octobris.

Pro Ricardo de la Hose.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod secundum tenorem extente facte per preceptum regis de terra Ricardi de la Hose, que est vadium Sampsonis et Benedicti de Coventr', Judeorum Norht', Petri filii Salomonis, Judei de Ivelcestr', Sampsonis filii Angevin et Benedicti de Glouc', Judeorum de Warewico, rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant eidem Ricardo de debitis in quibus predictis Judeis tenetur. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Lada quod una cum manerio de Hadlou, de quo rex precepit seisinam fieri E. Cantuariensi archiepiscopo tamquam pertinente ad manerium de Tunebrug', faciat ei habere bladum de hoc autumpno proximo preterito et unam carucam boum et totum vinum quod rex habet ibidem. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Octobris.

[m. 1.] *[Pro] E. Cantuariensi archiepiscopo, de manerio de Haudlou.*—Mandatum est Ricardo de Lada quod una cum manerio de Haudlou, de quo rex precepit seisinam fieri E. Cantuariensi archiepiscopo, faciat habere eidem archiepiscopo blada ejusdem manerii de hoc autumpno proximo preterito et boves et averos et totum vinum et siceram et alia instaura et catalla que rex habet ibidem. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Octobris.

De tradendis in ballium.—Cecilia, que fuit uxor Thome de Scoteny, Willelmus filius Willelmi et Galfridus filius Henrici, quos Walterus de Escotiny odio et athia et non etc. appellat de morte predicti Thome de Scotyny, habent literas directas vicecomiti Eboraci quod tradantur in ballium usque ad primam assisam etc., scilicet, quilibet eorum xij. probis hominibus etc. Teste et supra.

Pro Galfrido Baucan.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod, si Galfridus Baucan, rettatus de roberia et pace regis fracta, invenerit ei salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis regis ad primam assisam cum in partes illas venerint, tunc ipsum Galfridum per ipsam plevinam in pace dimittat usque ad adventum predictorum justiciariorum. Teste rege ut supra.

1235.

[m. 1.] *Pro A. comitissa Penbr'.*—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecte sorori nostre A. comitisse Penbr' quadraginta libras que exiguntur ab ea per summonitionem Scaccarii nostri pro Willelmo Joynier. Perdonavimus etiam eidem comitisse centum quindecim libras, novem solidos et sex denarios, qui exiguntur ab ea per summonitionem Scaccarii nostri pro debito quod comes W. Marescallus, quondam vir suus, nobis debuit. Et ideo vobis mandamus quod de predictis quadraginta libris et de predictis centum quindecim libris, novem solidis et sex denariis ipsam comitissam quietam esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Octobris.

Pro Hugone de Gurnay.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod demandam, quam David de Oxonia, Aaron London', Mosse filius Ysaac, Jacobo* Crespin et Benedictus Crespin, Judei, faciunt Hugoni de Gurnay de debitis que ab eo exigunt, poni faciant in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii anno etc, xx. ita quod interim cessent usure. Teste rege ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Johanne filio Philippi.—Rex concessit Johanni filio Philippi annum regis et diem de terris Elye filii Giffardi et Giffardi patris ejus, qui utlagati sunt pro morte Roberti de Wullavynton'. Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod predicto Johanni de predictis terris plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

[*Pro G.*] *Marescallo comite Penbr'.*—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto et fideli nostro G. Marescallo, comiti Penbr', relevium suum, quod nobis debuit de terris quas R. Marescallus, quondam comes Penbr', frater suus, de nobis tenuit. Et ideo vobis mandamus quod predictum comitem de relevio predicto quietum esse faciatis. Teste ut supra.

[*Pro*] *Bathoniensi episcopo, de mercato prosternendo.*—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod mercatum, quod Hugo de Vivon' levari fecit in Sypton' ad nocumentum mercati venerabilis patris J. Bathoniensis episcopi in Welles, sine dilatione prohiberi faciat et per totam balliam suam clamari ne decetero teneatur. Teste ut supra.

Pro W. comite Warennie.—Mandatum est vicecomiti Rotel' quod non distringat homines W. comitis Warennie de Bradecroft ad sectas faciendas ad comitatum suum aliter quam facere consueverunt tempore domini J. regis, patris H. regis, et antequam essent in manu predicti comitis. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Quia rex didicit per inquisitionem per vicecomitem Eboraci factam quod Simon de Esington' appellat Radulfum Talebot et Willelmum filium Radulfi de Ulram, captos et detentos in prisona regis Eboraci, de morte Willelmi de Esincton' odio et atia et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est eidem vicecomiti quod, si singuli predictorum Radulfi Thalebot et

* Sic in MS.

1235.
[m. 1.] Willelmi* invenerit ei xij. probos et legales homines etc. qui manucapiant habere etc., tunc eos tradat in ballium, sicut predictum est. Teste ut supra.

[*Pro*] *herede Ricardi de Luvetot.*—Rex concessit Roberto de Pavyll' quod, quamdiu Rogerus, filius et heres Ricardi de Luvetot, infra etatem et in custodia sua fuerit, non currant usure de debito in quo predictus Ricardus tenebatur David Judeo de Noting'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De perdonatione facta Willelmo de Eboraco.—Rex perdonavit Willelmo de Eboraco xxv. marcas, que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii pro Margareta de la Ferte. Perdonavit etiam eidem W. viginti marcas que exiguntur per summonitionem Scaccarii ab eodem pro W. Eboracensi archiepiscopo. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis xxv. marcis et de predictis xx. marcis ipsos† quietos esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Octobris.

Pro hominibus de Kaermerdin.—Mandatum est ballivis Bristolli quod permittant homines de Kaermerdin habere easdem libertates et consuetudines in villa Bristolli quibus usi fuerunt tempore quo fuerunt in manu regis. Teste ut supra.

[*Pro*] *Roberto de Insula et Roberto Briani.*—Rex reddidit Roberto de Insula et Roberto Briani, heredibus Galfridi Gibbewin', unam virgatam terre cum pertinentiis in Bensinton', quam idem Galfridus de rege tenuit in capite et que eos hereditarie contingit. Et mandatum est Engelardo de Cigoyny quod de predicta virgata terre cum pertinentiis plenam eis seisinam habere faciat, et de quinque solidis, qui ad regem pertinent de relevio predicte terre et quos rex ei perdonavit ad instantiam Alexandri de Sweref', pacem eis habere permittat. Teste ut supra.

Rex dilecto et fideli suo Johanni filio Galfridi salutem. Sciatis quod constituimus dilectum et fidelem nostrum Johannem de Nevill' capitalem forestarium et justiciarium nostrum ad totam forestam nostram per Angliam custodiendam, quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod de tota foresta comitatus Eboraci, que est in custodia vestra, eidem Johanni vel certo nuntio suo has literas nostras deferenti, sine dilatione plenam seisinam habere faciatis. Teste ut supra.

[*Pro Jo*]*hanne de Nevill', de foresta et de inquisitione.*—Rex vicecomiti Cumb' salutem. Precipimus tibi quod certis die et loco quos dilectus et fidelis noster Johannes de Nevill', quem constituimus capitalem forestarium et justiciarium totius foreste nostre per Angliam, tibi scire fecerit ex parte nostra, venire facias coram ipso iiij. discretos et legales milites de comitatu tuo ad videndum una tecum totam forestam

* 'Singuli . . . . . . Willelmi' is a correction from 'uterque eorum Radulfi et Willelmi.'

† Sic in MS.

1235.
[m. 1.] nostram de eodem comitatu tuo, qualiter foresta illa custodita fuerit de viridi et venatione et quo statu idem Johannes eam invenerit. Et postea distincte et aperte in scriptum redigi facias, qualiter foresta illa custodita fuerit de viridi et venatione et in quo statu eam invenerit, et script[um] illud sub sigillo tuo et sigillis predictorum iiij. militum, una cum eorum nominibus, nobis mittas et hoc breve. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus:—

Eboraci	Warewic'	Surr'
Lanc'	Glouc'	Berk'
Norhumbrie	Dorset'	Devonie
Cumb'	Sumerset'	Essex'
Noting'	Wiltes'	Hertford'
Salopie	Suhampt'	Roteland'.
Staff'		

[*Pro*] *Mauricio Cumyn'*.—Quia Mauricius Cumyn invenit domino regi securos plegios standi recto, si quis versus eum loqui voluerit de morte Henrici Clementis, unde rettatus est; mandatum est constabulario turris Lon[d'] quod ipsum [Mauricium] deliberari faciat a prisona regis et Galfrido de Marisco liberari. Teste ut supra.

Et memorandum quod Wido Baseng habet nomina plegiorum irrotulata.

[*Pro*] *Rogero de Frivill'*.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod promulgationem utlagarie, quam facere deberet contra Rogerum de Frivill' pro morte Walteri de Kellingtorp' die Lune in crastino Sancti Martini, anno etc., xx. in pleno comitatu suo, ponat in respectum usque ad comitatum suum proximo sequentem anno eodem. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Octobris.

[*De p*]*ecunia domini imperatoris*.—Mandatum est vicecomitibus London' quod fratri Egidio de hospitali Sancte Marie Teutonicorum in Hibernia faciatis* habere salvum conductum ad conducendum usque Roffam pecuniam domini imperatoris, ita quod pro defectu sui non remaneat quin illuc salvo et secure conducatur. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Kancie quod faciat eidem Egidio habere conductum de Roffa usque Sandwicum. Teste ut supra.†

1234.
[m. 26*d*.] *Essex'*.—Frater Robertus de Samf', magister Milicie Templi, attornavit coram justiciariis itinerantibus in comitatu Essex' Gilebertum de Kersing' et Willelmum le Messer versus Stephanum de Langet' et Aliciam uxorem ejus de xl. acris terre in Blanche Nutle.

Radulfus de Tivill' attornavit Rogerum de Knovill' versus Hugonem de Tivill' ad audiendum recordum assise nove disseisine quod summonetur coram rege a die Sancti Martini in xv. dies, de assisa capta coram Hugone‡ et sociis suis inter predictos Radulfum et Hugonem de tenemento in Gravehurst.

* Sic in MS. † This entry is cancelled 'Quia reddite fuerunt.'
‡ This name is an error, see 'Excerpta e Rotulis Finium,' I. p. 257.

1234.
[m. 26d.] Henricus Dei gratia rex Anglie etc. dilectis et fidelibus suis majori et juratis suis Burdegale, salutem. Ostendit nobis dilectus et fidelis noster G. Marescallus, comes Penbr', quod quasdam naves de terra sua Wallie fecistis arestari, cum non intellexerit quod erga vos vel aliquos de terra vestra Wasconie forisfecerit. Et quia idem comes fecit nos securos quod, si ostendi possit per ipsum vel suos alicui de civitate vestra Burdegale vel de partibus illis dampna fuisse illata, inde plene satisfaciet; vobis mandamus quod naves de terra sua occasione predicta arestatas sine dilatione faciatis deliberari. Et, si neccesse habeatis de dampnis alicui de villa vestra per ipsum comitem vel suos illatis queremoniam nobis deferre, aliquem ex vobis ad nos transmittatis qui dicta dampna evidenter nobis sciat ostendere, et satisfactionem super eisdem dampnis ex parte nostra possit recipere. Teste me ipso apud Wodest', iij. die Novembris, anno regni nostri xix.

Et mandatum est senescallo Gasconie quod, si id fieri non faciant, id ipse fieri faciat.

[m. 25d.] *Norf'.*—Willelmus Thalebot et Alicia uxor ejus attornaverunt Rogerum de Clippethorp' et Reginaldum de Riburg versus Egidium de Monte Pincun de ,* et eosdem attornavit coram justiciariis proximo itineraturis in comitatu Suff' versus eundem Egidum de eadem terra. Teste rege apud Wudest', v. die Novembris. †

Bedef.'—Abbas de Wardon' attornavit Sylvestrem de Standon' versus Amyabilem, que fuit uxor Willelmi de Bereford', de tertia parte quinquaginta et duarum acrarum terre cum pertinentiis in Bereford', Rokesden' et Wyleden'.

Hertf'.—Margeria de Ripariis attornavit Thomam le Clerc versus Henricum Bocointe, petentem, de una hida terre cum pertinentiis in Langel'.

Essex'.—Eadem Margeria attornavit Thomam Esporun versus Radulfum de Merk' deforciantem, de consuetudinibus et serviciis que ipsa Margeria exigit de predicto Radulfo de libero tenemento suo, quod de ea tenet in Wenham, Fulethun', Tholeshunt' et Badewe.

Suhampt'.—Radulfus filius Walerandi attornavit Valentinum de Werwerll' versus abbatem de Hida, de consuetudinibus et serviciis que idem abbas exigit a predicto Radulfo de libero tenemento suo quod de eo tenet in Fugheleton'.

Hertford'.—Johannes de Baillol attornavit Robertum de Cherleton' et Robertum Pouterel versus Ricardum Heyrun, de hoc quod vicecomes Hertford' non permittat quod idem Johannes distringat predictum Ricardum ad faciendum ei consuetudines vel servicia que de jure facere non debet nec solet.‡

* Blank in MS. † Cancelled 'quia de dote.' ‡ Sic in MS.

1234.

[m. 25*d*.] *Kancia.**—Prior Sancte Trinitatis Cantuarie attornavit Ricardum de Berkesour', monachum suum, in loquela que est coram justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis inter Jacobum filium Samuel, Judeum Lond', petentem, et Cresselinum filium Isaac, Judeum Cantuarie, tenentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in Cantuaria, unde idem Cresselinus vocavit ad warantiam predictum priorem. Teste rege apud Wudest', vj. die Novembris.

De militibus faciendis.—Rex vicecomiti Norf' et Suff', salutem. Precipimus tibi quod, visis literis istis, per totam balliam tuam clamari facias quod omnes illi, qui de nobis tenent in capite† feodum unius militis vel plus et milites non sunt, citra festum Natalis Domini, anno regni nostri decimo nono, arma capiant et se milites fieri faciant, sicut tenementa sua, que de nobis tenent, diligunt. Teste rege apud Walingf', vij. die Novembris.

Eodem modo mandatum est singulis vicecomitibus Anglie.

Sumers'.—P. Wintoniensis episcopus attornavit etc. Stephanum le Engleis contra Henricum le Porter de una hida terre in Legh'.

Kantia.—Thomas filius Humfredi attornavit Johannem Barroc versus Johannem de Snaves de triginta acris terre cum pertinentiis in Tanylond'.

[m. 24*d*.] Rex vicecomiti Sussex' salutem. Ostendit nobis Simon de Ideine quod Radulfus de la Haye, de quo nullum tenementum tenet nec servicium ei debet, cepit averia sua et ea fugavit de loco in locum in ballia tua, ita quod nescit quo fuerint fugata. Et ideo tibi precipimus quod in comitatu tuo diligentem fieri facias inquisitionem si predictus Radulfus per se vel suos averia ipsius Simonis taliter ceperit et detinuerit, sicut predictum est. Et si per inquisitionem inde factam tibi constiterit averia predicti Simonis taliter esse capta et detenta, tunc ea, ubicumque inventa fuerint in comitatu tuo, eidem Simoni liberari facias. Et, si ita elongata fuerint quod in predicto comitatu tuo inveniri non possint, tunc predictum Radulfum per averia sua distringas, donec eidem Simoni averia sua restituerit, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Novembris.

[m. 23*d*.] *Norhumbria.*—Adam de Periton' attornavit Walterum de Wauncy versus Robertum de Kereswell', deforciantem, de consuetudinibus et serviciis que idem Adam exigit de predicto Roberto de libero tenemento suo, quod de eo tenet in Kereswell'.

Hertford'.—Abbas de Sancto Albano attornavit Willelmum filium Gadefridi et Radulfum filium Alani versus Thomam Mody et Thomam Estmar' deforciantes, de consuetudinibus et serviciis que idem abbas ab eis exigit de libero tenemento suo quod de eo tenent in Park' et Tyndenhangr'.

* Substituted for 'Berk'.'

† After the word 'capite' the words 'per servicium militare' have been cancelled.

1234.
[m. 23d.] *De duobus maneriis in Hybernia.*—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Mandamus vobis quod summoneri faciatis coram vobis Willelmum de Wigornia certis die et loco in curia nostra, ad ostendendum quo waranto tenet maneria de Crocrathan et de Kiltanenach cum pertinentiis, que dominus Johannes rex, pater noster, dimisit Philippo de Wigornia avunculo ipsius, cujus heres ipse est, ad terminum qui preteriit ut dicitur. Et, si idem Willelmus, postquam in jure comparuerit, de nobis vel predecessoribus nostris warantum ostendere non possit de predictis maneriis, tunc ea in manum nostram capiatis et eorundem captionem, postquam facta fuerit, nobis significetis. Teste rege apud Sanctum Albanum, xxvij. die Novembris.

Hybernia. De purpresturis.— Rex eidem salutem. Mandamus vobis quatinus per sacramentum proborum et legalium hominum de terra nostra Hibernie, per quos rei veritas melius sciri poterit, diligentem inquisitionem fieri faciatis que purpresture facte fuerint in predicta terra nostra super dominum J. regem, patrem nostrum, tempore suo et super nos tempore nostro, tam in terra quam aqua dulci et mari, et qui purpresturas illas teneant et quo waranto, et quantum singule purpresture valeant per annum. Et inquisitionem inde factam sub sigillo vestro et sigillis eorum per quos facta fuerit etc. Teste rege ut supra.

De divisis faciendis in Hybernia.—Rex eidem justiciario salutem. Quia datum est nobis intelligi quod justitia quoad divisas faciendas inter terras diversarum villarum in terra nostra Hibernie nimis prorogatur et dampnum ex eo seipius* contingit, eo quod breve nostrum de divisis faciendis non currit in partibus predictis; vobis mandamus quod breve illud decetero ibidem currere faciatis in forma qua currit in terra nostra Anglie. Ut autem de forma ipsius brevis plenius certioremini, ipsam litteris nostris patentibus duximus inserendam et vobis transmittendam.

Dominus etiam rex mittit ei formam litterarum de divisis faciendis etc.

Rex eidem justiciario salutem. Quia datum est nobis intelligi quod homicidia et alia gravia dampna sepius provenerunt occasione contentionis orte de divisis inter terram Petri de Bermingham in Totemoye et terram Mauricii Comin in Karnekedach; vobis mandamus quod, si altera partium inde vobis querelam detulerit secundum formam brevis nostri de divisis quod vobis mittimus ad currendum decetero in terra nostra Hibernie, et consuetudinem regni nostri Anglie, plenam justitiam ei exhibeatis. Teste rege apud Sanctum Albanum, xxvij. die Novembris.

Matheus de Plessetis attornavit Matheum de Coudrey et Johannem clericum versus Thomam de Haya de xj. libratis terre cum pertinentiis in Exning.

* Sic in MS.

1234.

[m. 23d.] Mandatum est vicecomiti Berk' quod, statim visis litteris istis, omni occasione et dilatione postpositis, reparari faciat pontes super riparias ballie sue in locis quibus esse consueverunt tempore domini Johannis regis etc., ita quod domino regi et suis liber et securus pateat transitus cum avibus suis. Clamari etiam faciat et ex parte regis prohiberi ne quis super ripariam de Kenet' riveare presumat. Teste rege apud Wind', ij. (?) die Decembris.

Norf'.—Hamo Chevere attornavit Johannem de Gerbotesham et Willelmum Chevere versus Christianam de Monteny, tenentem, de feodo dimidii militis cum pertinentiis in Disc', et versus Petrum de Monteny de una carucata terre cum pertinentiis in eadem villa, et versus Gadefridum de Langetot et Nicholaum de Lenn' de ij. acris terre et dimidia et ij. acris marisci cum pertinentiis in Ikelburg'.

[m. 22d.] Rex dilecto et fideli suo Ricardo Syward', salutem. Monstratum est nobis ex parte abbatis de Morgan graviter conquerentis quod vos graves domui sue estis plurimum et injuriosi, exigendo ab eo et domo sua cariagium quod nunquam facere consuevit nec facere debet, et distringendo ipsum per bovos* suos, quos cepistis et de quibus quosdam occidi fecistis ad cariagium illud faciendum. Et quia nolumus quod domus predicta molestetur vel injuste gravetur, vobis mandamus quod, si ita est, ab injusta ipsius abbatis vexatione desistentes decetero ab eo cariagium vel aliud indebitum et inconsuetum nullatenus exigatis vel inde ipsum inde* distringatis, propter quod debeat ad nos clamor iteratus pervenire. Boves etiam ipsius abbatis, si quos occasione predicta cepistis, ei sine dilatione deliberari et occisos reddi faciatis. Teste rege apud Rading', v. die Decembris.

Rex dilecto sibi in Christo magistro Simoni de Langet', archidiacono Cantuarie, salutem. Remittimus ad vos dilectum nobis abbatem Sancte Radegundis cum magistro Philippo de Ardern', quem similiter ad vos mittimus ut vobis assistat ad capiendum treugas cum rege Francie in forma quam per eosdem vobis significamus, et ad accedendum ad comitem Brittannie vel personaliter in comitatu ipsius abbatis, secundum quod providebitis, ad inquirendum a predicto comite utrum esse velit in treuga quam capturi sumus cum rege Francie; quia videtur nobis et consilio nostro quod nullatenus expediret honori nostro sine ipso comite treugas capere, nisi prius audiretur ab ore ejus si recesserit a servicio nostro, ita quod non velit esse infra treugam nostram. Et ideo vobis mandamus quod ipsum magistrum Philippum ad hoc admittatis. Teste rege apud Rading', vj. die Decembris.

Devonia.—Gilebertus Blundus attornavit Rogerum de Tavistok' versus Adam de Yovelcestr' tenentem de una acra terre et dimidia cum pertinentiis in suburbiis Oxonie.*

[m. 21d.] *Kancia*.—E. Cantuariensis archiepiscopus attornavit Henricum Luvel et Ricardum de Feyreford' versus Johannem de Burg' et Willelmum Bardolf, de vasto et destructione boscorum qui fuerunt Willelmi de Eyneford' de feodo ejusdem archiepiscopi.

* Sic in MS.

1234.
[m. 21*d*.] *De malefactoribus justiciandis.*—Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Precipimus tibi quod, sicut teipsum diligis, omnem diligentiam quam poteris apponas ad pacem nostram in ballia tua custodiendam, et ad partes tuas de malefactoribus et perturbatoribus pacis nostre, si quos ibidem inveneris, deliberandas. Et, si quos forte rebelles inveneris et inobedientes, ipsos secundum legem et consuetudinem terre nostre justities, si possis, et compescas; sin autem, nomina illorum nobis scire facias, et nos ad hoc manum apponemus. Teste rege apud Kenyt', xxviij. die Decembris.

Eodem modo mandatum est singulis vicecomitibus Anglie.

De torneamentis prohibitio.—Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Precipimus tibi quod per totam balliam tuam clamari facias et firmiter prohiberi ex parte nostra, ne aliquis de ballia tua comes, baro, miles, serviens vel alius eat ad torneamentum nuper captum in partibus de Struguill', nec ad aliquid aliud torneamentum donec licentiam dederimus torneandi in regno nostro. Et, si aliquis de ballia tua contra prohibitionem nostram illuc vel alibi ire presumpserit ad torneandum, quam cito hoc ad tuam pervenerit notitiam, omnes terras suas in ballia tua in manum nostram capias et salvo custodias donec aliud a nobis inde habueris mandatum. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est singulis vicecomitibus Anglie.

Linc'.—Matillis uxor Willelmi filii Jordani attornavit predictum Willelmum virum suum versus Aliciam filiam Matildis de uno thofto cum pertinentiis in Boby.

1235.

De gaiola Linc' deliberanda.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod quatuor milites, quos Willelmus de Eboraco et socii sui ei significabunt, venire faciat usque Linc' ad gaiolam regis deliberandam ad diem quem similiter ei significabunt, et prisones et eorum attachiamenta coram predictis iiij. militibus predictis die et loco venire faciat. Teste rege apud Guldeford', ij. die Januarii.

Mandatum est ballivis portus Dovr quod permittant transfretare Johannem de Hungercoltr', Baldewinum le Salvag', Willelmum del Enginnerie, Aunselmum Dauchel, Thomam Moik' et Baldewinum de Bovenge cum hominibus, equis et harnesio suo, accepta etc. Teste rege apud Wintoniam, vj. die Januarii. Per ipsum regem, quia fuerunt cum episcopo Wintoniensi.

[m. 20*d*.] *Surr'.*—Gralandus de Wudecot' attornavit Walterum de Wudecot' versus Johannem filium Hervey petentem, de duabus acris terre cum pertinentiis in Streleg'. Teste rege apud Rumes', viij. die Januarii.

Dors'.—Prior de Cristeschirch' attornavit Galfridum le Lung et Johannem de Warham versus Johannem de Henl' petentem, de duabis carucatis terre cum pertinentiis in Bernardesl'.

1235.
[m. 20d.] *Wilt'*.—Philippus abbas de Rouecestr' attornavit fratrem Henricum de Danebrig' canonicum suum, versus Petrum Bysshop de consuetudinibus et serviciis que idem abbas ab eo exigit de libero tenemento suo, quod de eo tenet in Orgeston'.

Kancia.—Magister Odo de Cyrenton' attornavit Willelmum Gaugy versus Alvredum de Den', petentem, de dimidia carucata terre cum pertinentiis in Holnygburn'.

Essex'.—Robertus de Beche et Idonea uxor ejus attornaverunt Walterum le Franc versus abbatem de Straford', deforciantem, de consuetudinibus et serviciis que ipsi Robertus et Idonea exigunt de predicto abbate de libero tenemento suo, quod de eis tenet in Hamya. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Januarii.

Cantuaria.—Prior de Lhedes attornavit Hugonem le Scot versus Isabellam filiam Lefwy, petentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in Cantuaria. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Januarii.

Rex magistro S. de Langeton', archidiacono Cantuariensi, et abbati de Sancta Radegunda, salutem. Super sollicitudine et diligentia laudabili, simul et laboribus sumptuosis, quos circa negotium nostrum expediendum, quod vobis injunximus, apposuistis, utrique vestrum copiosas referimus gratiarum actiones, vobis quidem, magister S. precipuas et speciales, ut pote ei cujus fidelitatem et prudentiam plurimum commendamus. Sciatis autem quod, congregatis apud Westmonasterium in octabis sancti Hillarii venerabili patre E. Cantuariensi archiepiscopo et quibusdam episcopis, comitibus et aliis fidelibus nostris, post diligentem tractatum habitum cum ipsis de negotio treugarum inter nos et regem Francie et aliis agendis nostris, visum fuit eisdem fidelibus nostris quod nullo modo sine verecundia et opprobrio nostro insulam de Olerone concedere potuimus comiti March' pro consensu suo adhibendo ad treugas inter nos ineundas; nec in eo consilium nobis prestare vel consentire voluerunt. Sic enim, preter verecundiam quam inde consequeremur ab omnibus quibus factum nostrum innotesceret, minus teneremur et pro remissis et minus valentibus haberemur, et etiam pessimum et pernitiosum esset exemplum aliis qui in casu consimili ad similia petenda per hoc moverentur. Unde, si per ducentas libras annuas treugis durantibus ad consensum treugarum possit idem comes induci pro insula predicta, sicut alias locutum fuit, bene placeret tam nobis quam predictis magnatibus nostris, et ad hoc laborare velitis, quia priori conditioni consentire non esset honestum vel expediens. Ad illud quidem quod nobis significastis litteras illas, per vos, abbas, et magistrum Philippum de Ardern' missas de negotio treugarum prosequendo inefficaces esse per mortem ejusdem magistri Philippi, vobis significamus quod consimiles litteras vobis transmittimus sub nomine vestro, abbas, et magistri W. de Cantilupo; cui scribimus et supplicamus per litteras nostras, quas similiter vobis mittimus ei porrigendas, quod subire velit onus negotii memorati. Ad aliud etiam

1235.
[m. 20*d*.] nobis nuntiatum de litteris apostolicis, quod mentionem non fecerunt nisi solum de rege et regina Francie et sic non potuerunt monitores dati a domino papa comitem Marchie vel alium earum auctoritate monere vel inducere ad consentiendum treugis predictis: sicut consuluistis, expeditius non superest consilium quam quod per diligentiam et procurationem vestram inducantur monitores predicti ad rescribendum domino pape qualiter comes predictus per quasdam conditiones huic negotio se opponit, nec sine ipso volunt predicti rex et regina nec possunt treugas aliquas inire nobiscum, licet petitioni apostolice libenter in hac parte adquiescerent si idem comes, quem nec cogere nec offendere volunt, permitteret. Circa quod vos, magister S., sicut de vobis confidimus, erga ipsos monitores efficaciter laborare velitis, unacum ipsis per litteras vestras eidem domino pape processum ejusdem negotii et ejusdem comitis inpedimentum seriatim intimantes, ut sic nos artaret ad predictam insulam de Olerone ei concedendam, quod ratione predicta sine gravi dispendio fame nostre et honoris nostri detrimento aliquatenus facere non possemus. Ceterum vos rogamus attentius quatinus, quoad poteritis negotio predicto insistentes, non sit vobis molestum vel morosum in partibus Francie adhuc pro nobis moram continuare, quousque venerabilem patrem H. Roffensem episcopum et magistrum H. cancellarium Sancti Pauli, London', ad vos miserimus, quod auctore Domino facturi sumus citra festum Sancti Gregorii; et tunc de voluntate nostra et agendis nostris per eosdem vos plenius certificabimus. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Januarii. Placet quidem nobis quod treuga capiatur in persona comitis Marchie in forma qua ultima treuga capta fuit.

Rex ballivis suis portus Dovor' salutem. Mandamus vobis, firmiter injungentes quatinus xij. de melioribus hominibus de villa vestra venire faciatis coram nobis apud Dovor' die Dominica proxima post instans festum Purificationis beate Marie, ad loquendum nobiscum de negociis nostris. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Januarii.

Eodem modo mandatum est ballivis portus de Heth', Sandwico, Hasting', de sex mittendis ibidem, Rumenal, Rya, Wincheles', de xviij.

Postea mandatum est baronibus de portubus predictis quod, non obstante mandato regis predicto, videlicet quod ei occurrerent apud Dovor' predicta die Dominica, sint ibidem ad dominum regem die Mercurii sequenti.

Rex ballivis portus Wincheles' salutem. Precipimus vobis quod in fide qua nobis tenemini, non permittatis navem aliquam vacuam de portu Wincheles', que jam sit in portu vestro vel que illuc decetero ventura sit, a portu vestro exire versus partes transmarinas donec aliud inde preceperimus. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis portus:—

Rumenal,	Dunewici,	La Pole,
Dovor',	Gernem',	Exonie,
Sandwici,	Colecestr',	Dertemuth',
Portesm',	Sorham,	Plummuth',
Heth',	Portesm',	Falemuth',
Gypewici,	Errenemuth,	Bristolli,
		Suhampton'.

1235.

[m. 20d.] *De perambulatione.*—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Precipimus tibi quod per sacramentum xij. legalium et discretorum militum de visneto de Cneveton' et de Kyrkeby, per quos rei veritas melius poterit inquiri, fieri facias perambulationem inter terram venerabilis patris R. Dunholmensis episcopi in Cneveton' et terram Thome de Magneby in Kyrkeby, ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divisas, quia tam predictus episcopus quam predictus Thomas posuerunt se in perambulatione illa. Et scire facias justiciariis nostris* itinerantibus in comitatu tuo distincte et aperte sub sigillo tuo et per iiij. milites ex illis qui perambulationi illi interfuerunt, per quas metas et divisas perambulatio illa facta fuerit. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Januarii.

[m. 19d.] *Sumers'.*—Rogerus de Wimbervil' attornavit Walterum de la Grave versus Elyam de Molis, petentem, et† ipsum Rogerum et Eustachiam uxorem ejus, tenentes, de una virgata terre cum pertinentiis in Kynemerdon'. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Januarii.

Essex'.—H. Elyensis episcopus attornavit Nicholaum de Sancto Edmundo et Thomam de Bedeford' versus Johannem de Lidebir' de una carucata terre et xx. acris bosci cum pertinentiis in Hadestok'. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Januarii.

Norht'.—Walterus de Godarvill' attornavit Ricardum de la Water versus Nicholaum Malemeins tenentem de manerio de Burton'.

Hybernia.—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Vestra non ignorare debet discretio quod dignum est, et id volumus, quod terra nostra Anglie et terra nostra Hibernie communes sint adinvicem et quod homines nostri Anglie et Hibernie hinc inde negotiari possint ad commodum et emendationem terrarum predictarum. Et ideo vobis mandamus quod homines de terra Hibernia volentes blada ducere venalia in terram nostram Anglie, vel homines de Bristollo vel alios de Anglia volentes emere blada in Hibernia ducenda in Angliam, in nullo impediatis vel impediri permittatis quin libere et sine impedimento id facere possint. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Januarii.

Oxonia.—Thomas de Lenn' et Leicia uxor ejus attornaverunt Walterum de Oringt' versus abbatissam de Godestowe in loquela que est in curia domini regis Oxonie inter ipsos Thomam et Leiciam petentes, et predictam abbatissam, tenentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in Oxonia.

Kantia.—Willelmus le Provost, Willelmus de la Bruer', Walterus del Frith, Thomas filius Gerardi, Willelmus filius Godman, Willelmus Carpentarius, Johannes Galis, Philippus le Clerc, Gilbertus

---

* After 'nostris,' 'proximo' has been cancelled, and 'itineraturis' has been altered as above.

† Sic in MS.

1235. Belle, Osbertus de Cuttemere, Ricardus le Clerc, Matillis que fuit uxor Milding de Wicham, Robertus Milding, Gervasius filius Johannis, Willelmus Sene, Alexander de Suffeld', Thomas filius Ricardi, Edmundus frater ejus, Ricardus Kebbel, Rogerus filius Margarete, Walkelinus filius Matildis, Johannes Cuttemere, Willelmus Blundus, Willelmus filius Gilberti, Gervasius Pistor, Gervasius Puter', Suman' Paumer, Ricardus Perur, Simon Kacherel, Johannes de Nortwud', Johannes le Lundreis, Willelmus le Secrestein', Thomas filius Derman, Warinus de la Haghe, Edwinus de la Hághe, Godefridus de la Bruer', Thomas filius Gervasii, Gervasius filius Edgari, Johannes filius Walteri, Pentecostes de Nortwud', Galfridus Wautel', Siward de Broc, Siward Scut, Nicholaus de Northwud', Galfridus Syre, Ern' Textor, Beatricia Sledres, Willelmus Meriweder, Godefridus Ruch', et Willelmus frater ejus attornaverunt Gervasium Gest' et Willelmum Gray versus Willelmum de Stanes de consuetudinibus et serviciis que predictus Willelmus de Stanes ab eis et a predictis Gervasio Gest' et Willelmo Gray exigit de libero tenemento suo quod de eo tenent in Wycham.

Pro P. Wintoniensi episcopo.—Mandatum est ballivis portus Dovor' quod permittant P. Wintoniensem episcopum cum hominibus, equis et hernesio suo, exceptis Petro de Rivall' et Willelmo filio et herede Johannis de Braos'. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Januarii.

Custodes operis galiarum apud Dunewicum:—Robertus Fresel, Reginaldus Cac.

Nomina juratorum de Dunewico:—Johannes filius Willelmi, Ricardus filius Alexandri, Robertus filius Roberti, Lucas filius Ricardi.

Custodes operis galliarum apud Sorham de duabus galliis:—Hugo Baldefardt, Robertus Niger.

Apud Hamt' de una gallia:—Johannes Bulehus', Richardus de Lond'.

In Thamisia duas gallias apud Newebree.

Apud Dunewicum duas.

In Hibernia sex gallias.

Apud Bristollum duas gallias.

Apud Wincheles' de duabus galliis.

Apud Rumenal de tribus galliis.

Custodes operis earum:—Henricus filius Rag', Robertus Fostr', Thomas Eilwi, Thomas filius Godefridi.

Nomina juratorum de Winch':—Thomas filius Godefridi Paulin, Henricus filius Rag', Godefridus filius Alani, Robertus Fostr'.

De Rumenal:—Johannes Barroc, Lucas Grode.

De Ria:—Willelmus Beufiz, Ricardus Wimund.

De Sandwico:—Copin Edmundi, Henricus de Sandwico.

De Dovor':—Henricus de Hudham, Colinus filius Ricardi, Johannes de Belasise.

1235.
[m. 19d.] *Templum.* [*De s*]*igillo regis appenso instrumento confecto inter**

Memorandum quod sigillum domini regis appensum est instrumento facto inter Robertum abbatem Sancti Augustini Cantuarie et ejusdem loci conventum ex parte una, et fratres Hospitalis Sancte Marie de Osspring' ex altera, de cantaria habenda in prefato hospitali.

Rex vicecomiti Kancie salutem. Precipimus tibi quod scire facias ex parte nostra omnibus illis de ballia tua et alibi, qui domos habere debent in castro nostro Dovor' ad wardam ejusdem castri faciendam et domos non habent, et illos† similiter, qui domos habent ibidem occasione predicta et tamen dirutas et confractas, quod primi placias suas hospitentur et domos fieri faciant competentes ad wardam predictam faciendam, et alii domos reparent et emendari faciant sicut expedit eidem warde, sicut seipsos voluerint indempnes conservare, et ne ad ipsos nos graviter capere debeamus. Teste rege apud Cantuariam, x. die Februarii.

[m. 18d.] *Hibernia. Pro rege.*—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod in fide qua regi tenetur et sicut regem et honorem suum diligit, mittat ad regem in Anglia galiam regis quam G. Marescallus, comes Penbr', regi dedit, et duas galias regis, et alias quascunque perquirere poterit ad opus regis, ita quod in primo vento prospero sub omni festinatione veniant bene parate et eskipate usque Portesmuth'. Teste rege apud Faversham, xij. die Februarii.

Pro Marescallo.—Rex eidem salutem. Quia dilectus et fidelis noster G. Marescallus, comes Penbr', asserit quod navis illa, que vocatur *La Gundewyn*' et que arestata est in portu de Cork' eo quod credebatur esse de terra nobis guerrina, navis est propria ejusdem comitis, et assertioni ejus in hac parte fidem adhibemus; vobis mandamus quatinus navem ipsam una cum omnibus et mercandisis suis in ea contentis deliberari faciatis, permittentes ipsam abire sine impedimento quo ipse comes disposuerit.

Port'. De navibus piscariteis deliberandis.—Rex ballivis suis portus de Shorham salutem. Precipimus vobis quod naves piscariteas, quas arestari fecistis in portu vestro occasione precepti quod vobis fecimus de eo quod non permitteretis aliquam magnam navem vacuam exire de portu vestro, libere exire permittatis, nec decetero hujusmodi naves piscariteas arestetis nisi a nobis aliud inde habueritis mandatum. Permittatis et[iam] peregrinos pedites in hujusmodi navibus piscariteis in portu vestro transfretare. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Februarii.

De navibus piscaritiis.—Mandatum est ballivis portus de Portesm' quod naves piscaritias, quas in portu suo arestarunt occasione precepti regis eis facti quod non permitterent aliquam magnam

* This entry is unfinished. † Sic in MS.

1235.
[m. 18d.] navem de portu suo vacuam exire, libere exire permittant, nec hujusmodi naves piscaritias decetero arestent nisi aliud a rege inde habuerint mandatum. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Lond'.

*Frater Johannes**

Middelsex'.—Mandatum est vicecomiti Middelsex' quod utlagationem, que promulganda est in comitatu suo in Walterum le Waleis occasione appelli quod Thomas de Basing' facit versus eum de pace regis fracta, ponat in respectum usque ad adventum justiciariorum regis ad partes illas. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Februarii. Per G. de Craucumb'.

Norht'.—Elena, que fuit uxor Roberti de Wyntonia, attornavit Walterum de Ware versus Rich'um Malebranch' tenentem de tertia parte unius mesuagii cum pertinentiis in Norht'. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Februarii.

Linc'.—Henricus abbas de Becco Herlewini attornavit fratrem Petrum priorem de Wyliford' versus Hugonem filium Gileberti, petentem, et predictum priorem tenentem de duabus bovatis terre et dimidia et duabus partibus unius thofti cum pertinentiis in Anescastr', unde idem prior vocavit ad warantum predictum abbatem. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex dilecto et fideli suo Mauricio filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Laudabile servitium vestrum, quod nobis fideliter impendistis sicut ex operum satis patet effectu, multiplici prosequentes gratiarum actione, rogamus attentius quatinus id idem continuare et ad tranquillitatem terre nostre Hybernie efficaciter laborare velitis. Et quia diversis occupamur negotiis que sumptus mediocres deposcunt, vobis mandamus rogantes quatinus ad denarios perquirendos de fine dilecti et fidelis nostri Ricardi de Burgo et de finibus illorum, qui capti fuerunt in bello Hybernie contra nos, summam diligentiam adhibeatis. Ad hoc, cum videatur nobis et consilio nostro quod majus commodum nobis accrescet committendo ad firmam dominica nostra Hybernie quam in manu nostra tenendo; vobis mandamus quod manerium de Novo Castro, manerium de Capella Isolde, civitatem Lymeric' cum piscaria ejusdem civitatis, et omnia alia dominica nostra terre nostre Hybernie, per consilium venerabilis patris L. Dublinensis archiepiscopi et dilecti et fidelis nostri G. de Turvill' archidiaconi Dublinensis, sicut melius et carius poteritis, ad firmam dimittatis. Quia etiam plurimum expedit nobis quod castra nostra Hybernie ad minores sumptus custodiantur, quibus salvo possint custodiri; vobis mandamus quod feoda castrorum predictorum minuatis et amensuretis, committendo singula custodienda per certam summam peccunie secundum exigentiam custodie singulorum, sicut comodius fieri poterit. Quod quidem id

* These words probably refer to the drawing of a head which appears below them in the margin of the roll.

1235.
[m. 18d.] similiter fieri volumus per consilium predictorum. Ceterum, quia datum est nobis intelligi quod solutio finium eorum, qui capti fuerunt in predicto bello, per dilectos et fideles nostros Ricardum de Burgo et Walterum de Radeford' inpeditur eo quod corpora predictorum detinent inprisonata, intendentes eorum corpora redimere, ita quod nos ad terras et tenementa eorum pro redemptione sua, que ad nos pertinet, nos caperemus; cum sic contingeret eos bis redimi, quod penitus iniquum et omni juri dissonum esse videtur, dedimus eis in mandatis quod corpora predictorum vobis liberent, eo tamen eis salvo quod, sicut moris est in aliis regnis, habeant de singulis militibus prisonibus centum solidos et hernasium singulorum. Quia etiam venerabilis pater R. Cycestrensis episcopus et cancellarius noster executionem officii sui in terra nostra Hybernie commisit Roberto Luterel, thesaurario Sancti Patricii Dublin', et neccesse est quod consiliis et negotiis nostris partium illarum se immisceat; dedimus in mandatis venerabili patri L. Dublinensi archiepiscopo quod in presentia vestra et predicti thesaurarii nostri Dublinensi sacramentum ab eo recipiat de fidelitate nobis et predicto cancellario nostro domino suo gerenda et de consiliis nostris pariter et suis non revelandis.

[*Hybernia.*]—Dominus rex significat L. Dublinensi archiepiscopo singulos articulos contentos in litteris directis predicto justiciario, rogans quatinus secundum formam eidem justiciario inde demandata[m] ea tali prosequi curet diligentia cum effectu, quam rex merito habere debeat commendatam cum gratiarum actione speciali.

Eodem modo mandatum est G. de Thurevill', archidiacono Dublinensi et thesaurario Hybernie.

[*Hybernia.*]—Rex dilecto et fideli suo Ricardo de Burgo salutem. Quia datum est nobis intelligi quod solutio finium illorum qui capti fuerunt in bello Hibernie per vos et dilectum et fidelem nostrum Walterum de Rideford', eo quod corpora eorum detinetis inprisonata, intendentes corpora eorum redimere ita quod nos ad terras et tenementa eorum pro redemptione sua, que ad nos pertinet, nos capiamus; cum sic contingeret eos bis redimi, quod iniquum et omni juri dissonum esse videtur, vobis mandamus quod corpora omnium prisonum predictorum liberetis dilecto et fideli nostro M. filio Geroldi, justiciario nostro Hibernie, eo tamen vobis salvo quod, sicut moris est in aliis regnis, habeatis de singulis militibus prisonibus centum solidos et hernasium singulorum, taliter vos habentes in hoc ne in solutione finium predictorum dampnum incurramus et grave dispendium.

Eodem modo scribitur Waltero de Rydeford'.

Rex predicto justiciario salutem. Quod salvo applicuistis in partibus Hibernie et ad portum optatum prospere pervenistis postquam a nobis recessistis, sicut nobis significastis, est de quo plurimum gavisi sumus, vobis significantes quod penes nos et statum

1235.
[m. 18*d*.] regni nostri omnia, benedictus Deus, prospera sunt et jocunda; plurimumque desideramus quod de statu terre nostre Hibernie, simul et de vestro, similia frequenter audiámus. Grates quidem fidelitati vestre referentes de eo quod nos premunire voluistis quod sunt quidam qui procuraverunt legatum destinari in Hiberniam, vobis significamus quod, antequam litteras vestras inde recepissemus, idem audivimus et ad curiam Romanam transmisimus ad impediendum ne preter voluntatem nostram legatus aliquis illuc accedat. Quia vero plures ad nos pervenerunt querele ab hiis pro quibus litteras nostras vobis direximus, quod inutiliter eas optinuerunt eo quod minus proni estis, immo ultra modum difficiles, in executione mandatorum nostrorum; vobis mandamus quod in fide qua nobis tenemini, cum contigerit nos pro nobis ipsis seu pro alio quocumque vobis litteras nostras dirigere, ipsas benigne recipere et ea qua decet devotione exequi curetis, quod per dilationem executionis credi non possit quod debitam nobis non exhibeatis reverentiam set potius ex devotione vestra debeatis merito commendari. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxiij. die Februarii.

Rex dilecte sorori sue J. regine Scocie salutem. Certam de sinceritate dilectionis vestre gerentes fiduciam, quod successus nostros a vestris non reputatis alienos et quod de honore dilecte sororis nostre et vestre Isabelle tamquam de vestro gaudebitis; significandum vobis duximus quod, cum nobilis vir Fredericus imperator Romanorum nuper nuntios suos ad nos in Angliam destinasset pro predicta sorore nostra petenda in uxorem, ea tenus processum est in negotio quod de consilio magnatum nostrorum ipsam sororem nostram eidem imperatori concessimus in uxorem, et ipsa soror nostra de voluntate nostra in presentia eorundem magnatum nostrorum per verba de presenti consensit in ipsum imperatorem per Petrum de Vinea, nuntium ipsius imperatoris ad hoc specialiter destinatum cum potestate consentiendi in ipsam sororem nostram nomine ipsius imperatoris; qui quidem Petrus in ipsam consensit et in anima ipsius imperatoris juravit quod idem imperator eam ducet in uxorem; venturique sunt in proximo alii nuntii sollempnes in Angliam, videlicet, archiepiscopus Coloniensis, dux Lotharingie et dux Lemburg' et alii cum ipsis, qui ipsam sororem nostram ea qua decet honestate et sollempnitate ad Imperium adducent. Et super hiis vos duximus certificandas, quia scivimus vos inde gavisuras. Teste ut supra.

Idem significatum est:—

regi Scocie,	Lewelino,
L. Dublinensi archiepiscopo,	justiciario Hibernie.

Cantebrigia.—Johannes de Berner' attornavit Willelmum[a] de Leyham versus Alexandrum fabrum et Matillidem uxorem ejus de tribus partibus unius virgate terre cum pertinentiis in Nostrefeld'.

[a] Substituted for 'Walterum.'

1235.
[m. 18*d*.]

Oxonia.—Lecia uxor Thome de Lenn' attornavit Thomam virum suum versus abbatissam de Godestowe de uno mesuagio cum pertinentiis in Oxonia.

Norf'.—Robertus de Brus attornavit Willelmum de Torneham, clericum, versus Rogerum de Tholhus' et Rogerum de Roylaund' de rationabili compoto etc.

Cantebrigia.—Hamo Pech' attornavit Ricardum Herchebaud et Willelmum le Parker versus abbatem de Rames' tenentem, de duabus carucatis terre cum pertinentiis in Oure, excepta advocatione ecclesie de Oure.

Mandatum est vicecomitibus Lond' quod navem Radulfi Hugonis de Kef de Cauz et navem Eustachii Saligentes de Sancto Walerico et navem Hugonis Carpn' de Sancto Walerico, quas arestari fecerunt apud Lond' occasione precepti regis etc., sine dilatione deliberari faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Februarii.

Northamton'.—Nicholaus Malesmains atornavit Henricum de Hadleg' in loquela que est inter Walterum de Godarvill' et Hillariam uxorem ejus, petentes, et ipsum Nicholaum, tenentem, de duabus carucatis terre cum pertinentiis in Burgton'. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Februarii.

Ballivis de Havering'.—Ricardus de Dovr' attornavit Ricardum de Ramerwik' et Symonem de Marisco in loquela que est in curia apud Havering' inter Eadmundum de Gardino, petentem, et predictum Ricardum, tenentem, de una virgata terre cum pertinentiis in Havering', et in loquela que est in eadem curia inter Aliciam filiam Laurencii, petentem, et ipsum Ricardum, tenentem, de duabus acris prati cum pertinentiis in eadem villa. Teste ut supra.

Henricus Dei gratia rex Anglie etc. majori et probis hominibus suis Oxonie salutem. Quia, sicut ad nos pervenit ex querela universitatis scolarium in villa vestra studentium, injuria vestra faciente, contentiones quedam de novo exorte sunt inter vos et universitatem predictam super quibusdam articulis in conpositione quadam inter vos inita, quam eidem universitati observare contradicitis, ut de sacramento in capite anni prestando de victualibus predictis scolaribus justo ac rationabili precio vendendis; vobis precipimus firmiter injungentes quod, sicut indempnitatem vestram diligitis, per vos ipsas dissensiones predictas super singulis articulis in predicta conpositione contentis et maxime super prestatione supradicti sacramenti sedare et pacificare studeatis, ita quod non debeat ad nos clamor iteratus pervenire, scituri quod, si ab aliquo articulo in predicta compositione contento recesseritis, assignavimus dilectum nostrum G. de Craucumb', per quem volumus conpositionem predictam in omnibus suis articulis firmiter observari. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Februarii.

1235.
[m. 17d.] Sanctissimo patri in Christo et domino reverentissimo G. Dei gratia summo pontifici H. eadem gratia etc. salutem et debitam ac devotam in omnibus reverentiam. Ut sanctitati vestre plenius innotescat qualiter erga nos se gessit P. comes Britannie, vestre significamus paternitati quod, cum dilectum fratrem nostrum R. comitem Cornubie et Pictavie transmisissemus ad partes Wasconie pro defensione partium illarum, habito inter ipsum comitem Britannie et predictum fratrem nostrum colloquio, nobis significavit quod paratus erat ad servitium nostrum venire et homagium nobis facere de terra sua Britannie et ipsam de nobis in capite tenere. Nobis igitur id mediocriter adhuc ferentibus, per transmissum ad nos fidelem nostrum S. de Malo Leone, tunc superstitem, et demum per dilectum et fidelem nostrum Philippum de Albiniaco nos instanter super eodem sollicitavit. Cum igitur monitis suis adquiescentes excercitum totius regni nostri convocassemus apud Portesm', habentes in proposito transfretare in Britanniam ad jura hereditaria nostra perquirenda in partibus transmarinis, memoratus comes in eodem tempore ibi applicans coram universis magnatibus terre nostre homagium nobis fecit de terra sua Britannie et sacramentum de fideli servitio nobis prestitit, et tunc honorem de Richemund, in quo jus vendicabat, ei reddidimus et plura alia feoda et terras ei dedimus non modicas. Revertente autem eodem comite ad partes suas et nobis per consilium suum tunc in terra nostra remanentibus, cum in estate sequenti congregasset rex Francie universum posse suum ad invadendum terram predicti comitis, cum totis viribus nostris in succursum ejus ad suum mandatum transfretavimus in Britanniam non sine gravi dispendio corporis nostri et jactura irreparabili magnatum et aliorum hominum nostrorum quos ibidem perdidimus. Cum ergo per adventum nostrum ab incursibus predicti regis Francie defensus extitisset et securus et, ipso rege sine optentu propositi sui ad partes suas revertente, vellemus similiter ad terram nostram redire de consilio suo, convenit inter nos et memoratum comitem Britannie quod ad tenendum ei milites et servientes quandam summam peccunie daremus eidem per annum tempore guerre, et aliam summam peccunie si contingeret inter ipsum regem Francie et nos tunc treugas iniri, sicut factum est; quod quidem sine omni defectu ei plene perfecimus. Novissime vero cum, instante fine treuge inter ipsum regem et nos, requisiti essemus ab ipso comite de militibus et servientibus mittendis in succursum suum et ad castrum nostrum Sancti Jacobi super Beveronam, quod fuit in manu sua de ballio nostro, muniendum, et pro quo nobis reddendo, cum venissemus in Britanniam, ei dederamus duo milia marcarum, gratanter annuimus ejus petitioni, destinantes ad eum dilectum et fidelem nostrum Amauricum de Sancto Amando, senescallum nostrum, cum numero militum et servientum quem ipse comes petierat; quos, postquam ad placitum suum retinuerat, ad nos remittens sub simulatione parcendi sumptibus nostris, nuntiavit nobis nobis quod castrum predictum salvo custodiret ad opus nostrum. Insuper ad mandatum ejus nobilem virum H. de Trublevill', senescallum nostrum Wasconie, cum multitudine armatorum ad eum

1235.
[m. 17*d*.] misimus, qui strenue et potenter sue instabat defensioni. In cujus etiam presentia et predictorum multitudinis armatorum juravit super verum corpus Christi quod nec pacem cum rege Francie fecerat nec etiam cum eo tractatum inde habuerat. Licet, si quidem ipse comes, ut prediximus, in nobis nullum repererit defectum, immo juxta conventionem inter nos habitam et ultra ei semper satisfecerimus per finem quem cum eo fecimus singulis vicibus, quibus propter hoc ad nos venit vel misit, et id idem adhuc facere pro viribus nostris essemus parati, tamen cum injuria sua, spreta fidei sue religione et sacramento de fideli servitio nobis prestito, sine eo quod nos diffideret vel aliquid nobis mandaret, a nobis recessit et regi Francie adhesit, homagium ei faciens et reddens eidem ad exheredititationem nostram predictum castrum Sancti Jacobi et castrum Celsum quod Theobaldus Crespin tenuit de nobis de comitatu Andegavensi et castrum de Haroyl, quod est de comitatu nostro Pictavie. Ne igitur super premissis rei veritas vos lateret vel ne per alicujus suggestionem minus veridicam crederetis aliquatenus dictum comitem per defectum nostrum a nobis recessisse, premissa sanctitati vestre seriatim duximus intimanda, supplicantes attentius quatinus ipsum comitem, ut ad servitium nostrum et fidelitatem nostram redeat et super peccunia a nobis recepta et castris predictis per ipsum regi Francie liberatis nobis satisfaciat, per censuram ecclesiasticam coherceatis. Teste me ipso apud Westmonasterium.

Wigornia.—Abbas de Evesham attornavit priorem et supriorem de Evesham in loquela que summonita est coram domino rege inter ipsum abbatem et Walterum de Bello Campo de quibusdam injuriis eidem abbati per ipsum Walterum de Bello Campo factis, ut dicitur. Teste rege.

Suff'.—Hugo de Veer, comes Oxonie, attornavit Rogerum de Audham et Robertum le Serjaunt versus Robertum filium Alicie, petentem, de viginti et iiij. acris terre cum pertinentiis in Audham.

Norf'.—Claricia uxor Willelmi le Mercer attornavit Willelmum virum suum versus Willelmum de Plumsted' et Goditham uxorem ejus, Rogerum Forheved et Willelmum le Teler, tenentes, de tribus mesuagiis cum pertinentiis in Norwico.

Rogerus de Mortemer attornavit Ricardum del Kay versus Godefridum de Midlers, tenentem, de medietate unius carucate terre cum pertinentiis in Rising'.

Kancia.—Dionisia, filia Radulfi de Hastingel', attornavit Michaelem de Neuton', virum suum, versus Willelmum de Herdesol', Johannem de Herdesol' et Rogerum de Herdsol' de consuetudinibus et serviciis que predicti Michael et Dionisia petunt versus predictos Willelmum, Johannem et Rogerum de tenemento in Cumb'.

1235.
[m. 17*d*.] *Essex'*.—Reginaldus de Bothi et Alicia uxor ejus attornaverunt Willelmum de Burneh' et Ricardum filium Petri versus priorem hospitalis de Novo Loco, deforciantem, de quadraginta solidatis redditus cum pertinentiis in Dunton'.

Suff'.—Eufemia de Stowe attornavit Willelmum filium suum versus Rannulfum capellanum, Simonem Ketel et Robertum de Langetot, tenentes, de quinquaginta et duabus acris et una roda terre cum pertinentiis in Stowe.

Rex justiciariis suis proximo itineraturis in comitatu Hertford' salutem. Sciatis quod Johannes Kach' venit coram nobis apud Sanctum Edmundum die Sabbati proxima ante mediam Quadragesimam et petiit terram.

[*Suff'*.]—Katerina, uxor Michaelis de Subir', attornavit Michaelem de Subir', virum suum, versus abbatissam de Meuling', tenentem, de quater viginti acris terre cum pertinentiis in Corned'.

Rex constabulario suo Dovor' salutem. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster, comes de Gysn', quod alias per preceptum nostrum facta fuit inquisitio in portu nostro Dovor', utrum scilicet idem comes et heredes sui quieti esse deberent de paagio parando in portu predicto; per quam quidem inquisitionem tunc factam aperte constabat, ut dicit, predictum comitem et heredes suos a prestatione paagii debere esse quietos in portu nostro predicto, sicut predecessores sui fuerunt. Et ideo tibi precipimus quod, si tibi constiterit inquisitionem ipsam sic factam fuisse et per eandem inquisitionem prefatum comitem et heredes suos immunitatem illam habere debere, tu eundem tunc eundem* comitem et heredes ejus† ab exactione paagii ibidem quietos esse permittas. Teste rege apud Framelingh', x. die Marcii. Per regem.

Rex vicecomiti Leic' et War' salutem. Si Stephanus de Segrave invenerit tibi bonam et sufficientem securitatem veniendi coram baronibus nostris de Scaccario a die Pasche in xv. dies ad compotum suum reddendum et ad respondendum de comitatibus quos habuit in manu sua ad faciendum inde quod de jure facere debebit, tunc terras suas et catalla in ballia tua, que cepisti in manum nostram occasione defalte quam nuper fecit coram baronibus de Scaccario, ei replegiari facias et illa ei in pace dimittas. Et cum replegiata fuerint et plegios ab eo receperis, tunc nomina plegiorum scire facias vicecomitibus Eboraci, Linc', Wigornie, Noting', Derby, Norht', Rotel', Buk', Bedeford', Cantebrigie, Huntind', ubi idem S. terras habet, et quibus litteras nostras misimus de terris suis replegiandis quamcito mandatum tuum receperit. Teste rege ut supra. Per W. de Raleg'.

Et singuli vicecomites predicti habent litteras de terris ipsius S. replegiandis, cum vicecomes Leic' et War' securitatem predictam eis scire fecerit. Teste ut supra.

* Sic in MS. † After 'ejus' the words 'et omnes suos' have been cancelled.

1235.

[m. 17*d*.] Rex ballivo suo de Geres' salutem. Monstravit nobis Robertus Frowelin quod, cum tempore quo dilectus et fidelis noster Philippus de Albiniaco habuit custodiam insularum nostrarum, electa esset quedam jurata in ballia tua ad inquirendum per ejus veredictum qui essent fideles et qui infideles, et quesitum fuisset per juratam illam de fama et conversatione predicti Roberti, eadem jurata dicebat ipsum esse infidelem, imponens ei crimen latrocinii, unde idem Robertus occasione veredicti illius jurate metu mortis ad ecclesiam fugit et postea insulam predictam abjuravit. Quia vero idem Robertus postea ad nos accessit et optulit ponere se super veredictum viginti et quatuor proborum et legalium hominum trium vicinarum villatarum et petiit a nobis id ei concedi, nos eidem Roberto fugam et abjurationem predictam quam fecit perdonavimus, tibi precipientes quod secundum consuetudinem insule predicte juratam viginti et quatuor proborum et legalium hominum ei inde habere facias. Et, si constiterit tibi per veredictum eorum ipsum potius fidelem quam infidelem et quod predictum crimen falso et odio sibi fuerit impositum per predictam juratam, ut dicit, tunc firmam pacem nostram ei inde habere facias. Teste me ipso apud Bromholm', xiij. die Marcii, anno etc.

Eodem modo mandatum est eidem ballivo pro Roberto de Gaugy per singula verba. Teste ut supra.

Consimiles litteras habet Ricardus Ascelin, eo excepto quod non fit mentio de aliqua abjuratione, set quod predictus Ricardus fugit et insulam predictam exivit. Teste ut supra.

Quia Willelmus Mauduit nondum reddidit Roberto Passel' Henricum, filium et heredem Henrici de Cramavill', sicut ei preceptum fuit; mandatum est vicecomiti Essex' quod mandatum domini regis exequatur et heredem illum eidem R. habere faciat, si inventus fuerit in ballia sua.

Kancia.—Abbas Sancti Augustini Cantuarie attornavit fratrem Augustinum monachum suum et Thomam de Snades, clericum, versus Thomam de Kirketon' et Agnetem uxorem ejus de warantia terre in Winekelaund' coram justiciariis itinerantibus apud Hertford'.

Norf'. — Nicholaus filius Willelmi attornavit Johannem filium Willelmi versus Hamonem Chevire petentem, de dimidia acra terre cum pertinentiis in Ikeburg'.

Vicecomiti Leic' salutem. Summone per bonos summonitores Willelmum de Martiwast quod sit apud Westmonasterium a die Pasche in xv. dies una cum Stephano de Segrave coram baronibus de Scaccario nostro, ad reddendum ibidem compotum suum simul cum eodem Stephano de tempore quo comitatus Norhampt' fuit in custodia ejusdem Stephani, per quod tempus idem Willelmus fuit ballivus ipsius Stephani predicti comitatus. Et habeas ibi summonitores etc. Teste rege apud Norht', xxv. die Marcii.

1235.
[m. 16d.] Rex vicecomiti Cantebrigie salutem. Precipimus tibi quod, assumptis tecum duodecim probis et legalibus hominibus de comitatu tuo, in propria persona accedas apud terram abbatis de Croyland', Roberti de Insula, magistri Stephani de Heyden', Radulfi Blundi, Johannis de Coteham, Willelmi de Bradefeld', Johannis de Polham, Hugonis le Waleis, Willelmi de la March', Radulfi, Bartholomei et Thome filiorum Simonis in Coteham, et terram Roberti de Bech', Hugonis de Bray, Bartholomei le Chevaler, Luce le Frankelein, Reginaldi de Middelton', Roberti de Bray, Thome le Franchome, Simonis Coci et Thome des Eschaleres in Londbech', et per sacramentum eorundem fieri facias * perambulationem inter terram predictorum abbatis de Croiland', Roberti de Insula, magistri Stephani de Heidon', Radulfi Blundi, Johannis de Coteham', Willelmi de Bradefeld', Johannis de Polham, Hugonis le Waleis, Willelmi de la March', Radulfi, Bartholomei et Thome filiorum Simonis in Coteham', et terram predictorum Roberti, Hugonis, Bartholomei, Luce, Reginaldi, Roberti, Thome, Simonis et Thome in Londbech', ita quod perambulatio illa fiat per rectas et certas divisas et metas; quia tam predicti abbas, Robertus, magister Stephanus, Radulfus, Johannes, Willelmus, Johannes, Hugo, Willelmus, Radulfus et Thomas, quam predicti Robertus, Hugo, Bartholomeus, Lucas, Reginaldus, Robertus, Thomas, Symon, et Thomas posuerunt se in perambulatione illa. Et perambulationem illam, distincte et aperte factam sub sigillo tuo et per iiij. probos et legales homines ex illis qui perambulationi illi interfuerunt, scire facias justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, per quas metas et divisas perambulatio illa facta fuerit. Et habeas ibi hoc breve. Teste rege apud Bernewell', xxij. die Marcii.

Rex justiciariis suis proximo itineraturis in comitatu Hertford' salutem. Sciatis quod Johannes Kacok' venit coram nobis apud Sanctum Edmundum die Sabati proxima ante mediam Quadragesimam et petiit terram suam de Hemsted' sibi replegiari, quam Walterus Barill' clamavit versus eum per breve nostrum et que capta fuit in manum nostram propter defaltam quam fecit coram vobis in itinere vestro apud Chelmerford', ut dicitur: et hoc vobis significamus. Teste me ipso apud Sanctum Edmundum, xx. die Marcii.

Linc'.—Ricardus filius Philippi attornavit Thomam filium Petri versus Walterum Cole et Katerinam uxorem ejus tenentes, de quinque acris et tribus perticatis terre cum pertinentiis in suburbio Linc', et versus Willelmum de Gardin' et Agnetem uxorem ejus tenentes, de quinque acris et tribus perticatis terre in eodem suburbio.

Oxonia.—Matillis, uxor Simonis Victor, attornavit Johannem filium Simonis versus Aliciam Clement, Robertum Clement et Beatriciam Clement, petentes, de quatuor hidis terre cum pertinentiis in Sibeford'.

Derby.—Griffinus filius Wenhunwiny attornavit Hugonem le Ster versus Adam de Langesdon' de consuetudinibus et servitiis.

* Sic in MS.

1235.

[m. 16d.] Rogerus de Quency attornavit Johannem le Moyn' et Ricardum de Brakel' versus priorem de Walingford' in assisa ultime presentationis aramiata coram domino rege de ecclesia de Chynhore.

Cantebrigia.—Robertus Amauri attornavit Fulconem de Amauri versus Hamonem de Valoynes et Ricardum de Rokel', tenentes, de tertia parte quindecim virgatarum et dimidie et centum et sexaginta acrarum terre et quatuordecim denariatarum redditus cum pertinentiis in Litlington'.

Cantebrigia.—Johanna, uxor Roberti de Amauri, attornavit Radulfum de Amauri versus Hamonem de Valeynes et Ricardum de Rokel' de tertia parte quindecim virgatarum et dimidie et centum et sexaginta acrarum terre et quatuor denariatarum redditus in Litlington'.

Rex justiciariis suis proximo itineraturis in comitatu Cumberl' salutem. Sciatis quod perdonavimus venerabili patri W. Karleolensi episcopo excapium, quod Robertus Belle, Rannulfus Kalewar', Laurencius de Culgait, Adam de Caldebec, Robertus Gayteban et Adam de Galwaya fecerunt a prisona nostra Karl' eo tempore quo comitatus Cumberl' fuit in custodia predicti episcopi per preceptum nostrum. Perdonavimus etiam Thome filio Willelmi, predicto tempore constabulario castri Karl', sub cujus custodia predicti prisones evaserunt, misericordiam nostram in quam incidit occasione predicta. Et ideo vobis mandamus quod predictos episcopum et Thomam et ballivos ipsius Thome occasione predicta non occasionetis nec vexetis vel vexari permittatis. Teste rege apud Wudestok', xxxj. die Martii, anno regni nostri xix.

[m. 15d.] *Cornubia.*—Emma filia Willelmi et Alicia soror ejus attornaverunt Rogerum de Grewylai versus Philippum filium Oseberti, tenentem, de una acra terre cum pertinentiis in Treluoo.

Abbas de Abbendon' attornavit Willelmum de Neubir' versus Thomam le Porter in loquela que summonita est coram rege inter predictum Thomam, petentem,* et predictum abbatem, tenentem,* de custodia portarum abbatie de Abbendon'.

Berk'.—Idem abbas attornavit Robertum le Seriant versus Symonem de Salingeford' de consuetudinibus et servitiis, que predictus abbas exigit a predicto Simone de libero tenemento suo, quod de eo tenet in Salingeford'.

Glouc'.—Reginaldus Fruisselou attornavit Ricardum de Rokel' et Robertum le Seriant versus Johannem filium Johannis Fruisselou et Julianam, que fuit uxor Willelmi Fruisselou, tenentes, de feodo dimidii militis cum pertinentiis in Litleton' et in Dumbelton', excepta dimidia hida terre. Teste rege apud Abbendon', ij. die Aprilis.

* 'Petentem,' 'tenentem,' are substituted for 'querentem,' 'deforciantem.'

1235.
[m. 15d.] *Cumb'*.—W. Karleolensis episcopus attornavit Robertum le Messager versus Eudonem de Karl', Robertum de Wathelpol et Ricardum de Kirkebrid' de divisis faciendis inter terram ipsius episcopi in Karlton' et terram predictorum Eudonis, Roberti et Ricardi in Conquintun'.

Berkes'.—Rogerus filius Willelmi attornavit Johannem de Mercham et Rogerum de Wydewer' versus Galfridum filium Clementis de duabus partibus sex virgatarum terre cum pertinentiis in Peseya, exceptis duabus acris et dimidia et quarta parte unius acre; et versus Elyam Paternostr' et Luciam uxorem ejus de tertia parte sex virgatarum terre cum pertinentiis in eadem villa, excepta tercia parte duarum acrarum et dimidie et quarta partis* unius acre; et versus Johannem filium Henrici de una virgata terre cum pertinentiis in eadem villa; et versus Willelmum filium Basilii et Mariam uxorem ejus de una virgata et quarta parte unius acre terre cum pertinentiis in eadem villa; et versus Aliciam filiam Radulfi et Aliciam viduam de una virgata terre cum pertinentiis in eadem villa; et versus Henricum filium Ricardi de tribus partibus unius acre terre cum pertinentiis in eadem villa; et versus Johannam, que fuit uxor Rogeri de Kingeston', de dimidia acra terre cum pertinentiis in eadem villa; et versus Alvredum Russel de una acra terre cum pertinentiis in eadem villa; et versus Petrum filium Willelmi de quarte parte unius acre terre cum pertinentiis in eadem villa.

Prior de Walingford' attornavit Danielem monachum suum et Radulfum† Curteys versus Rogerum de Quency in assisa ultime presentationis, que summonita est coram domino rege de ecclesia de Chennor'. Teste rege apud Walingf', iiij. die Aprilis.

Berk'.—Mabilia, uxor Walteri le Waleis, attornavit Willelmum le Waleis in loquela que summonita est coram rege de recordo loquele que fuit in comitatu Berk' inter Agnetem de la River' et Walterum le Waleis et ipsam Mabiliam de superhoneratione pasture in Hennegh'.

Rex dilecto clerico suo, Willelmo de Wynthsant', salutem. Sciatis quod, nuntiis dilecti amici nostri S. comitis Pontivi ad nos destinatis pro tractatu habito inter nos et ipsum de filia sua ducenda in uxorem, ad presens de consilio nostro respondimus quod, si infra unum mensem a die Pasche anno regni nostri xix. miserit ad nos predictus comes nuntios suos fidedignos, qui in anima sua nobis jurent quod predictus comes mittet ad nos in‡

Vicecomiti Cornubie salutem. Precipimus tibi quod, assumptis tecum xij. probis et legalibus militibus de comitatu tuo, in propria persona accedas ad terram Andree de Cardinan de Threwerneil et terram Roberti filii Willelmi de Lanhuthenou, et per sacramentum eorundem fieri facias perambulationem inter terram ipsius Andree in Threwerneil et terram predicti Roberti in Lonhoutenou, ita quod perambulatio

* Sic in MS. † Substituted for 'Reginaldum.' ‡ Unfinished.

1235.

[m. 15*d*.] illa fiat per rectas et certas divisas et metas, quia predicti Andreas et Robertus posuerunt se coram nobis super perambulationem illam; et perambulationem illam, distincte et aperte factam sub sigillo tuo et per quatuor probos et legales milites de comitatu tuo ex illis, qui perambulationi illi interfuerunt, scire facias justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, per quas metas et divisas perambulatio illa facta fuerit. Et habeas ibi etc.

Devonia.—Consimiles litteras habent Huwardus de Bykel' et Robertus de Bulewrth' de terra ipsius Huwardi in Bocland' et terram ipsius Roberti in Buleswrth' in comitatu Devonie.

[m 14*d*.] *Huntind'.*—Johannes de Kantia attornavit Herbertum filium Rogeri versus Theobaldum de Gilling' de feodo dimidii militis cum pertinentiis in Gilling'. Teste rege apud Windes', x. die Aprilis.

Oxonia.—Baldewinus de Ver attornavit Ricardum Marscallum versus Johannem de Pratellis de eo quod idem Johannes levavit duas domos in Tywe ad nocumentum liberi tenementi sui predicti Baldewini in eadem villa.

Kantia.—Magister Odo de Cireton' attornavit Hubertum filium Walteri et Johannem Buttevilain versus Alvredum de Dene, petentem, et predictum magistrum Odonem, tenentem, de dimidia carucata terre cum pertinentiis in Ripple.

Norhumbria.—Prior hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia attornavit Willelmum Bluvill' versus Rogerum Mauduit de hoc quod idem Rogerus aquietet eundem priorem de servitio quod Rogerus Bertram exigit ab eo de libero tenemento suo quod de eodem Rogero Mauduit tenet in Pesug'.

Glouc'.—Robertus Musard' attornavit Clementem de la Musarderie versus Galfridum de Langel', petentem, de medietate manerii de Shotinton'.

Surr'.—Henricus de la Mare attornavit Radulfum le Engleys versus Johannem Belemeins, petentem, de quinquaginta solidatis redditus cum pertinentiis in Nydegat'.

Noting'.—Galfridus Clarel attornavit Willelmum Clarel versus Andream de Wydrington' et Aliciam uxorem ejus, tenentes, de una carucata terre cum pertinentiis in Misen'. Teste rege apud Cantuariam, x. die Maii.

[m. 13*d*.] *Hibernia.*—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. De prudentia et discretione venerabilis patris W. Lechelinensis episcopi, quem carum habemus et commendatum, specialem gerentes fiduciam quod presentia ipsius in consiliis dandis et in tractatu habendo de negotiis nostris in Hibernia expediendis plurimum vobis et nobis possit esse profutura, et quod fideliter commodum nostrum pro viribus suis procurabit et

1235.
[m. 13*d*.] honorem, volumus quod idem episcopus decetero consiliis vestris intersit una cum aliis fidelibus nostris de Hibernia ad negotia gerenda deputatis, quotiens de agendis nostris tractatus habetur. Et ideo vobis mandamus quod ipsum episcopum decetero ad hoc specialiter admittatis, et de consilio ipsius, simul cum consilio fidelium nostrorum predictorum, super negotiis nostris curam geratis diligenter, consilia nostra pro loco et tempore eidem episcopo communica[n]tes. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Aprilis.

Kantia.—Carolus filius Leuwin' et Juetta uxor ejus, Osbertus le Gaveler' et Editha uxor ejus et Agnes, uxor Walteri Hod, attornaverunt Walterum Hod versus Jacobum de Routh' et Galfridum et Willelmum fratres ejus, Stephanum Kirel, Walterum, Willelmum Kirel, Johannem le Diane et Godefridum de Routheie et Ag' Kirel, tenentes, de xv. acris terre et medietate unius molendini cum pertinentiis in Rouhoie.

Insule.—Rex dilecto et fideli suo Drogoni de Barentin, custodi insularum de Gernes' et de Gerner' salutem. Monstratum est nobis ex parte Roberti filii Germani de la Roser' et Jordani de Capella et Fillette uxoris sue quod, cum absentes essent tempore quo assise ultimo capte fuerunt in insulis predictis, suspecti habebantur et de malo retto fuerunt indictati, ita quod per suspitionem predictam et malum rettum postea in assisis predictis per sacramentum xij. juratorum recognitum fuit quod culpabiles fuerunt de malo retto de quo rettati fuerunt; unde contigit eos occasione predicta forisbanniri nec audent timore mortis ad partes suas reverti, licet sciant se innoxios et immunes a crimine eis inposito, ut dicunt. Unde supplicaverunt nobis quod in prisona nostra se mittere possint donec per sacramentum xxiiij. discretorum et legalium hominum attingatur utrum culpabiles sint necne de retto predicto eis inposito, propter quod fuerunt forisbanniti, sicut predictum est, et postea fiat de eis quod per sacramentum predictorum xxiiij. fuerit attinctum. Et ideo vobis mandamus quod, si predicti Robertus, Jordanus et Filletta ad vos venerint et in prisonam nostram mittere se voluerint, sicut predictum est, tunc per sacramentum xxiiij. discretorum et legalium hominum attingi et recognosci faciatis utrum culpabiles sint de retto predicto eis inposito, propter quod meruerint forisbanniri, et, si per sacramentum predictum inveneritis quod immunes fuerint et innoxii, tunc ipsos a prisona nostra deliberari et in pace sine inpedimento in insulis predictis stare et remanere permittatis, accepta ab eis securitate quod fideliter decetero se habebunt. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Aprilis.

Eodem modo mandatum est eidem Drogoni pro Willelmo le Rey.

Eodem modo scribitur baillivo de Geres' pro Willelmo Russel.

Eodem modo scribitur baillivo de Gerner' pro Roberto le Buloce et Johanna filia Willelmi Rycheys. Teste rege apud Waltham, xxiij. die Augusti.

1235.
[m. 12d.] *Wallia*.—Provisores et emendatores interceptionum factarum in Marchia inter gentem domini regis et Lewelini.*

Rex venerabili patri in Christo R. eadem gratia Herefordensi episcopo salutem. Sciatis quod constituimus vos et dilectos et fideles nostros vicecomitem Hereford' et Johannem de Monem' corectores ex parte nostra una cum Wrennoco filio Kenewrek', Ignav Vachan et archidiacono de Sancto Assapho, qui assignati sunt corectores ex parte L. principis de Aberfrau, ad emendas faciendas et recipiendas super interceptionibus hinc inde factis infra treugas ultimo captas inter nos et ipsum L. Et ideo vobis mandamus quatinus a die Sancte Trinitatis in xv. dies una cum predictis vicecomite et Johanne, quibus idem mandavimus, sitis apud Boskeret' in occursum predictorum Wrennoc, Ignav et archidiaconi de Sancto Assapho, qui ea die ibidem vobis occurrent ad emendas faciendas et recipiendas de interceptionibus predictis, sicut predictum est, taliter vos habentes in hac parte quod diligentiam vestram ad hoc appositam merito commendatam habere debeamus.

Eodem modo mandatum est predicto vicecomiti Hereford' et Johanni de Monem'.

Rex magistro H. archidiacono Hereford' salutem. Cum venerabilis pater R. Herefordensis episcopus, sicut nobis significavit, non possit a die Sancte Trinitatis in xv. dies esse apud Boskeret' in occursum Wrennoci filii Kenewrek', Ignav' Wachan et archidiaconi de Sancto Assapho ad emendas faciendas et recipiendas super interceptionibis hinc inde factis infra treugas ultimo captas inter nos et L. principem de Abberfrau, prout ipsum assignavimus unacum dilecto et fideli nostro Johanni de Munemuth' et vicecomite nostro de Hereford'; dilectionem vestram rogamus, quatinus pro amore et petitione nostra in negotio predicto exequendo vicem ejusdem episcopi supplere et ad diem predictum apud Boskeret in occursum predictorum Walensium ad emendas predictas faciendas et recipiendas unacum predicto Johanne et vicecomite accedere velitis. Rogavimus enim predictos Wallenses quod ad hoc vos admittat.† Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Maii.

Et mandatum est eisdem Wallensibus quod ipsum ad hoc admittat.†

Hertford'.—Petrus abbas de Faveresham attornavit loco suo Walterum de Belinden', ad lucrandum vel perdendum versus Ivonem de Pikelesthorn' petentem et predictum abbatem tenentem de lx. acris terre cum pertinentiis in Treinges.

Stephanus de Cusinton' et Beatricia uxor ejus attornaverunt Alanum de Ride versus abbatem de Boxl' tenentem de quadraginta acris marisci cum pertinentiis in Uppecherch' in hundredo de Middelton'.

* In the margin are the word 'Lewelinus' and a rough drawing of a crowned head.

† Sic in MS.

1235.

[m. 12*d*.] *Leic'*.—Alexander Bacun attornavit Hugonem de Carleton' versus Stephanum Auvers petentem et ipsum Alexandrum, quem Willelmus de Deping vocavit ad warantum, tenentem de dimidia virgata terre cum pertinentiis in Frollesworth'.

[m. 11*d*.] Prior ecclesie Sancte Trinitatis Cantuarie, per Ricardum Brien' attornatum suum, habet diem coram rege in octabis Sancti Hillarii, anno regni domini regis vicesimo, de contentione inter dominum regem et eundem priorem mota de portu et villa de Sandwico.

Kantia.—Alanus filius Godefridi attornavit Walterum filium Godefridi, fratrem suum, versus Willelmum de la Hegge, tenentem, de viginti acris terre cum pertinentiis in Westtram.

Mandatum est vicecomiti Norf' firmiter injungendo quod, in fide qua regi tenetur et sicut se ipsum diligit, si Henricus de Columbariis alicubi per balliam suam transitum facere contigerit, omnem quam poterit diligentiam apponat ad predictum Henricum capiendum et arestandum. Et, cum ipsum ceperit, salvo custodiri faciat donec rex aliud inde preceperit; et hoc regi scire faciat. Et taliter se inde intromittat quod rex diligentiam suam habeat commendatam. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Maii.

Scribitur etiam comitibus Warennie et Norf' quod si contingat ipsum Henricum per partes suas transitum facere, ipsum capere non differant, etc.

Vicecomiti Glouc' scribitur de capiendo Willelmo filio Willelmi de Ponte Arche, eodem modo ut supra vicecomiti Norf' de Henrico capiendo.

Leic'.—Hugo de Albiniaco attornavit Radulfum de Wanc' et Johannem le Deveneis versus Rogerum de Quenc' et quosdam homines suos contentos in brevi domini regis in loquela que est coram domino rege, de eo quod predicti Rogerus et homines sui deforciant eidem Hugoni vi et armis liberum ingressum in boscum de la Chalench', pertinentem ad manerium ipsius Hugonis de Barewe, et quod ipsum impediunt de chachia sua in eodem bosco.

Norf'.—Florencia uxor Gerardi de Akeham' attornavit Robertum de Akeham et Herveum filium Ricardi versus Cecil' Ridel petentem, de duodecim acris terre et medietate unius mesuagii cum pertinentiis in Rakeia.

Bedef'.—Edmundus de Novo Castro et Willelmus le Littestere attornaverunt Amitiam de Novo Castro versus Willelmus* filium Gregorii, tenentem, de duabus virgatis terre cum pertinentiis in Herdwik.

Rex dilecto fratri et fideli suo R. comiti Cornubie et Pictavie salutem. Sciatis quod, cum die Dominica proxima ante Ascensionem Domini instantem venissemus usque Westmonasterium, nocte subsequenti Henricus Clemens, clericus dilecti et fidelis nostri M. filii

* Sic in MS.

1235.
[m. 11d.] Geroldi justiciarii Hibernie, nequiter et enormiter ante portas nostras Westmonasterii in hospicio suo occisus est, in non modicum dedecus nostrum et regni nostri scandalum et obproprium. Verum, cum Willelmus de Marisco et familia sua, et Willelmus de Ponte Arch', Philippus de Dinant, Thomas de Erdinton' et Johannes Cabus rettati sint de morte predicta, qui per partes Cornubie usque ad mare tendunt, ut accepimus, transfretaturi ad insulam de Lumdeye; vobis mandamus rogantes quatinus in fide qua nobis tenemini et sicut nos et honorem nostrum diligitis, omnem quam poteritis diligentiam apponere curetis cum effectu ad predictos Willelmum et familiam suam, Willelmum de Ponte Arch', Philippum, Thomam et Johannem capiendos. Et, cum ipsos ceperitis, salvo custodiri faciatis donec aliud a nobis super hoc habueritis mandatum. Et id nobis cum omni qua poteritis festinatione scire faciatis, taliter vos habentes in hac parte quod diligentiam vestram ad hoc appositam merito debeamus commendare. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Maii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Glouc', eo excepto quod fit mentio in litteris vicecomitis quod tendunt versus portum de Austeclive, sic transfretaturi ad insulam predictam, et quod predictum portum et passagium ballie sue custodiat etc. Teste ut supra.

Fere in forma R. comiti Cornubie directa scribitur W. comiti Warennie de Waltero Sandcmedl', Eustachio Cumin et Henrico de Columbariis quod idem comes diligentiam apponat ad ipsos intercipiendos etc.

Et sub hac forma vicecomiti Norf' et Suff'. Teste ut supra. Set non fit mentio de transfretatione.

Et postea in forma prescripta scribitur singulis vicecomitibus Anglie quod diligentiam apponant ad capiendum Willelmum de Marisco et familiam suam et Willelmum de Ponte Arch', Philippum de Dynant, Thomam de Erdinton', Johannem Cabus, Walterum Sancmedl', Eustachium Cumin et Henricum de Columbariis, qui rettati sunt de morte predicta.

Mandatum est ballivis portus Dovr' quod permittant transfretare Gerardum clericum, personam ecclesie de Wassingbrug', cum hominibus, equis et hernesio suo. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Maii.

Rex vicecomiti Kancie salutem. Scias quod, cum die Dominica proxima ante Ascensionem Domini venissemus usque Westmonasterium, nocte subsequenti Henricus Clemens, clericus justiciarii nostri Hibernie, ante portas nostras Westmonasterii nequiter et in felonia a quibusdam malefactoribus in hospitio suo interfectus est, in non modicum dedecus et contemptum nostrum et regni nostri scandalum et opprobrium. Quia vero, ut accepimus, Willelmus de Marisco et familia sua et Willelmus de Ponte Arche, Philippus de Dynant, Thomas de Erdinton', Johannes Cabus, Walterus Sancmedle, Eustachius Cumin et Henricus de Columbariis rettati sunt de morte predicta; tibi precipimus firmiter injungentes quod, in fide qua nobis

1235.
[m. 11d.]

teneris et sicut te ipsum et omnia tua diligis, omnem quam poteris diligentiam apponas ad eos capiendos, si per balliam tuam ipsos transitum facere contigerit. Et, cum ipsos ceperis, salvo custodiri facias donec aliud inde preceperimus; et id nobis scire facias. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Maii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Heref'.—Walterus Biset attornavit Walterum de Cymiterio et Willelmum de Wudeton' contra Radulfum Torel, Johannem priorem de Peone, Mauricium vicarium de Bruneshop', Willelmum de Gamag', Johannem de Lingeine, Robertum de Grosm', Radulfum filium Ade, Walterum le Sauvag', Rogerum del Hull', Rogerum filium Radulfi, Walterum Caldecourt, Radulfum priorem de Breghinioc, Robertum vicarium de Burghull', Walterum de Eswell', Reginaldum Carpenter, Willelmum le Marescall', Simonem le Noreis, Jacobum de Kenecestr', Johannem le Clerc de Tullinton', Galfridum de Lidiat', Robertum Russel, Johannem filium Ol', Johannem filium Ernaldi et Robertum fabrum, tenentes, de una carucata, novies xx. et xj. acris et vj. virgatis terre et dimidia et ix. acris prati et dimidia cum pertinentiis in Bruneshop'.

Linc'.—Thomas de Cunigholim' attornavit Robertum le Franceis contra Ricardum de Ardern' et Ceciliam uxorem ejus, Alanum le Muer, Herebertum Kiriell', Johannem filium Reginaldi, Aliciam que fuit uxor Roberti de Thedelthorp', Hacun filium ejus, Walterum de Covintr', Walterum filium Johannis, Robertum filium Sibille, Gilebertum filium Hawise et Willelmum fratrem ejus, Rainetam filiam Gileberti, Ranulfum Pok', Cecil' fil' Roberti, Reginaldum filium Roberti, Johannem filium Margerie, Alexandrum personam de Thedelthorp', Martinum le Petit, Martinum de Wra, Gilebertum Chantebere, Radulfum filium Thori, Thomam King, Hugonem Wickenere, Willelmum Wiot, Alanum filium Willelmi Grinkel et Ricardum fratrem ejus, Willelmum Skeg, Ivonem de Clathorp' capellanum, Aliciam filiam Walteri, Matildem matrem ejus, Ricardum filium Ketel' et Margeriam uxorem ejus, tenentes, de viij. bovatis terre cum pertinentiis in Thedelthorp'.

Mandatum est W. de Eboraco et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Linc' quod assisam nove disseisine, quam Thomas le Bretun et Alicia uxor ejus, Radulfus de Stopham et W. de Glammorgan aramiant coram justiciariis ad primam assisam etc. versus Gratiam, que fuit uxor B. de Insula, de tenementis in Henton', Cukewald', Grimesb' et Lincolnia, capiant apud Lincolniam in reditu suo de partibus Eboraci. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Maii.

Mandatum est constabulario Dovr' quod vina, que nuper venerunt in quadam nave usque Sandwicum, appretiari faciat ad opus nostrum per probos et legales homines; et medietatem eorundem vinorum ponas* in garnisio castri Dovr', et aliam medietatem ad regem

* Sic in MS.

1235.

[m. 11*d*.] mitti faciat in eadem nave usque Lond'; et, si alia vina illuc venerint, ea faciat arestari et salvo custodiri, ita quod nichil inde amoveatur; et per literas suas regi constare faciat que vina illuc venerint et quot naves, ut rex ei inde significet voluntatem suam. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Maii.

Petrus filius Galfridi del Broc fuit apud Wintoniam coram rege die Veneris proxima ante Pentecosten et petiit terram suam sibi replegiari, que capta fuit in manum regis pro defalta quam fecit apud Hertf' coram justiciariis itinerantibus ibidem. Et hoc eis significatum est.

Wilt.'—Nazarea de Bluntesdon' attornavit Ace Benet, virum suum, contra Willelmum Witsant et Nigellum Gambun de divisis faciendis inter terram ipsorum Ace et Nazaree in Bluntesdon' et terram ipsius Willelmi in la Wik'.

Norf.'—Reginaldus de Muntpincun attornavit Willelmum de Muntpincun contra Willelmum Talebot et Aliciam uxorem ejus, petentes, de xlvij. acris terre in Gatel'.

Oxonia.—Henricus de la Wade attornavit Petrum de Barewe contra Ricardum de Harecurt de secta facienda ad molendinum de Stanton'.

Cornubia (*sic*).—Ricardus de Bray attornavit Henricum de Tereby contra Ricardum de Levinton' de divisis faciendis inter terram ipsius Ricardi de Levinton' in Levinton' et terram alterius Ricardi in Routheclive.

Essex'.—Abbas Westmonasteriensis attornavit fratrem Robertum de Hermodeswurth', monachum suum, versus Bartholomeum de Bamflet, petentem, de xxx. acris marisci cum pertinentiis in Bemflet.

Memorandum de Seleburn'

[m. 10*d*.] *Sumers'.*—Philippus de Albiniaco attornavit loco suo Willelmum de Engelby ad lucrandum vel perdendum in loquela que est coram domino rege inter predictum Philippum, petentem, et Willelmum Kadoc, tenentem, de dimidia virgata terre cum pertinentiis in Suthperton'.

Norht'.—Abbas de Grestein attornavit Robertum de Avalun, monachum suum, et Johannem de Mersse versus Walterum de Wivill' de secta quam idem Walterus exigit ab eodem abbate ad hundredum suum de Clayl'.

Idem abbas attornavit eosdem versus Bernerum de Horwod' et Thomam de Ikeford' deforciantes, de consuetudinibus et serviciis que idem abbas ab eis exigit de libero tenemento suo quod de eo tenent in Muresl' et Salden' et Ikeford'.

Ricardus Foliot attornavit Rogerum Foliot versus Ricardum Basset, tenentem, de feodo unius militis cum pertinentiis in Wudeford'. Teste rege apud Wudest', xvj. die Junii.

1235.

[m. 10*d*.] *Hibernia.*—Rex dilecto et fideli M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes quatinus, si Radulfus de Souekewurth', qui fuit frater domus Templi et preceptor ejusdem domus in Hibernia et habitum suum postea reliquit, venerit in terram nostram Hibernie, omnem quam poteritis diligentiam apponere non omittatis ad ipsum capiendum et salvo custodiendum donec aliud a nobis inde habueritis mandatum. Teste rege apud Rading', xj. die Junii.

Et mandatum est eidem justiciario quod fratrem Rogerum le Waleis, presentium latorem, quem magister Milicie Templi in Anglia de consilio fratrum suorum mittit in Hiberniam, custodem et preceptorem domus Templi in Hibernia admittat, et ipsum et homines, terras, redditus etc. manuteneat etc. Teste ut supra.

[m. 9*d*.] *Suff'.*—Ricardus filius Walteri Seward' et Alexander frater ejus attornaverunt Willelmum Muriel versus Robertum Bulloc, tenentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in Dunewico.

Oxonia.—Abbas de Abbendon' attornavit Johannem de Goseye et Ricardum le Mudner versus Willelmum Aufrey de serviciis que predictus abbas a predicto Willelmo exigit de libero tenemento suo quod de eo tenet in Oxonia.

Glouc'.—Abbas de Winchecumb' attornavit Hugonem Pincernam, servientem suum, in loquelis que tangunt dominum regem in comitatu Glouc'. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ipsum Hugonem loco ipsius abbatis ad hoc recipiat. Teste rege apud Wudestok', xvij. die Junii.

Henricus de Harenhull' attornavit Willelmum Bissop versus Robertum de Horeblauton' de consuetudinibus et serviciis que idem Robertus exigit de predicto Henrico de libero tenemento suo quod de eo tenet in Horeblauton. Teste rege apud Wudest', xx. die Junii.

Hybernia.—M. filius Geroldi, Petrus de Bermgh', David de Barry, Walterus de Lascy, Geroldus Prendregast, Odo de Barry, H. de Lascy, Adam de Stanton', Henricus le Buttiler, Ricardus de Burgo, Robertus de Carreu, Ricardus de Twyt, Walterus de Ridell', Patric de Curcy, Ricardus de Feipo, Galfridus de Turevill'.

[m. 8*d*.] Mandatum est W. de Eboraco et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatibus Oxonie et Wigornie quod Radulfum de Norwico, quem rex ad eos mittit ad itinerandum cum eis in comitatibus predictis, ad hoc admittant. Teste rege apud Wudestok', xxv. die Junii.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod comitisse Heref', cum ad te* venerit et loqui voluerit cum Alienora, cognata regis, morante in turri Glouc', ei cum una domicella sua vel cum duabus, si voluerit, ad eam liberam habere faciat ingressum ad colloquium cum ea habendum. Teste me ipso apud Wudestok', xxvj. die Junii. Per G. de Crawecumbe.

* Sic in MS.

1235.

[m. 8*d*.] Rex perdonavit, quantum ad eum pertinet, magistro Reginaldo de Bathonia legem illam, quam facere tenetur coram justiciariis regis itinerantibus in comitatu Hunt' occasione contentionis mote inter ipsum et Galfridum le Ber', salvo jure cujuslibet. Et mandatum est eisdem justiciariis quod legem illam quantum ad regem pertinet remittat, sicut predictum est. Teste rege apud Wudest', xxviij. die Junii.

Norf'.—Radulfus prior de Castelacr' attornavit Willelmum de Massingh', monachum suum, et Reginaldum de Gerton' versus Hugonem Curpeil de consuetudinibus et serviciis, que idem prior exigit a predicto Hugone de libero tenemento suo quod de eo tenet in Wulterton' et in Iteringham.

Essex'.—Willelmus de Trikes, et Nicholaa uxor ejus, Florencia, Basilia, Matillis, Alicia et Agnes, sorores predicte Nicholae, attornaverunt Thomam Beyvin et Helewis' de Baliol versus Agnetem de Tylingham, tenentem, de medietate quater viginti acrarum terre cum pertinentiis in Tilingh', et versus eandem Agnetem de Tylingham' de medietate sexaginta acrarum terre cum pertinentiis in villa Sancti Laurentii.

Kantia.—Abbas de Boxle attornavit Nicholaum filium Hamonis versus Henricum de Capella, petentem, de viginti et una denariatis redditus cum pertinentiis in Guherst.

Rex.—Rex dilecto et fideli suo Johanni le Viscunt' et sociis suis assessoribus quadragesime in comitatu Norhumbrie salutem. Quia dilectus et fidelis noster Gilbertus de Umframvill' paratus est nobis dare quadragesimam de bonis suis que habet infra libertatem suam in comitatu Norhumbrie ex quo R. Dunolmensis episcopus et alii, qui consimilem habent libertatem in eodem comitatu, quadragesimam de bonis suis nobis dederint; vobis mandamus quod a predicto Gilberto nullam quadragesimam exigatis donec idem episcopus et alii qui eandem libertatem habent, predictam quadragesimam de bonis suis nobis dederint. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Julii.

Et mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod non distringat vel distringi permittat predictum Gilbertum ad predictam quadragesimam reddendam, donec predictus episcopus et alii, qui consimilem habent libertatem in eodem comitatu, eam regi dederint; et, si contigerit quod idem episcopus et alii illam regi dederint, permittat quod predictus Gilbertus per manum suam predictam quadragesimam colligat et eam regi reddat, sicut predicti qui eandem habent libertatem. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Memorandum de bosco de Gatewud' infra Novam Forestam in ballia Ricardi Fulyet.

[m. 7*d*.] Rex vicecomiti Salopie salutem. Precipimus tibi quod, assumptis tecum xij. legalibus militibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad terram abbatis Salopie in Sewaldesdon' et terram Thome

1235.
[m. 7d.] de Costetin in Eton', et per sacramentum eorundem fieri facias perambulationem inter terram ipsius abbatis in Sywaldeston' et terram ejusdem Thome in Eton', ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divisas, quia predicti abbas et Thomas posuerunt se coram nobis super perambulationem illam; et illam perambulationem, distincte et aperte factam sub sigillo tuo et per iiij. legales milites ex illis qui perambulationi illi interfuerint, scire facias justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, qui eam stare faciant, per quas metas et divisas perambulatio illa facta fuerit. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Julii.

Sub hac forma mandatum est vicecomiti Linc' quod fieri faciat perambulationem inter terram abbatis Sancti Petri de Burgo in Thurleby et terram Hugonis Wak' in Brunn', et perambulationem illam scire faciat justiciariis ad primam assisam etc. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Julii.

Essex'.—R. Londoniensis episcopus attornavit Philippum de Parles et Galfridum de Balescot' versus Rogerum de Branketr', petentem, de una acra et una roda terre cum pertinentiis in Branketr'. Teste ut supra.

Eboracum.—Susanna, que fuit uxor Radulfi le Blund, attornavit Willelmum filium Radulfi versus Thomam filium Johannis et Julianam uxorem ejus, tenentes, de duabus bovatis terre cum pertinentiis in Engelby.

Kantia.—Rogerus filius Martini attornavit Ricardum Textorem versus Johannem Kyk', tenentem, de iiij. acris terre cum pertinentiis in Brigge.

Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Wigornie quod loquelam que summonita est coram eis inter Johannem Briwer', petentem, et Robertum de Curtenay, tenentem, de tercia parte centum acrarum bosci cum pertinentiis in Aillesbir', ponant in respectum de die in diem a die Jovis proxima post octabas apostolorum Petri et Pauli in xv. dies. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Julii.

Hybernia.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod facta inquisitione diligenti, si invenerit quod Willelmus filius Hugonis et Tangard' filius Godefridi fuerunt contra dominum regem cum equis et armis in partibus Hibernie cum R. quondam comite Penbr', tunc de ipsi* forma, quam rex eidem justiciario de hujusmodi transgressoribus injunxit cum esset in Anglia. Et, si invenerit quod non fuerunt contra ipsum regem etc., tunc ipsos decetero occasione predicta in nullo molestet vel occasionet. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Julii. Per Radulfum filium Nicholai.

Kantia.—Galfridus filius Rabh' attornavit Willelmum de Rabh' versus Carolum Molendinarium et Juettam uxorem ejus, Osbertum le Gavelere et Edivam uxorem ejus, et Walterum Hod et Agnetem uxorem ejus, petentes, de quinque acris terre et dimidia cum pertinentiis in Wrotham'.

* Sic.

1235.

[m. 7*d*.] *Norht'*.—Willelmus de Ferrariis attornavit Robertum de Forreho contra Johannem filium Galfridi de consuetudinibus etc. in Pirie.

De communi auxilio facto domini regis. Forma litterarum directarum vicecomitibus pro episcopis et abbatibus.—Rex vicecomiti Sussex' salutem. Scias quod archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, comites, barones et omnes alii de regno nostro Anglie qui de nobis tenent in capite, spontanea voluntate sua et sine consuetudine concesserunt nobis efficax auxilium ad magna negotia nostra expedienda, unde provisum est de consilio illorum quod habeant de singulis feodis militum et wardarum, que de nobis tenent in capite, duas marcas ad predictum auxilium nobis faciendum, et unde providerunt reddere nobis unam medietatem ad festum Sancti Michaelis, anno regni nostri xix. et aliam medietatem ad Pascha, anno regni nostri xx. Et ideo tibi precipimus quod ad mandatum venerabilis patris R. Cicestrensis episcopi, cancellarii nostri, sine dilatione distringas omnes milites et libere tenentes qui de eo tenent per servitium militare in ballia tua, ad reddendum ei de singulis feodis et wardis duas marcas ad predictum auxilium nobis per manum suam reddendum in terminis predictis, talem ad hoc faciens districtionem ad mandatum ipsius episcopi ne solutio predicta predictis terminis remaneat facienda pro defectu tui, propter quod ad te graviter nos capere debeamus. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Julii, anno etc. decimo nono.

Eodem modo et in forma consimili habent litteras episcopi et abbates subscripti:—

H. Elyensis episcopus in comitatibus Cantebrigie et Hunt', Norf' et Suff', Essex';

T. Norwicensis episcopus in comitatibus Norf' et Suff';

Abbas de Hida in comitatibus Suht' et Surr';

Abbas de Shireburn' in comitatibus Devonie, Dors';

Abbas de Burgo in comitatibus Linc', War', Leic' et Wilt', Cantebrigie, Hunt', Norht';

Abbas de Malmesbir' in comitatu Wilt';

Abbas Sancti Edmundi in comitatibus Norf' et Suff', Essex' et Hertford';

Abbas Certes' in comitatibus Surr' et Suhampt';

Abbas Sancti Benedicti in comitatibus Norf' et Suff';

Abbatissa Sancti Edwardi in comitatibus Dors', Wilt', Sussex';

Prior de Covintr' in comitatibus War', Leic', Glouc';

Abbas de Abbotesbir' in comitatu Dors';

Abbas de Rames' in comitatibus Bedef', Norf', Suff', Hertf', Linc', Cantebrigie et Huntind', et Norht';

Abbas de Wynchecumb' in comitatibus Glouc', Oxonie;

Prior de Coventr' in comitatibus Glouc', War' et Leic';

J. Bathoniensis episcopus in comitatibus Sumers' et Dors', Wilt', Glouc', Berk';

R. Sarrisburiensis episcopus in comitatibus Dors', Wilt', Berk';

1235.
[m. 7d.]

W. Wigorniensis episcopus in comitatibus Glouc', Wigornie, War';
Archiepiscopus Eboracensis in comitatibus Glouc', Leic', Notingh', Linc', Eboraci;
Archiepiscopus Cantuariensis in comitatibus Kancie, Surr', Suss' et Middels':
R. Dunelmensis in comitatibus Wilt', Sussex', Oxonie, Glouc', Dors';
Abbas de Abbendon' in comitatibus Berk', Oxonie, Warewic';
Abbas Sancti Albani in comitatibus Hertford', Bedef' et Buk'.

Rex justiciario Hibernie salutem. Monstraverunt nobis Ernisius de Dunheued et Johanna uxor ejus quod, cum nuper reddidissemus eis terram de Derkeham et Skeneboil' cum pertinentiis tamquam jus et maritagium ipsius Johanne, quam dominus Johannes rex, pater noster, ceperat in manum suam et tenuerat pro voluntate sua, et predicti Ernisius et Johanna terram illam tenuerint hucusque per servicium tertie partis feodi unius militis; nunc de novo exiguntur ab eis ad opus nostrum per summonitionem Scaccarii nostri Dublin' centum solidos per annum de servicio ejusdem terre una cum arreragiis de sex annis, de quibus c. solidis predicta terra, antequam capta esset in manum predicti patris nostri, respondere non consuevit. Et ideo vobis mandamus quod per probos et legales homines, per quos melius poterit rei veritas inquiri, diligenter inquiratis utrum predicta terra de predictis c. solidis annuis nobis respondere debeat vel non, et utrum antecessores predicte Johanne, qui terram illam tenuerunt, de predicto servicio c. solidorum antecessoribus nostris de predicta terra respondere consueverunt vel non; et inquisitionem etc. nobis mittatis. Predictis etiam Ernisio et Johanne de predictis c. solidis et arreragiis pacem interim habere faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Julii.

Mandatum est vicecomiti Midd' quod gurgites per Tamisiam in ballia sua stare et esse faciat in eadem latitudine et eodem statu et apertura inter virgas cleiarum, quibus stare et esse consueverunt tempore Henrici regis avi, Ricardi regis avunculi et Johannis regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Julii.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod omnes abbates et priores de comitatu suo, qui non tenent de rege in capite per servicium militare, cujuscumque ordinis preter ordinem Cysterciensem et Premonstratensem, venire faciat coram rege apud Wudestok' in crastino Sancte Marie Magdalene, anno etc. xix. ad loquendum cum rege de negotiis suis que eis habet exponenda. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus
Heref', Glouc', Wigornie, apud Glouc' die Veneris proximo sequente;
Dors' et Sumers', apud Bathoniam in festo Sancti Petri ad Wincula;

1235.
[m. 7d.]

Wilt' et Suht', apud Merleberg' Dominica proximo sequente;
Berk' et Buk', apud Rading' in octabis Sancti Petri ad Vincula;
In crastino Assumptionis apud Lond', Kancie, Sussex, Midd', Essex' et Hertf', Surr', Norf' et Suff';
Norht', Cantebrigie, Hunt', Bed', et Buk', apud Norhampt' die Martis post festum Sancti Bartholomei;
Notingh' et Derb', War' et Leic', Staff' et Salopie, Lincoln', Eboraci, apud Noting' die Dominica in Nativitate Beate Marie.

Episcopus Herefordensis, Johannes de Monem' et vicecomes Heref' assignati sunt ad faciendum emendas apud Bochered' in octavis Assumptionis ex parte domini regis de interceptionibus factis infra treugas ultimo captas inter regem et Lewelinum; et hoc significatum est eidem Lewelino, ut ex parte sua mittat illuc ad hoc nuntios suos. Et similiter mandatum est episcopo Herefordensi, J. de Monem' et vicecomiti Heref' quod predicto die sint apud Bochered' in occursum nuntiorum predicti Lewelini ad faciendum predictas emendas.

[m. 6d.] Rex omnibus senescallis comitum et baronum terras habentium in comitatu Sumerset', salutem. Sciatis quod assignavimus dilectos et fideles nostros, Hugonem de Meriet et Johannem de Aure, ad auxilium nobis generaliter concessum in regno nostro, scilicet de scuto duas marcas tam de novo feffamento quam de veteri, recipiendum in comitatu Sumerset' per manus vestras, sicut in concessione predicti auxilii fuit provisum, scilicet, unam medietatem ad festum Sancti Michaelis, anno etc. xix. et aliam medietatem ad Pascha proximo sequens. Et ideo vobis mandamus quod ipsis Hugoni et Johanni ad hoc sitis intendentes et respondentes. Teste me ipso apud Westmonasterium, xvij. Julii, anno etc. xix.

Rex Johanni de Aure salutem. Sciatis quod assignavimus vos una cum Henrico* de Meriet ad auxilium nobis generaliter concessum in regno nostro, scilicet, de scuto duas marcas tam de novo feffamento quam de veteri, recipiendum in comitatu Sumers' per manus senescallorum singulorum comitum et baronum ejusdem comitatus, scilicet, unam medietatem ad festum Sancti Michaelis anno etc. xix. et aliam medietatem ad Pascha proximo sequens, salvo reponendum in castro nostro de Shireburn' sub sigillo vestro et sigillo predicti Hugonis socii vestri, et sub duabus seris, de quibus una clavis remaneat vobis et alia predicto Hugoni socio vestro. Et ideo vobis mandamus rogantes quatinus prefato negotio ita diligenter et efficaciter intendatis quod eo dignam a nobis remunerationem merito reportare debeatis cum gratiarum actione speciali. Mittimus autem vobis litteras nostras patentes directas senescallis omnium comitum et baronum in comitatu predicto, quod vobis ad hoc sint intendentes et respondentes, quas in pleno comitatu Sumers' legi faciatis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur predicto H. de Meriet.

* Sic in MS. 'Hugo,' *Testa de Nevill*, p. 169.

1235.
[m. 6*d*.]

Rex vicecomiti Sumers' salutem. Scias quod comites et barones et omnes alii de toto regno nostro Anglie spontanea voluntate sua et sine consuetudine concesserunt nobis efficax auxilium ad magna negotia nostra expedienda, unde provisum est de consilio illorum quod habeant de singulis feodis militum, qui de nobis tenent in capite, et de wardis tam de novo feffamento quam de veteri, duas marcas ad auxilium dictum nobis faciendum. Unde providerunt reddere nobis unam medietatem ad festum Sancti Michaelis anno etc. xix. et aliam medietatem ad Pascha, anno etc. xx. Providerunt etiam quod predictum scutagium colligatur per manus ballivorum suorum in singulis comitatibus, et tradatur per manus eorundem duobus militibus quos ad hoc assignavimus in singulis comitatibus, deferendum ad Scaccarium nostrum Lond' et liberandum ibidem thesaurario et camerariis nostris. Et ideo tibi precipimus quod ad mandatum omnium comitum et baronum et omnium aliorum, qui de nobis tenent in capite in ballia tua modo predicto, sine dilatione distringas omnes milites et libere tenentes, qui de eis tenent per servitium militare in ballia tua, ad reddendum ballivis suis de singulis feodis et wardis duas marcas ad predictum auxilium nobis faciendum in terminis predictis, et liberandum Johanni de Aure et Henrico (*sic*) de Meriet, quos ad hoc assignavimus in comitatu tuo, sicut predictum est, talem ad hoc faciens districtionem ad mandatum illorum ne solutio predicta predictis terminis remaneat facienda pro defectu tui, propter quod ad te nos graviter capere debeamus. Brevia quidem nostra, certis personis de ballia tua directa, sine dilatione mittas quibus diriguntur. Teste ut supra.

Eboracum	Estriding; Geraldus Selvein et Thomas de Lucton'. Westriding'; Adam de Novo Mercato, Thomas de Poulinton.* Nortriding'; Ricardus de Ripariis, Willelmus de Herles'.	in majori ecclesia Eboraci.
Linc'	Lindes'; Jollanus de Nevill' et Willelmus de Baiocis. Hoyland'; Radulfus filius Radulfi, Hugo de Wigethoft. Ketsteven'; Robertus Coffin et Johannes Gubaud.	in castro Linc.
Norhumbria	Galfridus filius Galfridi† Alexander de Hilton'.‡	in Novo Castro super Tynam.
Norf'	Willelmus Rusteng Petrus Botun.	in castro de Norwico.

* Corrected from 'Hugo Pincerna.' † Corrected from 'Johannes Haunsard.'
‡ Corrected from 'Robertus filius Mendr'.'

1235
[m. 6d.]

Suff'	Herebertus de Alencun Rannulfus de Braham.	apud Sanctum Edmundum.
Dors'	Petrus de Russell Radulfus Monachus.	in castro de Shire-burn'.
Sumers'	Hugo de Meriet Johannes de Aure.	
Cumbria	Thomas filius Johannis Willelmus de Lanc'.	
Essex'	Ricardus Maudit[*] Willelmus de Amblye.[†]	in turri Lond'.
Hertf'	Symon de Furnell'[‡] Walterus de Tysun'.[§]	
Midd'	Galfridus de Jarpunvill' Nicholaus de Oxehaye.	
Devonia	Radulfus de Sechevill' Willelmus Peverell.	in castro Exonie.
Noting'	Alexander de Vilers[‖] Willelmus de Chaorciis.	in castro Notingh'.
Dereb'	Robertus de Dun[¶] Robertus de Toke.	
Leic'	Willelmus Burdel' Philippus de Gaunt'.	in castro de Kenill'.
Warewic'	Willelmus de Ludinton' Ricardus Pecche.	
Bed'	Hugo de la Legh[**] Johannes Bochard.	apud Wardon'.
Buk'	Milo Neirnuit Lucas de Caygnes.	Woburn'.
Cantebrigia	Galfridus de Bancis Henricus le Eveske.	Bernewell'.
Hunt'	Oliverus Monachus Johannes de Litlebir'.	in prioratu.
Cornubia	Simon de Brakel' Henricus de Bodrig'.	Lancavet'.
Staff'	Robertus de Grendon' Robertus de Eslington'.	apud Burton'.

* Corrected from 'Radulfus de Berners,' with the note 'mortuus—per novum breve.' 'Radulfus de Berners' is also corrected from Radulfus Gernun.

† Corrected from 'Willelmus de Torlegh'.'

‡ Corrected from 'Rogerus de Sum[er]y.'

§ Corrected from 'Galfridus de Scalar'.'

‖ Corrected from 'Nigellus de Lisurs.' 'Nigellus' is also a correction from 'Fulco.'

¶ Corrected from 'Robertus de Acoure.' Against 'Robertus de Dun' is the note 'substitutus est": against Robertus de Acoure the note 'mortuus est.'

** Corrected from 'Wido Wak'.'

1235.
[m. 6*d*.]

Salopia	Willelmus de Ercalewe Robertus de Stepelton'.	apud Brug'.
Wigornia	Petrus de Sautemareis Ricardus de Selleye.	in prioratu.
Glouc'	Radulfus de Wilinton' Willelmus de Putot.*	in castro.
Oxonia	Bardulfus de Cestreton' Gwido filius Radulfi.	in castro Oxonie.
Berk'	Willelmus de Sifrewast Willelmus de Englefeld'.	Rading'.
Wilt'	Reginaldus de Caln' Willelmus Gileberti.	in castro Sarr'.
Surr'	Johannes de Cheleshan† Gilebertus de Basevill'.	Meret'.
Heref'	Thomas de Anes' Hugo de Crofte.	in castro.
Norht'	Galfridus de Armenteres Gilebertus de Preston.'	in castro.
Rotel'	Radulfus de Normanvill' Radulfus de Nevill'.	apud Roking'.
Lanc'	Willelmus de Carleton' Willelmus de Clifton'.	
Westmeril'	Walterus de Stirkleg' Robertus de Hellebot.‡	in castro Carl'.
Suht'	Walterus de Rumes' Robertus Lohoud.	in castro Wintonie.
Sussex'	Godefridus Walensis Thomas Tregoz.	in ecclesia Cycestr'.
Kancia	Simon de Craye § Reginaldus de Cornhull'.	in castro Roffe.

Oxonia.—Walterus Niger et Alicia, uxor ejus, Robertus Lothafeld' et Julia, uxor ejus, Willelmus de Staff' et Petronilla, uxor ejus, attornaverunt Walterum Nigrum contra Aliciam filiam Willelmi et Hugonem de Hurtle, tenentes, de ij. mesuagiis in Bannebir'.

Prior de Monte Acuto et Bartholomeus de Turbervill' habent literas directas vicecomiti Dors' de perambulatione facienda inter terram ipsius prioris in Melebir' Priur et terram dicti Bartholomei in Melebir' Turbervill' etc.

Essex'.—Radulfus le Marescall' attornavit Galfridum de Balescot' contra Rogerum de Branketr', petentem, de ij. shopis in Branketr'.

* Corrected from 'Willelmus de Mara de Rindecumbe.'
† Corrected from 'Gilebertus de Abbingworth'.'
‡ 'Hellebec,' *Testa de Nevill*, p. 412.
§ Corrected from 'Henricus de Sandwico.'

1235.

[m. 6*d*.] *War'*.—Walterus filius Ricardi le Burgeis attornavit Henricum de Todenholm' contra Simonem de Stratton' et Jul' uxorem ejus, tenentes, de j. virgata terre in Stratton'.

Linc'.—Prior de Selford' attornavit fratrem Reginaldum, celerarium suum, contra Radulfum de Norton', petentem, de una bovata terre in Rouceby.

Hibernia.—Abbas de Mellifonte attornavit Nicholaum filium Josephi et Eugenium le Clerc contra Rohesiam de Verdun, petentem, de iij. carucatis terre in Tauliban, et contra Hugonem de Ardis, petentem, de ij. carucatis terre in Crochinchel.

Linc'.—Abbas de Parco de Lue attornavit fratrem Hamonem, monachum suum, et Eudonem de Saleby contra Willelmum Azonis, petentem, de septem acris prati in Salfleteby.

[m. 5*d*.] Treuge jurate fuerunt inter regem et regem Francie die Lune proxima ante festum Sancti Petri ad Vincula, quas rex vult ex parte sua firmiter observari. Et mandatum est ballivis de Lenn' quod omnes naves de potestate regis Francie, tam de Normannia quam aliunde, quas arestaverunt in portu suo post terminum predictum occasione aliarum navium de potestate domini regis, que prius arestate fuerunt in Normannia, deliberari faciant cum omnibus rebus et catallis in ipsis navibus inventis. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Augusti.

Berk', Norf', Norht' et Bed'. Sine brevi.—A. comitissa Penbr' posuit loco suo Andream de la Breche, Ricardum de Havering' contra Fulconem filium Warini et Warinum de Monte Canasio, de placito terre quod est coram rege in comitatu Berk', et versus Johannem Mar' de placito terre in comitatibus Norht' et Norf', et versus Paulinum Peivr' de placito terre in comitatu Bed'.

Sussex'.—Willelmus Aguyllun attornavit Willelmum de Pagaham et Willelmum de Pauethorn versus Walterum de Lymes' et Margeriam matrem ejus, tenentes, de tertia parte feodi unius militis cum pertinentiis in Normerdon'.

Anno ab incarnatione Domini mccxxxiiij. In presentia domini regis, necnon et Cantuariensis archiepiscopi et Londoniensis et Exoniensis episcoporum et aliorum multorum, recitatus fuit tenor cujusdam compositionis inite, ut dicitur, inter dominum H. comitem Warennie super nominationem et institutionem prioris Lewensis et dominum H. abbatem Cluniacensem, in hunc modum. Sciant tam presentes quam futuri quod, cum orta esset contentio inter dominum H. abbatem Cluniacensem et dominum H. comitem Warennie super nominationem et institutionem prioris Lewensis, tandem mediantibus domino H. Cantuariensi archiepiscopo et E. Elyensi episcopo et G. filio Petri, tunc justiciario Anglie, consensu utriusque partis, presente domina I. comitissa Warennie, in cujus hereditate domus

1235.
[m. 5d.] Lewensis fundata est, et tam illa quam Willelmo filio et herede suo consentiente, sopita est contentio eadem in hunc modum, postquam diu duraverat. Vacante prioratu Lewensi, cum nunciis comitis Warennie duo monachi Lewenses Cluniacum mittentur infra xl. dies postquam contigerit predictum prioratum vacare. Abbas autem Cluniacensis cum consilio sui conventus bona fide et secundum conscientiam suam nominabit duos de ordine Cluniacensi quos magis idoneos crediderit ad administrationem domus Lewensis, tam in temporalibus quam in spiritualibus, exceptis duobus, videlicet majore priore Cluniacensi et priore Caritatis. In optione autem sit nuntiorum comitis de duobus nominatis ab abbate ibi assumere quem maluerint, qui eis sine dilatione tradetur in priorem Lewensem, deducendus ad comitem et ad ecclesiam Lewensem et ab illis suscipiendus honorifice et sine difficultate. Prior autem, sic institutus per manum abbatis et, ut dictum est, a nuntiis comitis assumptus, liberam habebit administrationem in spiritualibus et temporalibus interius et exterius, tam in instituendis quam in amovendis subpriore domus illius et prioribus, cellarariis et aliis obedientiariis et ministris ad eandem domum pertinentibus, ita quod non amoveri possit nisi meruerit ex manifesta et rationabili causa secundum regulam beati Benedicti. Preterea abbas Cluniacensis non exiget de predicta domo nisi c. solidos nomine census annui, nec aliquam ibi faciet exactionem; salva autem erit ipsi abbati Cluniacensi plene dignitas sua et auctoritas in disciplinis, correptionibus et aliis spiritualibus ad ordinem Cluniacensem pertinentibus. Hec utraque pars bona fide et sine malo ingenio firmiter observabit inperpetuum. Acta sunt hec apud Lamh' anno incarnationis Domini mccj. iiij. idibus Junii coram predictis mediatoribus et per illos, presentibus et testibus dominis W. Londoniensi et G. Roffensi et H. Sarrisburiensi et M. Wigorniensi et J. Norwicensi episcopis et multis aliis. Nobilis igitur vir W. comes Warennie pro jure, quod in preficiendo priore Lewensi ipse et predecessores sui habere dinoscuntur et quo multis retro temporibus secundum tenorem predicte compositionis usi sunt, et ne absque cause cognitione jure predicto privetur, sedem appostollicam appellavit. In cujus rei testimonium ad instantiam prefati W. comitis dominus rex et archiepiscopus Cantuariensis et dicti Londiniensis et Exoniensis episcopi presenti scripto signa sua apposuerunt.

Rex dilecte consanguinee sue Alyenore salutem. Sciatis quod blada manerii de Swafham, de quo nuper nobis significastis, per ballivos nostros salvo colligi et custodiri fecimus, unde vobis duximus significandum quod aliquem de vestris de quo plene confidatis ad nos mittatis circa festum Sancti Michaelis, anno regni nostri xix. et nos eidem de manerio predicto cum pertinentiis tunc ex parte nostra plenam seisinam habere faciemus. Teste rege apud Waltham, xix. die Augusti.

Mandatum est W. Talebot quod fratres predicatores et minores qui accessuri sunt usque Glouc' ad loquendum cum predicta Alyenora, libere et sine impedimento cum ipsa colloquium habere permittat secundum quod viderit expedire. Teste ut supra.

1235.

[m. 5*d*.] Rex ballivo suo de Gerner', salutem. Monstravit nobis Jordanus de Capella quod, cum coram justiciariis ultimo itinerantibus in balliva tua rettatus esset de latrocinio per xij. legales homines ad hoc juratos et ea occasione capta esset in manum nostram terra sua una cum catallis suis, et inquisitio, que postea inde facta fuit, ut dicit, per xxiiij. legales homines de recepto nostro, ipsum de predicto latrocinio acquietassent tamquam legalem hominem, predicta terra sua et catalla nondum sunt ei restituta. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, tam terram suam quam omnia catalla sua, que predicta occasione ei ablata fuerunt, ei sine dilatione habere facias, ne clamor iteratus inde ad nos debeat pervenire. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomitibus Lond' quod viginiti et sex dolia et duas pipas vini, que Petrus Arnaldi, burgensis de Ponte, qui jam defunctus est, misit usque London' per Bernardum de Brences nepotem suum ibidem vendenda [et] que adhuc ibidem sunt, ut dicitur, arestari et salvo custodiri faciant donec aliud a rege habuerint mandatum. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Rex majori et prepositis Exonie salutem. Precipimus vobis quod, non obstante mandato nostro quod nuper fecimus de rebus et mercandisis mercatorum de potestate regis Francie arestandis per totum regnum nostrum, reddi faciatis sine difficultate Galoni de Nonetis vel certo nuncio suo omnes denarios, qui ei debentur in villa Exonie et ea occasione ei detinentur. Et, si quid aliud arestari fecistis de rebus et mercandisis ipsius Galonis occasione predicta, id ei sine dilatione deliberetis. Teste rege apud Waltham, xxv. die Augusti.

[m. 4*d*.] Rex dilecto et fideli suo Drogoni de Barentin salutem. Veniens ad nos Reymundus Bernard', mercator de Peregoz, graviter conquerendo nobis monstravit quod Stephanus Alard' de Rya ipsum et Stephanum Bernard', fratrem suum, sicut fuerunt in veniendo versus Angliam cum vinis suis, depredatus est nuper in mari et predictum Stephanum cepit una cum quibusdam catallis suis, et tam ipsum Stephanum ita captum quam catalla predicta duxit in insulam de Gerner' et ea ibidem deposuit. Et ideo vobis mandamus firmiter injungentes quod, si predictus Stephanus Bernard' in insula predicta inventus fuerit vel catalla aliqua que predictus Reymundus monstrare poterit sua esse, ea sine dilatione predicto Reymundo reddi et ipsum Stephanum deliberari faciatis. Et, si in predictum Stephanum Alard', qui crudelitatem istam perpetravit, manum mittere possitis, ipsum arestetis et salvo custodiatis donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Waltham, xxv. die Augusti.

Linc'.—Abbas de Burgo attornavit Rogerum de Nevill' et Ricardum filium Umfredi in perambulatione quam rex fieri precepit inter terram ipsius abbatis in Turleby et terram Hugonis Wak' in Brun.'

Cantebrigia.—Simon le Bret attornavit Thomam de Norhampt' versus Herveum filium Pagani tenentem de una carucata terre cum pertinentiis in Abynton'.

1235.
[m. 4*d*.] *Huntind'*.—Sara uxor Walteri de Deneford' attornavit Gervasium de Islep' versus Willelmum Cowe et Feliciam uxorem ejus, tenentes, de una carucata terre cum pertinentiis in Hemmingeford', et in loquela que est in eodem comitatu eundem Gervasium versus Yvonem le Moyne, tenentem, de una carucata terre eum pertinentiis in Grafham.

Johannes de Nevill' attornavit Ricardum filium Willelmi versus Willelmum filium Hugonis et Willelmum fratrem ejusdem Willelmi de consuetudinibus et servitiis que idem Johannes ab eis exigit de libero tenemento suo quod de eodem Johanne tenent in Carleton'.

Eboracum.—Abbas de Thorniton' attornavit fratem Willelmum de Hedon' et Robertum le Clerk versus Saerum de Saer' (*sic*) de Sutton de divisis faciendis inter terram ipsius Saeri in Sotcote et terram predicti abbatis in Irepol (*sic*).

Idem attornavit eosdem versus Rannulfum de Faxflet', petentem, de centum et quadraginta acris terre cum pertinentiis in Faxflet'.

Abbas de Grimesby attornavit Nicholaum Lelle versus Thomam filium Henrici, petentem, de duabus bovatis terre et uno mesuagio cum pertinentiis in Grimesbye.

Rex vicecomiti Rotel' salutem. Quia Robertus le Butiller, per apellum quod Alicia que fuit [uxor] Petri de Craweden' facit erga eum in comitatu Leic' de morte predicti Petri viri sui, attachiatus est in eodem comitatu ad respondendum inde coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint; tibi precipimus quod, occasione appelli quod Juliana, soror ipsius Petri, facit in comitatu tuo erga eundem Robertum de morte predicta, corpus ipsius Roberti non attachies, nec ad terram vel catalla sua manum mittas, set dicas ipsi Juliane quod, si voluerit appellum suum prosequi, prosequatur in comitatu Leic', in quo predictus Petrus interfectus fuit et ubi ipse Robertus propter hoc est attachiatus. Teste rege apud Croxton', ij. die Septembris.

Mandatum est baillivis de Len quod navem archiepiscopi Nithrosiensis, que applicuit apud Len, carcatam rebus et catallis ipsius archiepiscopi et arestata per Willelmum filium Gerberti de Jernemue contra conductum quem habet per cartam Johannis regis et cartam regis Henrici qui nunc est, occasione cujusdam debiti quod idem Willelmus exigit versus S. comitem Norwegie, et quosdam alios ejusdem terre, ut dicitur, sine dilatione deliberari faciant cum omnibus rebus et catallis in ipsa navi inventis, et quo voluerint sine inpedimento salvo abire permittant. Teste ut supra.

Eboracum.—W. Eboracensis archiepiscopus, attornavit Rogerum de Oseberton' et Rogerum de Wytterham versus Willelmum de Marisco, petentem, de una carucata terre cum pertinentiis in Thorp' Bustard'.

Pro hominibus de Portesm'.—Quia constat regi per inspectionem carte Ricardi regis, avunculi sui, et etiam confirmationis sue quod probi homines regis de Portesm' de tallagio quieti esse debent;

1235.

[m. 4d.] mandatum est talliatoribus dominicorum regis in comitatu Suhampt' quod occasione tallagii, quod rex per eos nuper super dominica sua assideri precepit, in comitatu predicto, super prefatos homines de Portesm' nullum tallagium assideri.

[m. 3d.] Rex vicecomiti Notingeh' salutem. Precipimus tibi quod, assumptis tecum xij. probis et legalibus hominibus de comitatu tuo, in propria persona accedas ad terram Roberti de Everingeh' in Northleirtun' et terram Roberti filii Ricardi in Suthleirtun', et per eorum sacramentum fieri facias perambulationem inter terram ipsius Roberti in Northleirtun et terram ipsius Ricardi in Suthleirtun, ita quod perambulatio illa fiat per rectas et certas divisas et metas; quia predictus Robertus et Ricardus posuerunt se coram nobis in perambulatione illa. Et perambulationem illam distincte et aperte factam scire facias justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, per quas divisas et metas perambulatio illa facta fuerit; et habeas ibi nomina illorum xij. et hoc breve. Teste me ipso apud Noting', iiij. die Septembris, anno regni nostri xix.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Dereb' quod fieri faciat perambulationem inter terram Willelmi comitis Derb' in Duffeud' et terram Willelmi de Sandiacr' in Horslegh' et perambulationem illam scire faciat justiciariis ad primam assisam.

Eboracum.—Margeria filia Stephani attornavit Robertum filium Margerie versus Warinum filium Swani, Gilbertum filium Johannis et Evam de Menestorp', tenentes, de tribus bovatis terre cum pertinentiis in Menestorp'.

Hybernia.—Mandatum est [Mauricio] filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod assisam mortis antecessoris quam Willelmus filius Alani et Agnes uxor ejus aramiant versus Henricum de Trublevill', senescallum Wasconie, qui ibidem est in servitio regis, de terra de Balimadun' ponant in respectum usque ad octabas Clausi Pasche, anno regni domini regis xx. Teste rege apud Cestrefeld', ix. die Septembris.

Huntindon'.—Stephanus de Segrave attornavit loco suo Ricardum de Welint' versus regem de placito terre in Acmundebir' et Weston'.

Idem Stephanus attornavit loco suo Galfridum de Pelham versus Willelmum de Eltindon' de placito debiti quod est inter eos ad Scaccarium domini regis coram baronibus de Scaccario, et quod ab eodem Stephano exigitur per summonitionem Scaccarii.

Norhamt'.—Willelmus filius Willelmi attornavit Johannem filium Roberti contra Willelmum filium Galfridi de uno mesagio in Norhamt'.

De prohibitione rivearum et pontibus faciendis.—Rex vicecomiti Norhamt' salutem. Precipimus tibi quod clamari facias et firmiter prohiberi ex parte nostra ut nullus decetero eat ad riveandum in ripariis nostris in baillia tua que in defenso fuerunt tempore Henrici

1235.
[m. 3d.] regis, avi nostri; et scire facias omnibus de comitatu tuo qui ab antiquo et de jure facere debent pontes ad riparias illas quod provideant sibi de pontibus illis faciendis, ita quod prompti sint et parati in adventu nostro quando eis scire faciemus. Teste rege apud Theok'; xxj. die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Surr', Suhamt', Wilt', Dors' et Sumers', Berk', Glouc', Wigorn', Staff', Essex' et Hertf', War' et Leic', Rotel', Cantebr' et Huntind', Noting' et Dereb', Bedef' et Buk', Oxon'.

Wiltes'.—Willelmus de Cherlecot' et Matildis uxor ejus attornaverunt Rogerum Cocum versus Matildem Giffard' et Thomam de la Hyde de eo quod predicti Matildis et Thomas faciant predictis Willelmo et Matildi consuetudines et servicia de tenemento quod de eis tenent in Lydyard'.

Warewic'.—Predicti Willelmus et Matildis attornaverunt Radulfum le Cauf versus Radulfum Basset de consuetudinibus et serviciis que eis facere debet de tenemento quod de eis tenet in Merton'.

Predicti Willelmus et Matildis attornaverunt eundem Radulfum versus Lucam de Columbariis et Amabiliam uxorem ejus, Radulfum filium Johannis et Ysabellam uxorem ejus, Warinum de Brakeham et Agnetem uxorem ejus de consuetudinibus et serviciis que eis facere debent de tenemento suo in Wylmelecton'.

Wigornia.—Walterus Kentwyne attornavit Herebertum de Syda versus Egidium de Berkel' de xj. acris terre cum pertinentiis in Elderfeld'.

Norhamt'.—Saerus de Wahull' attornavit Radulfum de Halecot' contra abbatissam de Godestowe de consuetudinibus et servitiis que exiguntur ab ea de tenemento quod tenet de ea in Pateshull'.

Berk'.—Walterus de Henreth' attornavit Johannem* de Henreth' contra Aliciam filiam Ernaldi in loquela que summonita est coram domino rege de duabus partibus unius virgate terre in Mercham.

Wiltes'.—Matildis Giffard' attornavit Willelmum de Walepol contra Willelmum de Cherlecot' et Matildem uxorem ejus de consuetudinibus et servitiis, que ab ea exiguntur de tenemento in Lidiard'.

Oxonia.—Sibilla filia Osberti attornavit Johannem de Eynesham contra Margeriam que fuit uxor Walteri de Coventr' de j. mesuagio in Bannebir'.

Norht'.—Matillis filia Walerandi filii Willelmi, Alicia, Agnes et Juliana, sorores ejus, attornaverunt Rogerum de Bedeford', virum ipsius Matillidis, et Nicholaum de Norht' versus Henricum le Macun et Emmam uxorem ejus et Sibillam filiam Willelmi, tenentes, de uno mesuagio cum pertinentiis in Brakel'.

* Corrected from 'Robertum.'

1235.

[m. 3d.

Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod districtionem quam facit hominibus de comitatu Suhamt' pro duobus turnis suis faciendis in eodem comitatu, unde ipsi dederunt domino regi intelligi quod in ipso comitatu non debet nec consuevit fieri nisi unus turnus temporibus predecessorum suorum regum Anglie, ponat in respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis coram domino rege apud Westmonasterium ut tunc ibidem discutiatur utrum in eodem comitatu duos turnos vel unum facere debeat. Teste rege apud Wudestok', xxviij. die Septembris.

Rex. De pontibus faciendis.—Mandatum est vicecomiti Dors' et Sumers' quod scire faciat omnibus illis de balliva sua qui ab antiquo et de jure facere debent pontes ripariarum in balliva sua quod, omni occasione et dilatione postpositis, pontes predictos fieri faciant in locis in quibus antiquitus fieri consueverunt; ita quod, cum rex per riparias de balliva sua transitum fecerit, regi et suis per pontes earundem securus transitus pateat. Teste rege apud Walingford', iij. die Octobris.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus: Surr', Glouc', Cant' et Hunt', Suhampton', Essex' et Hertf', Warewic' et Leic', Norhampt', Rotel', Oxon', Noting' et Derb', Wilt', Wygorn', Bedef' et Buk', Staff', Berk'.

Cornubia.—Willelmus de Walebreu attornavit Baldewinum filium Ricardi et Johannem le Brettun' versus Michaelem filium Radulfi filii Nicholai et Katerinam uxorem ejus de custodia hered' Radulfi Tykinbred et de intrusione in terra de Landegeye.

Berk'.—Johannes Swein et Christiana uxor ejus attornaverunt Simonem Merl' versus Aliciam filiam Ernaldi de duabus partibus unius virgate terre cum pertinentiis in Mercham'.

Pro honore de Morteng.—Mandatum est receptoribus regis pecunie scutagii regi concessi in comitatu Oxonie quod, occasione duarum marcarum regi concessarum in regno suo de singulis feodis militum, non distringant feoda honoris de Morteng ad reddendum regi plus quam ad ea pertinet secundum scutagium quod ab eis capi consuevit quando currit per regnum regis. Teste rege apud Rading', iiij. die Octobris.

De Judaismo.—Mandatum est Hugoni de Bathonia et justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod a die Sancti Michaelis in xv. dies venire faciant coram rege apud Westmonasterium Deulegard de Wintonia et Cacam filiam ejus, Judeos de Wintonia, quibus Laurencia, que fuit uxor Rogeri Cok' de Oxonia, tenetur in debitis, ut dicunt, ad ostendendum in quanto eis tenetur debito et ad recipiendum rationabilem finem ad solutionem predicti debiti. Teste ut supra.

1235.
[m. 3*d*.] *Rex. Pro Radulfo filio Nicholai.*—Mandatum est ballivis Walingford' quod demandam quam per summonitionem Scaccarii regis faciunt Radulfo filio Nicholai, senescallo regis, de debitis Willelmi Pipard et Walteri Pipard ratione terre et heredis ipsius Willelmi, in custodia ipsius senescalli existentis, ponant in respectum usque in unum mensem a die Sancti Michaelis anno etc. xix. Miratur etiam rex plurimum et movetur quod ad mandatum vicecomitis Oxonie, cui rex idem mandaverat et qui retornum mandati regis eis inde fecit, dictam demandam in respectum ponere non curarunt. Teste ut supra.

Perambulatio.—Rex vicecomiti Devonie salutem. Precipimus tibi quod, assumptis tecum xij. probis et legalibus hominibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad terram Roberti de Curtenay in Dyvilton' et terram Wermundi de Portu Mortuo in Holecumb' et per eorum sacramentum fieri facias perambulationem inter terram ipsius Roberti in Dyvilton' et terram predicti Wermundi in Holecumb', ita quod perambulatio illa fiat per rectas et certas devisas et metas, quia predicti Robertus et Weremundus posuerunt se coram nobis in perambulationem illam. Et perambulationem illam, distincte et aperte factam, scire facias justiciariis nostris ad primam etc Teste rege apud Rading', v. die Octobris.

Cornubia.—Eodem modo mandatum est vicecomiti Devonie quod fieri faciat perambulationem inter terram Thome filii David' in Trevebon et terram Ricardi de Pudyford in Rusydinac. Et perambulationem etc. scire faciat justiciariis ad primam assisam etc. Teste rege apud Windes', viij. die Octobris.

Pro Alano de Nevill'.—Quia rex per cartam suam concessit Alano de Nevill', vadletto suo, terram que fuit Petri, comitis Brittannie, in Hynton', habendam et tenendam eidem Alano et heredibus suis donec rex vel heredes sui eam reddiderint rectis [heredibus] per voluntatem suam vel per pacem, reddendo inde regi et heredibus suis annuatim ad festum Sancti Michaelis unum par calcarium deauratorum pro omni servitio. Mandatum est Alexandro Bacun quod occasione scutagii quod dominus rex per ipsum colligi precepit super terras predicti comitis predictum Alanum nullatenus distringat ad scutagium regi reddendum nec ipsum inde in aliquo molestet. Teste rege apud Windes', viij. die Octobris.

Norf' et Norht'.—Johannes Marescallus attornavit Gwidonem Pipard et Willelmum de Camera contra A. comitissam Penbr', petentem, de maneriis de Folsham et de Norton' in loquela summonita coram rege.

Eboracum.—Willelmus de Picheford' attornavit loco suo Adam de Picheford' et Henricum de Caueland' versus Johannem de Torinton', petentem, de manerio de Elreton' cum pertinentiis

1235.
[m. 2*d*.] Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Surr' quod omnia placita que summonita sunt coram eis in itinere suo contra Johannem de G[a]tesden', exceptis placitis assise nove disseisine, ponant in respectum usque in xv. dies post Pascham anno etc. xx. eo quod idem Johannes profectus est in nuntium regis ad partes transmarinas per preceptum regis. Teste et supra.

Petronilla uxor Nicolai filii Godardi et Gunnilda soror ejus attornaverunt ipsum Nicolaum in placito quod est in comitatu Essex' inter ipsos Nicolaum, Petronillam et Gunnildam, petentes, et Andream Payn et Adam filium Syghrith', tenentes, de tertia parte quindecim acrarum terre cum pertinentiis in Bures. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Octobris.

Rotel'.—Amya uxor Simonis de Seint Liz attornavit loco suo Galfridum de Berling' versus episcopum Lincolniensem in loquela que est coram rege, scilicet quo jure communam exigit in bosco de Sheyton'.

Suff'.—Abbas Sancti Edmundi attornavit Robertum de Birewell' et Henricum de Neketon' in loquela que est coram rege inter Petronillam que fuit uxor Thome de Blakeham, querentem, et Thomam [de] Wepsted de custodia terre que fuit predicti Thome, et unde idem Thomas vocavit ad warrantum predictum abbatem.

Devonia. Perambulatio.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod in forma suprascripta fieri faciat perambulationem inter terram Galfridi de la Pomereye in Upoteri et terram Andree Teny in Ovington'(?). Et perambulationem scire faciat justiciariis regis ad primam assisam etc. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Octobris.

Linc'.—Hugo Dispensator attornavit Robertum de Bretevill' in loquela que est inter abbatem de Burgo et predictum Hugonem de divisis faciendis inter terram ipsius abbatis in Walecot' et terram ipsius Hugonis in Alkebarwe. Teste rege ut supra.

Hertford'.—Baldewinus de Veer' attornavit Alanum de Elsefeld' versus Willelmum de Bikkeworth', deforciantem, de consuetudinibus et servitiis de tenemento in Keminton'.

Norf'.—Walterus* de Evermuwe attornavit Simonem de Torinton' versus Robertum Clericum, petentem, de xxiiij. acris terre cum pertinentiis in Runham.

Foresta. Pro Elya Fabro.—Mandatum est Thome de Stratton' quod Elyam Fabrum, qui inventus fuit in foresta regis Norhumbrie in mense vetito contra consuetudinem ejusdem foreste et ea occasione captus et detentus est in prisona regis Novi Castri super Tynam et non pro alio forisfacto venationis regis, ut dicitur, tradi faciat xij. legalibus

* Corrected from Willelmus.

1235.

[m. 2*d*.] hominibus in ballio ad standum recto coram justiciariis regis proximo itineraturis ad placita foreste. Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod ad mandatum ejusdem Thome eundem Elyam de prisona regis deliberet. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Octobris.

Et mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod ad mandatum ipsius Thome predictum Elyam tradi faciat in ballium etc. Teste ut supra.

[m. 1*d*.] *Pro tenentibus de honore de Morteng'*.—Mandatum est receptoribus auxilii regis in comitatu Sussex' quod occasione duarum marcarum regi concessarum de scuto in regno suo non exigant de tenentibus parva feoda de Morteng' plus quam ad ea pertinent et que due marce capiuntur de aliis feodis militum. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Octobris.

Eodem modo scribitur receptoribus auxilii regis in comitatu Norhampt'. Teste rege ut supra.

Staff'.—Egidius de Erdinton' attornavit Willelmum de Erdinton' et Willelmum Fader versus Aliciam de Harecurt de divisis faciendis inter terram ipsius Egidii in Rontun' et terram predicte Alicie in Sestefford.

Essex'.—Cristiana de Wodeham attornavit Amiciam filiam suam versus Willelmum de Bello Campo, tenentem, de tribus acris terre, uno mesuagio, tribus acris bosci et quinque acris prati cum pertinentiis in Becham'.

Henricus Maior, Oliva uxor ejus, Nicholaus Komminge et Avicia uxor, Willelmus Pigun et Estrilda uxor ejus attornaverunt Olivam uxorem Henrici May versus priorem de Colum, tenentem, de xiiij. acris terre cum pertinentiis in Rothing'.

Johannes filius Roberti attornavit Rogerum filium suum versus Thomam le Carpenter et Godam uxorem ejus, tenentes, de decem et octo acris terre cum pertinentiis in Alfameston'.

Leic'.—Prior hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia attornavit Walterum Cocum versus priorem de Haverholm', tenentem, de una carucata terre cum pertinentiis in Stakethern'.

Rex vicecomiti Oxonie salutem. Quia Gunilda filia Willelmi clerici et Editha soror ejus fecerunt nos securos de clamea sua prosequenda quia pauperes sunt per fidem suam, summoneas per bonam summonitionem R. episcopum Lincolniensem quod sit [coram] nobis in octabis sancti Hillarii ubicumque tunc fuerimus ad respondendum nobis quare ad mandatum nostrum nobis non respondit ad breve nostrum quod ei misimus et per quod ei mandavimus semel et secundo quod no[bis sig]ni ficaret per litteras suas patentes utrum Willelmus le Brun, cui objectum fuit nuper in curia nostra quod natus fuit ante matrimonium contractum inter Nicholaum patrem ipsius Willelmi et matrem [suam], fuit natus ante predictum matrimonium vel post; cujus brevis forma provisa fuit et concessa in curia

1235.
[m. 1*d*.] nostra coram nobis et majore et digniore parte magnatum Anglie, videlicet, domino Edmundo archiepiscopo, episcopis, comitibus, baronibus et militibus tunc ibi presentibus et simul concedentibus una cum predicta forma quod inquisitio in predicto casu facienda extunc in antea fieret in [curia] Christianitatis ad mandatum nostrum. Et unde in curia nostra conquerentibus justiciam exhibere non possumus prout deberemus pro defectu responsionis ipsius episcopi. Et tunc . . . . . . Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Octobris.

Suff'.—Abbas Sancti Edmundi attornavit Thomam de Wepsted' et Henricum de Neketon' versus Ricardum de Clar' in loquela que est coram rege de mercato levato in Meleford'.

. . . . .—Walterus le Vilur attornavit Osbertum de Tonworden' versus priorem de Ledes, tenentem, de quarta parte unius jugi terre cum pertinentiis in Compden'.

20 HENRY III.

1235.

[m. 24.] *Pro Ricardo Luvel.*—Rex concessit per cartam suam Ricardo Luvel quod ipse et heredes sui habeant in perpetuum unum mercatum singulis septimanis per diem Lune apud manerium suum de Wyncauton', nisi mercatum illud sit ad nocumentum vicinorum mercatorum, sicut plenius continetur in carta regis quam eidem Ricardo inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod cartam ipsam in pleno comitatu suo legi et mercatum illud clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Wudestok', ij. die Novembris, anno regni sui vicesimo.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wichewod' faciat habere Ricardo de Harecurt decem damas vivas ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod loquelam que est coram eis per breve regis inter Willelmum de Simpling' et Isaac [et] Deulecresse filium Dyaye, Judeos Norwicenses, de debito quod ipsi Isaac et Deulecresse exigunt a predicto Willelmo, ponat in respectum usque in octabas Sancti Hillarii anno etc. xx. Teste rege ut supra.

De vinis arestandis.—Mandatum est ballivis Suht' quod, cum navis aliqua venerit in portum suum vinis carcata, vina illa arestari faciant, ita quod nichil inde amoveatur, donec Johannes de Colemere, clericus regis, illuc venerit ad capiendum quod regi necesse fuerit de vinis predictis. Teste ut supra.

De maeremio ad operationem in castro Wintonie.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod faciat habere constabulario castri Wintonie in foresta regis de Finkel' et Derhel' xvj. copulas ad dispensam regis in predicto castro faciendam et totidem copulas ad salsariam regis ibidem. Teste rege ut supra.

Rex de decimis fenorum et molendinorum.—Rex Johanni Extraneo, constabulario de Muntgumery, salutem. Sciatis quod in presentia venerabilium patrum Cantuarensis archiepiscopi et choepiscoporum suorum concessimus quod in omnibus dominicis nostris per totum regnum nostrum de cetero dentur decime fenorum et molendinorum. Et ideo vobis mandamus quod de fenis et molendinis nostris in honore de Muntgumery ecclesie de Mungumery decimas predictas de cetero reddi faciatis. Teste rege apud Wudest', iij. die Novembris.

1235.
[m. 24.] *Pro Johanne de Kirkeby.*—Mandatum est Alexandro Bacun, custodi honoris Richemund', quod habere faciat Johanni de Kirkeby talem seisinam de omnibus terris que fuerunt Thome de Burgo qualem P. comes Britannie inde habuit tempore quo habuit seisinam terrarum suarum in Anglie. Teste ut supra.

Pro Alano le Pestur.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod secundum tenorem extente facte per preceptum regis de terra Alani le Pestur in Broc et quam extentam rex eis mittit sub sigillo suo eidem Alano rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ad debita, in quibus tenetur Deulecresse et Salomoni, Judeis Stamford', reddenda. Teste et supra.

Pro Gwidone filio Roberti.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod non ponat Gwidonem filium Roberti in assisis, juratis vel recognitionibus quam diu fuerit in servitio regis per preceptum regis ad colligendum auxilium regi generaliter concessum, scilicet de scuto duas marcas. Teste rege apud Wudest', iiij. die Novembris.

Rex. Pro abbate de Bello Loco, de assignatione unius carucate terre.—Rex dilecto et fideli suo Johanni de Nevill', justiciario foreste Anglie, salutem. Sciatis quod dedimus abbati et monachis de Bello Loco unam carucatam terre in balli[v]a Ricardi Foillet infra Novam Forestam nostram, quam extendi fecimus ad minus nocumentum ejusdem foreste, et que continet centum acras ad perticam nostram per metas et bundas subscriptas, videlicet:—de aqua que vocatur Hotere per la Herdeslad' usque ad viam regiam extra boscum que ducit ad Hukeresbir' et sic per illam viam de longo in longum usque ad caput de Hoterwod' versus orientem, et sic de Hoterwod' a la Dureshal' et sic ad clausum ipsorum monachorum. Et ideo vobis mandamus quod de predicta carucata terre per metas et bundas predictas, una cum cooperto dimidie acre que est infra predictas metas quod eis dedimus ad faciendum inde quod voluerint, plenam eisdem monachis seisinam habere faciatis. Teste rege apud Wudestok', v. die.

Pro abbate de Rading'.—Mandatum est majori et ballivis Oxonie quod de mesuagio illo in villa Oxonie quod Petrus filius Hereberti dedit abbati de Rading', ut dicitur, et quod ceperunt in manum regis pro defectu muragii ad mesuagium illud pertinentis, eidem abbati plenam seisinam habere faciant, accepta ab eo prius bona securitate quod de predicto muragio regi satisfaciet tam de tempore preterito quam de futuro. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste Anglie, quod in foresta regis de Shotour' faciat habere Alicie uxori Godefridi de Craucumb' sex robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

1235.
[m. 24.] *Pro Hugone de Seleby, majore Eboraci.*—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod si Hugo de Seleby, major regis Eboraci, bonam et sufficientem ei invenerit securitatem quod si mercatores de potestate regis Francie, quorum catalla venduntur pro quater viginti et quatuordecim libris et una marca, processu temporis venerint ad petendum a rege pecuniam illam, ipse pro rege de pecunia illa respondebit predictis mercatoribus, si necesse fuerit, et si plus receperit, inde similiter respondebit, ita quod regem servabit indempnem in hac parte, tunc predictas quater viginti et quatuordecim libras et unam marcam predicto majori in forma predicta liberari faciat, et postea regi scire faciat securitatem, quam ab ipso majore receperit quod indempnitati regis prospiciet, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro Johanne Blancbuylly.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod si Johannes Blancbuylli invenerit ei bonam et sufficientem securitatem quod infra festum Sancti Hillarii anno etc. xx. satisfaciet mercatoribus quos per mare depredatus est, ut dicitur, de vinis et aliis catallis ipsorum mercatorum que idem Johannes habuit, tunc terram et catalla sua in balliva sua, que ea occasione cepit in manum regis, ei per predictam securitatem interim dimittat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Cornubie.

Pro Beatricia de Gattun'.—Rex justiciariis suis itinerantibus in comitatu Sussex' salutem. Monstravit nobis Beatricia de Gattun' quod cum Hamo de Gatton', quondam vir suus, eam desponsavit, idem Hamo eam dotavit ad hostium ecclesie de manerio de Triwele cum pertinentiis sub tali conditione quod, si non sufficeret ad rationabilem dotem suam, recuperaret post mortem ipsius Hamonis de aliis terris suis quantum ei deesset ad dotem rationabilem perficiendam, si vero manerium illud excederet dotem rationabilem, amensuraretur et superplusagium redderetur heredibus ipsius Hamonis; et si manerium illud sufficeret ad rationabilem dotem, tunc remaneret contenta manerio illo. Et ideo vobis mandamus quod si predicta Beatricia sectam habuit et probationem coram vobis, quod modo predicto dotata fuerit, tunc detis in mandatis dilecto et fideli nostro Ade filio Willelmi, et ex parte nostra, quod dotem suam et in formam predictam ei habere faciat. Precepimus etiam eidem Ade quod in forma predicta dotem suam ad mandatum vestrum ei habere faciat. Teste rege ut supra.

Et mandatum est predicto Ade quod in forma suprascripta ad mandatum predictorum justiciariorum dotem suam ei habere faciat. Teste ut supra.

Pro Milone de Rocheford'.—Rex dilecto et fideli suo Mauricio filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Mandamus vobis quod si Milo de Rocheford', qui captus fuit in Hybernia in guerra quam nobis movit R. Marescallus, quondam comes Penbr', satisfecerit vobis ad opus nostrum de redemptione sua, per quam finem fecit

1235.
[m 24.] nobiscum, tunc sine dilatione obsides suos quos pro redemptione predicta liberavit et quos Ricardus de Burgo adhuc injuste detinet, ut dicitur, eidem Miloni restitui faciatis. Quia si ad ipsum Ricardum de redemptione predicta aliquid pertineat eo quod ipsum Milonem cepit, per manum nostram ei debet liberari. Teste rege apud Bannebir', vij. die Novembris.

De vinis arestandis ad opus regis.—Mandatum est ballivis de Sandwico quod non permittant quod aliqua vina que venerunt ad presens in portum suum vel que decetero ventura sunt illuc, recedant a portu suo, vel quod aliquid inde amoveatur, antequam ballivi regis illuc veniant et ceperint de vinis illis ad opus regis quantum rex necesse habuerit. Teste rege apud Davyntre, viij. die Novembris.

Eodem modo mandatum est ballivis Dover', Hethe', Rumenal, Wincheles'.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in haya regis Hereford' faciat habere Johanni de Turbervill' octo quercus ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem Johanni quod in foresta de Chipeham faciat habere Gilberto Basset decem quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Philippi (sic) *de tallagio.*—Rex vicecomiti Wilt' salutem. Scias quod talliari fecimus dominica nostra per Angliam. Et ideo tibi precipimus quod habere facias dilecto et fideli nostro Johanni filio Galfridi rationabile tallagium de manerio de Wintereslawe, quod de nobis tenet ad feodi firmam. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Buk' pro eodem Johanne de manerio de Eylesbir' talliando. Teste ut.

Pro eodem.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod omnia catalla, que fuerunt Thome del Estre in balliva sua, capiat in manum regis et salvo custodiat, donec satisfactum fuerit Johanni filio Galfridi de debitis que idem Thomas ei debuit de tempore quo fuit ballivus suus in comitatu Ebor'. Teste ut supra.

Pro Benvenue, que fuit uxor Roberti de la Bruer'.—Rex concessit Benvenue, que fuit uxor Roberti de la Bruer', quod teneat quam diu regi placuerit totam terram quam predictus Robertus tenuit in Wymynton de terra Normannorum ad sui et parvulorum suorum sustentationem. Et mandatum est vicecomiti Bedeford' quod de predicta terre plenam seisinam prefate Benvenue habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Norht', ix. die Novembris.

De feria Norht' tenenda decetero in vacua et vasta placia.—Rex ballivis suis Norhampt'. Sciatis quod nolumus quod decetero teneatur mercatum vel feria in cymiterio vel ecclesia Omnium Sanctorum, salva tamen instanti feria in loco predicto. Statuimus autem et precipimus quod mercatum et feria ville nostre

1235.
[m.24] Norhampt' decetero teneantur in vacua et vasta placia ejusdem ville ex parte boreali prefate ecclesie. Et ideo vobis precipimus quod in instantibus vestris nundinis hoc clamari et decetero firmiter faciatis observari, non permittentes quod aliquis mercator post has nundinas in dictis ecclesia et cimiterio mercandizet. Teste rege apud Norht', ix. die Novembris.

Pro Mauricio Cumyn.—Rex replegiari fecit Mauricium Cumyn, quem capi fecit et in prisona regis detineri pro morte Henrici Clement. Et mandatum est Mauricio filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod eidem Mauricio talem seisinam habere faciat de terris et tenementis suis in Hybernia, qualem inde habuit die quo rex eum capi fecit occasione predicta. Et si quid de catallis suis distractum fuerit post captionem suam, ei sine dilatione et difficultate reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Bello Campo.—Rex concessit Ricardo de Bello Campo, servienti regis, annum et diem qui ad regem pertinent et de terris et catallis que fuerunt Willelmi de Walingford', qui regnum regis abjuravit pro morte hominis. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod de terris et catallis que fuerunt ipsius Willelmi in balliva sua plenam seisinam eidem Ricardo sine dilatione habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Thome de Muleton' quod in foresta regis Carleol' faciat habere fratribus minoribus Carleol' viginti fusta ad reparationem domorum suarum, de dono regis. Teste rege apud Clyve, xij. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta regis de Braden' faciat habere Hugoni Paynel' duas damas de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex didicit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Willelmus filius Galfridi, Radulfus filius Roberti, Simon filius Radulfi et Robertus de Legh', capti et detenti in prisona regis de Pilton' pro morte Everardi filii Galfridi, unde Sussanna, que fuit uxor ipsius Everardi, eos appellat, appellati sunt de morte illa odio et atia et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est vicecomiti Rotel' quod si quilibet predictorum invenerit xij. probos et legales homines etc. tunc eos tradat in ballium, etc. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonat hominibus de Rokingeham tallagium quod barones de Scaccario ab eis exigunt per summonitionem Scaccarii de itinere Pictaviensi, quia rex didicit quod Ricardus, comes Pictavie et Cornubie, tallagium predictum cepit ab eisdem cum custodia manerii predicti primo perveniret ad manum ipsius comitis. Et mandatum est predictis baronibus quod eos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

1235.

[m. 24.] *De coronatore eligendo.*—Mandatum est vicecomiti Linc' quod in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus predicti eligi faciat de fidelioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus loco Hugonis de Haringt', qui languidus est, ut dicitur, quondam coronatoris regis ejusdem comitatus, unum coronatorem qui prestito sacramento, sicut fieri debet et solet, extunc faciat et conservet ea que ad coronam regis pertinent in eodem comitatu, et talem eum ad hoc eligi faciat qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen ejus regi scire faciat. Teste rege apud Burgum Sancti Petri. xiij. die Novembris.

Pro Hugone Wak' et uxore ejus.—Margareta filia et una heredum Nicholai de Stutevill', cujus custodia et maritagium rex concessit Willelmo de Mastac, mortua est. Et ideo mandatum est vicecomiti Ebor' quod Hugoni Wak' et Johanne uxori ejus, filie et alteri heredum predicti Nicholai, de tota terra, que fuit in manu predicti Willelmi de Mastac occasione predicte concessionis regis sine dilatione plenam seisinam habere faciat, salvis eidem Willelmo catallis suis que habet in eadem terra. Teste rege ut supra.

De quercubus datis abbati de Thorn'.—Mandatum est J. de Nevill' quod sparsim et per loca diversa ubi ad minus nocumentum foreste Norhampt' et ubi commodius ad opus abbatis de Tornay fieri poterit, faciat eidem habere xiij. quercus in eadem foresta ad reparationem domorum suarum de Tuywell', que combuste fuerunt, de dono regis. Teste rege ut supra.

[m. 23.] *Pro comite Albemarl'.*—Rex vicecomiti Kancie. Quia rex dominica sua per Angliam talliari fecit, concessit Willelmo, comiti Albemarl', rationabile auxilium de hominibus suis de Derteford'. Et mandatum est eidem vicecomiti quod predicto comiti rationabile auxilium de hominibus suis predictis de Derteford' faciat habere. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est J. de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Wichewod' faciat habere W. comiti de Ferariis, decem damas et tres damos de dono regis ad quendam parcum suum instaurandum. Teste rege apud Sautr', xiiij. die Novembris.

De tallagio concesso.—Quia rex dominica sua per terram Anglie facit talliari, mandatum est vicecomiti Warewic' quod Willelmo de Boterell' de hominibus manerii sui de Alencestr', quod aliquando fuit dominicum predecessorum regis, regum Anglie, rationabile tallagium habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis J. comiti Cestr'.—Mandatum est J. de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta regis de Rokyngham faciat habere J. comiti Cestr' et Hunt' decem damas et tres damos vivos ad parcum suum de Fodringheye instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Buggeden', xv. die Novembris.

1235.
[m. 23.] *Pro hominibus de Radeclive.*—Rex R. de Lexinton' et sociis suis salutem. Quia burgenses nostros de Bristoll', cum nuper essemus in partibus illis, talliari fecimus usque ad trecentas marcas et homines de Radeclive fuerunt infra tallagium predictum, vobis mandamus quod occasione mandati nostri quod vobis fecimus de civitatibus et burgensibus nostris talliandis, nullum tallagium ad presens super homines de Radeolive assideatis. Teste ut supra.

R. Pro Johanne de Nevill', de domibus regis de Geytint' et de Clyve.—Rex commisit Johanni de Nevill' domos suas de Geytinton' et de Clyve cum omnibus ad custodiam earundem pertinentibus custodiendas quam diu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod de domibus predictis cum omnibus ad custodiam predictam pertinentibus eidem Johanni plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro priore de Bermundes'.—Rex ad petitionem fratris Laudric', prioris de Karitate, et ejusdem loci conventus, Petrum, priorem de Bermundes', quem predicti prior et conventus de partibus transmarinis ad regem in Anglia destinarunt, tamquam priorem admisit. Et mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi, excaetoribus regis, quod de prioratu Bermundes', quem occasione mortis fratris Hugonis, quondam prioris ejusdem domus, ceperunt in manum regis, et de omnibus terris et possessionibus ad eundem prioratum pertinentibus que sunt in custodia sua, eidem priori sine dilatione plenam seisinam habere faciant et ballivos suos visis litteris istis inde amoveant. Teste rege apud Sanctum Neothum, xvi. die Novembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in La Ferme extra parcum nostrum de Brikestok' faciat habere Baldewino de Ver quindecim quercus ad se hospitandum apud Trapestun', de dono regis. Teste rege ut supra.

Rex de tallagio concesso.—Rex probis hominibus de Mere salutem. Quia talliari fecimus dominica nostra per totam Angliam, concessimus dilecto et fideli nostro Luce de Drumar' quod super vos tallagium rationabile possit assidere. Et ideo vobis precipimus quod id ab eo fieri permittatis. Teste rege ut supra.

Pro Adam de Eynesbir'.—Rex vicecomiti Huntind' salutem. Quia protestatum fuit coram nobis quod Adam de Enebir', qui se ipsum vulneravit ad mortem, fecit testamentum suum de bonis suis antequam moreretur, tibi precipimus quod omnia catalla que fuerunt ipsius Ade et sunt in manu tua facias habere executoribus testamenti sui ad executionem suam faciendam. Teste ut supra.

De venatione regis.—Rex ballivo suo de Clar' salutem. Mittimus usque Clar' Rogerum de Stopham, venatorem nostrum, ad decem damas capiendas in parco de Clar' contra adventum regis ibidem, mandantes quod ipsum ad hoc recipias. Teste rege apud Dytton', xvij. die Novembris.

1235.
[m. 23.]

Pro executione testamenti Ade Stalin.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Quia protestatum est coram nobis quod Adam Stalin, qui se ipsum vulneravit ad mortem, condidit testamentum suum de catallis suis antequam moreretur, concessimus quod catalla sua predicta relinquantur ad executionem testamenti sui inde faciendam. Perdonavimus etiam Johanni, persone de Eysnesbir', in cujus manu fuerunt predicta catalla predicti Ade, viginti solidos ad quos amerciatus fuit coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu Huntend' pro detentione eorundem. Et ideo vobis mandamus quod predictum Johannem tam de catallis illis quam de predictis viginti solidis quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Johanne, persona de Eynesbir'.—Et mandatum est vicecomiti Hunt' quod predicto Johanni, persone de Eynesbir', de predictis viginti solidis pacem habere permittat. Teste rege apud Ditton'.

Pro Gerardo de Furnivall'.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod de terra Gerardi de Furnivall' quam cepit in manum regis per preceptum regis, quod turniavit apud Cantebrig' contra prohibitionem regis, eidem Gerardo plenam seisinam habere faciat, quia domino regi satisfecit super transgressionem predictam. Teste rege ut supra.

Pro Thoma valetto magistri Gentilis.—Mandatum est vicecomiti Cantebrig' quod Willelmum Cocum, Henricum Muschet et Radulfum Segwin, qui interfuerunt roberie et wulnerationi faciende contra pacem regis Thome de Sprottun', valetto magistri Gentilis, et runcino suo abducendo in janua de Burnewell', visis litteris istis capiat et in prisona regis salvo custodiat donec a rege aliud habuerit mandatum. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Linc' de Roberto de Heyles, consanguineo magistri R. de Heyles, archidiaconi Linc'; vicecomiti Suff', de Ricardo Yggewurth'; vicecomiti Herf', de Eudone de Henl'.

Pro Johanne de Burgo.—Quia Johannes de Burgo satisfecit domino regi de transgressione quam fecit torniando nuper apud Cantebrigiam sine licentia regis, mandatum est vic' Essex' et Hertford' quod de terris suis in balliva sua que occasione illa capte sunt in manum regis ei sine dilatione plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xxj. die Novembris.

Pro Huberto Hussato.—Rex concessit Huberto Hues' quod mercatum quod consuevit aliquando teneri apud manerium de Northbrug', manerio illo existente in manu Fulconis filii Warini, et quod postea decidit, iterum relevetur et teneatur singulis septimanis per diem Martis, sicut prius tenebatur, nisi mercatum illud sit ad nocumentum vicinorum mercatorum. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod predictum mercatum per totam ballivam suam clamari et teneri faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Clar', xxij. die Novembris.

1235.
[m. 23.] *Pro Hugone Thalemach'.*—Rex per cartam suam concessit Hugoni Talemasch' quod terram suam in Benetleg', de qua rex exigebat ab eo servitium j. militis, decetero teneant ipse et heredes sui per servitium feodi dimidii militis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod hoc ita fieri et inrotulari, et de arreragiis, que ab eodem Hugone exigunt per summonitionem Scaccarii occasione predicta ipsum Hugonem quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Gerardo Selveyn.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod quamdiu Gerardus Selveyn fuerit unus coronatorum regis comitatus sui ipsum non ponat in juratis, assisis vel recognitionibus. Teste rege apud Coln', xxiij. die Novembris.

Pro Gerardo de Wildebof.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod loquelam que est coram eis inter Gerardum de Wildebof, qui languidus est, ut dicitur, et Benedictum filium Samuelis, Judeum Bedeford', de debito quod idem Judeus exigit ab eo, ponant in respectum usque in xv. dies a die Sancti Hillarii anno etc. xx. Teste ut apud Reyn' xxiij. die Novembris.

Pro priore de Suwyc'.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod demandam quam facit priori de Suwic' de pannagio occasione agistamenti foreste regis de la Bere, quod quidem pannagium idem prior et predecessores sui nunquam dare consueverunt, ut dicitur, ponat in respectum quousque rex aliud inde preceperit, et averia sua, que ea occasione cepit, ei interim reddi faciat. Teste rege ut supra apud Wyham, xxv. die Novembris.

Pro vicario de Wyham.—Mandatum est Johanni de Colemere quod faciat habere vicario de Wyham unum dolium vini de empto, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in balliva sua extra parcum regis de Havering' faciat habere vicario de Wyham, ubi commodius ad opus suum fieri poterit, quinque robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est J. de Nevill', justiciario foreste, quod habere faciat Gerardo de Furnivall' duas damas in forinseco bosco de Geytinton', de dono regis. Teste rege apud Wyham, xxvj. die Novembris.

Mandatum est eidem quod faciat habere Johanni de Burgo duas damas in forinseco bosco de Clyve, de dono regis. Teste ut supra.

Pro domibus monialium in comitatu Linc'.—Mandatum est Willelmo Britoni et Rogero de Essex' quod occasione mandati regis quod penes eos habent de petendo auxilio ad opus regis a viris religiosis in comitatu Linc' de domibus religiosis subscriptis, nullum petant auxilium, videlicet:—de domo Sancti Michaelis extra Stanford', de domo de Lekeburne, de domo de Grenefeud, de domo de Cotun, de domo Sancti Leonardi extra Grimesby. Dominus autem rex vult domos predictas de predicto auxilio esse quietas. Teste rege apud Writel', xxvij. die Novembris.

1235.
[m. 23.] *Pro domo de Bickenacr'.*—Eodem modo mandatum est Ricardo de Muntfichet et Petro de Tany pro domo de Byckenacr' in comitatu Essex'. Teste ut supra.

Pro abbate de Bello Loco.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod sine impedimento permittant abbatem de Bello Loco habere amerciamenta hominum suorum de ultimo itinere justiciariorum regis in comitatu Berk', sicut ea habere consuevit per cartam domini J. regis, patris hujus regis, quam inde habet. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Say.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de terra Willelmi de Say quam cepit in manum regis per preceptum regis, eo quod datum fuit regi intelligi ipsum turniasse apud Cantebrigiam, plenam seisinam ei habere faciat, quia constat regi ipsum fuisse tempore predicti turnementi coram justiciariis regis itinerantibus in comitatu Sussex'. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Essex' pro eodem Willelmo.

Pro abbate de Bello Loco.—Quia rex tailliari fecit dominica sua per Angliam, mandatum est vicecomiti Berk' quod habere faciat abbati Belli Loci rationabile tallagium de hominibus manerii suis de Farend', quod fuit dominicum J. regis et quod idem abbas habet de dono suo. Teste ut supra.

Pro domo de Berden'.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet et Petro de Tany quod, occasione mandati regis quod penes se habent de petendo auxilio ad opus regis in comitatu Essex', nullum auxilium petant de domo de Berden', quia rex vult ipsam inde esse quietam. Teste rege ut supra.

Pro Johanne de Nevill'.—Mandatum est R. de Lexint' et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Sumers', quod loquelam que est coram eis inter Adam filium Willelmi la Bule, petentem, et Johannem de Nevill', justiciarium foreste regis, tenentem, de tenemento in Stokescurcy, et loquelam que est coram eis inter Willelmum Cute et Ascelinam, uxorem ejus, querentes, et predictum J. deforciantem, de dote ipsius Asceline in eadem villa, et loquelam que est coram eis inter Reginaldum de Moyun petentem et Matheum de Furnell', deforciantem, de servitio feodi unius militis, unde idem Matheus vocat ad warantum predictum Johannem, ponant in respectum usque in octabas Sancti Hillarii, anno etc. xx. in itinere suo. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Novembris.

De tradendo in ballium.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod Ricardum filium Elye de Westcot' appellatum de morte Matillidis, matris Margerie, que ipsum Ricardum appellat de morte illa, tradat in ballium xij. probis et legalibus hominibus qui manucapient eum habere quando et ubi rex preceperit ad standum inde recto. Teste ut supra.

1235.

[m. 23.] *Pro Ricardo de Ikewurth'.*—Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Scias quod Ricardus de Ikewurth' de licentia nostra satisfecit Thome de Sprotton' super vulneratione et roberia quam ei fecit contra pacem nostram, ob quam causam ipsum Ricardum a te capi et in prisona nostra salvo custodiri precepimus. Et ideo tibi precipimus quod, non obstante alio precepto nostro tibi inde facto, eidem Ricardo pacem inde habere permittas. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Decembris.

Pro Johanne comite Cestr' et Hunt'.—Rex concessit Johanni comiti Cestr' et Hunt' quod ad presens habeat custodiam et maritagium filii et heredis Willelmi de Hocton', quondam viri Isabelle de Hocton', qui de ipso comite tenuit, salvo jure regis. Et mandatum est Isabelle predicte quod predictum filium et heredem predicto comiti habere faciat. Teste ut supra.

Rex. Pro comite Ricardo.—Mandatum est constabulario de Windesor' quod in foresta regis de Odyham habere faciat Ricardo, comiti Pictavie et Cornubie, quinque bissas, de dono regis. Teste ut supra.

Rex. De haya de Beskwod' agistanda.—Mandatum est Henrico de Lamel' quod hayam de Beskwod' que est in custodia sua cum qua poterit festinatione faciat agistari. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Decembris.

[m. 22.] *Pro Johanne Camerario de London'.*—Rex concessit Johanni Camerario de London' quod de triginta libris quas debet Joceo de Milcstrate, Mosse de Milcstrate et Vives filio suo, Elye filio Benedicti et Aaron Blundo, Judeis London', reddat eis singulis annis unam marcam, donec predicte triginta libre eis persolvantur. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ita fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro W. Karliolensi episcopo.—Mandatum est Henrico de Lamel' quod permittat W. Karliolensem episcopum habere ducentos porcos in haya regis de Bekiswod' ad pessonam, non obstante eo quod rex hayam precepit porcis agistare. Teste ut supra.

Pro Johanne de Erlham'.—Rex perdonavit Johanni de Erlham tres marcas quas barones de Scaccario ab eo exigunt per summonitionem Scaccarii regis de debito Hugonis de Auvill' avunculi sui. Et mandatum est baronibus predictis quod predictum Johannem de predictis tribus marcis quietum esse faciant. Teste rege ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in foresta regis de Havering', extra parcum regis, faciat habere Willelmo de Raleg' duas damas, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Johanni de Tywe quinquaginta solidos qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de prestito ei facto apud Castrum Matillidis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis l. solidis ipsum Johannem quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Decembris.

1235.
[m. 22.] *Rex. Judeorum pena. Pro Willelmo de Pyrho et aliis.*—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus quod, cum contigerit decetero heredem alicujus teneri Judeis in debito aliquo pro antecessore suo, cujus heres ipse sit, et fuerit infra etatem, nulle currant usure in debito predicto quamdiu fuerit infra etatem et in custodia alicujus, set omnino cessent usque ad legitimam etatem heredis predicti. Et ideo vobis mandamus quod id decetero firmiter teneri et sic fieri faciatis. Et quia istud generaliter concessimus, volumus quod in debito quod Willelmus de Pyrho, qui est infra etatem et in custodia prioris de Theford', debet Isaac de Norwico, Judeo, pro debito Willelmi de Pyrho avi sui, non currant usure a tempore quo Willelmus de Pyrho, pater predicti Willelmi, fuit infra etatem et in custodia, nec etiam antequam idem Willelmus, qui adhuc superstes est et in custodia prioris predicti, ad legitimam etatem pervenerit. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, vi. die Decembris.

De extenta Judeorum.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Willelmi le Joynnur in Lond' que est vadium Leonis Blundi et Elye Blundi, Judeorum Lond', sine dilatione extendi faciant, et postquam eam extendi fecerint secundum valorem ipsius terre et quantitatem debiti quod ipsis Judeis ab ipso Willelmo debetur ipsi Willelmo rationabiles terminos de predicto debito ipsi Leoni et Elye solvendo habere faciant; ita quod decetero omnino cessent usure. Teste ut supra.

De vinis arestandis ad opus regis.—Mandatum est constabulario de Carebroc' quod duas navatas vini, si forte venerint in ballivam suam, sine dilacione faciat arestari et ad opus regis salvo custodiri, nisi major et ballivi regis Suhampt' ei significent quod vina sufficienter habeant ad opus regis contra instans Natale Domini, anno etc. xx. Teste ut supra.

Quia rex talliari fecit dominica sua per terram Anglie, mandatum est vicecomiti Oxon' quod habere faciat Engelardo de Cygoin' rationabile tallagium de manerio de Bensinton' cum pertinentiis, quod est dominicum regis et est in manu sua de ballio regis. Teste ut supra.

De provisionibus contra Natale.—Mandatum est vicecomiti Surr' et Sussex' quod emi faciat in balliva sua quingentas gallinas ad opus regis contra instans Natale Domini, anno etc. xx. et eas usque Wintoniam cariari faciat, liberandas ibidem dilecto et fideli nostro Ricardo filio Hugonis in vigilia festi predicti, qui de pretio earundem, quod nobis significaveris, ex parte nostra tibi satisfieri faciet. Teste rege apud Guldeford', ix. die Decembris.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Wilt', Suht', Berk' de quingentis in singulis comitatibus. Teste ut supra.

1235.
[m. 22.]

Pro R. comite Pictavie et Cornubie, de tallagio.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Quia commuuniter per regnum nostrum Anglie taliari fecimus civitates et burgos et dominica nostra, tibi precipimus quod dilecto fratri et fideli nostro R. comiti Pictavie et Cornubie, rationabile tallagium habere facias de maneriis de Gnareburg' et de Ponte Burgi, que predictus comes, frater noster, habet de dono nostro. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Berk' de manerio de Walingford'. Teste ut supra.

Vicecomiti Hertf' de manerio de Berchamested'. Teste ut supra.

Eodem modem mandatum et vicecomiti Oxon' de manerio de Merlawe, quod est in manu sua. Teste ut supra. In comitatu Sumers' de manerio de Ivelcestr'. In comitatu Wilt' de manerio de Wilton'. In comitatu Devonie de villa Exonie. In comitatu Sussex' de villa Cicestr', de burgis Sorham, Horesham', Seford' et Grenested'.

Rex. De laiis capiendis.—Mandatum est Willelmo May et Willelmo Luvel et sociis suis, venatoribus regis, quod in foresta de Sancto Briavello capiant tot layas quot capere poterint contra Natale Domini. Ita tamen quod sint ad regem cum canibus suis in vigilia predicti festi apud Wintoniam, et layas quas ceperint liberari faciant constabulario de Sancto Briavello ad saliendum et custodiendum, donec rex aliud ei inde preceperit. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasterii.—Rex Gregorio de la Dun' salutem. Scias quod quod* concessimus abbati et monachis Westmonasterii, quod ipsi et homines sui libere et sufficienter sine qualibet occasione chiminagii vel alterius inpedimenti capiant de omnibus boscis suis ad usus suos proprios quando voluerint, nec propter hoc in forisfactum de vasto vel misericordiam ponantur. Et ideo tibi precipimus quod predictos abbatem et monachos et homines suos in balliva tua non inpedias contra concessionem nostram predictam quin predicti abbas et monachi et homines sui de tenementis que de ipsis tenent libere utantur libertate predicta. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est J. de Nevill' quod faciat habere W. comiti Warennie, in forinseco bosco regis de Clyve duas damas, de dono regis. Teste rege apud Aulton', xj. die Decembris.

Hibernia. Pro quibusdam civibus Burdegale.—Rex dilecto et fideli nostro Mauricio filio Geroldi, justiciario Hibernie, salutem. Sciatis quod tenemur Reymundo Makahin, Bruno Causac, Reymundo Brun de Barsac et Rustano de Soliis et Arnaldo Maysan, civibus nostris Burdegale, in sexcentis et quadraginta marcis, quas ipsi commodaverunt dilecto et fideli nostro Henrico de Trublevill', senescallo nostro Vasconie, ad negocia nostra partium illarum expedienda. Et ideo vobis mandamus quod de Thesauro nostro quem apud

* Sic in MS.

1235.

[m. 22.] vos habetis in partibus Hibernie, sicut nuper nobis significastis, predictis civibus vel eorum nuncio litteras nostras patentes deferenti predictas sexcentas et quadraginta marcas sine dilatione reddi facias. Teste rege apud Aulton', xi. die Decembris.

Pro Hugone de Patheshull', de perdonatione.—Rex perdonavit Hugoni de Patheshull' viginti et septem libras et unam marcam quas regi debet et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii regis de debito Walteri de Patheshull', fratis sui. Perdonavit etiam eidem Hugoni octo libras sexdecim solidos et octo denarios quos regi debet pro Radulfo de Tyvill' de debitis Judeorum, et centum solidos quos barones de Scaccario ab eo exigunt per summonitionem Scaccarii regis pro custodia terre que fuit Ricardi de Augo in Standon'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis debitis ipsum Hugonem quietum esse faciant. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Avicie de Columbar' quod faciat habere Henrico de Burnevall', capellano regis, quinque robora in balliva sua ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Warrwell', xij. die Decembris. Per Karleolensem.

Pro Johanne Wascelin'.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod tallagium assisum ad opus regis super manerium de Carleton' quod Johannes Wascelin tenet de ballio regis faciat habere eidem Johanni de dono regis. Teste ut supra.

Pro civibus Colonie.—Rex ballivis suis de Gernemuth' salutem. Sciatis nos quietos clamasse per cartam nostram pro nobis et heredibus nostris dilectos nostros cives de Colonia de omnibus consuetudinibus et demandis que pertinent ad nos per totam terram nostram Anglie, et concessimus eis salvum ire et salvum venire in totam terram nostram, et quod ii libere possint ire ad ferias per totam terram nostram et emere et vendere in villa London' et alibi, salva libertate civitatis nostre London'. Et ideo vobis precipimus quod predictas libertate et quietancias predictis civibus a nobis concessas libere et sine impedimento habere permittatis, liij. solidos et quatuor denarios quos nuper a predictis civibus contra easdem libertates cepistis, ut dicitur, eisdem civibus sine dilatione reddi facientes, ita quod clamor iteratus ad nos non debeat inde pervenire. Teste ut supra.

Pro Ricardo filio et herede Roberti de Rockel'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod non permittat quod Ricardus filius et heres Roberti de Rockel' qui est in seisina de terra que fuit predicti Roberti, ut dicitur, a seisina illa per aliquem ejiciatur,* nisi per judicium et secundum legem et consuetudinem regni regis. Teste rege ut supra.

* MS. eciatur.

1235.
[m. 22.] *Pro J. regina Scocie.*—Mandatum est J. de Nevill', justiciario foreste, quod in bosco regis de Sapel' faciat habere J. regine Scocie decem carectatas clausture et virge ad clausturam curie sue et waulurara domorum suarum de Stanton' inde faciendam, de dono regis. Teste rege apud Clarendon', xiij. die Decembris.

Pro Galfrido Dispensatore.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod faciat habere Galfrido Dispensatore decem cuninos vivos in parco regis de Geudeford', de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Gautr' quod habere faciat magistro J. Blund', cancellario Eboraci, duas damas in predicta foresta, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Wilt' quod tallagium assisum super dominicum regis de Mer' quo[d] Lucas de Drumar' habet de ballio regis eidem Luce sine dilatione habere faciat, de dono regis. Teste rege apud Clarendon', xv. die Decembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Cett' faciat habere priorisse et monachis de Ambresbir' triginta quercus ad maeremium ad fabricam ecclesie sue, de dono nostro. Teste rege apud Clarendon', xv. die Decembris.

Pro piscatore regis.—Mandatum est Roberto de Chinchamp' quod Robertum piscatorem regis, quem rex mittit ad eum ad piscandum in vivariis dominici sui ad opus regis contra instans Natale, admittat et auxilium ad hoc ei habere faciat.

Pro Radulfo Hardel et Willelmo filio Bone.—Quia Radulfus Hardel et Willelmus filius Bone fecerunt securum Johannem de Colemere de duabus navatis vini quas habent apud Wincheles' ducendis London' quam citius poterunt, sicut [in] litteris patentibus ipsius Johannis ballivis regis de Wincheles' inde directis continetur, mandatum est eisdem ballivis quod predictas navatas vini predictis Radulfo et Willelmo sine dilatione deliberari faciant. Teste rege apud Clarendon', xvij. die Decembris.

De damis datis.—Mandatum est constabulario castri Divisarum quod faciat habere A. comitisse Sarrisburie, quinque damas in foresta regis de Melkesham, de dono regis, contra instans Natale Domini. Teste ut supra.

De quercubus datis. — Mandatum est vicecomiti Kancie quod habere faciat Ade filio Willelmi viginti quercus in bosco regis in Wald' pertinente ad manerium regis de Middelton', de dono regis. Teste ut supra.

Judei. De extenta facienda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Roberti de Vilers in Trifferd', que est vadium Aaron Blundi, Abraham filii Murtel', Judeorum Lond', Deu le Beney et Samar', Judeorum Wintonie, per sacramentum

1235.

[m. 22.] proborum et legalium hominum extendi faciant, quantum valeat in redditibus, servitiis et omnibus aliis exitibus terre. Et cum extenta illa facta fuerit, eidem Roberto rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ad debita quibus predictis Judeis tenetur reddenda secundum valorem predicte terre et quantitatem predictorum debitorum. Teste rege apud Brummore, xviij. die Decembris.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Graveling faciat habere fratribus Hospitalis Sancti Johannis de Wilton' quinque robora ad focum suum, de dono regis.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem etc. quod Simon Duzeper et Willelmus Duzeper, rettati de morte Johannis Bacun, rettati sunt de morte illa odio et atia, et non eo quod inde culpabiles sint, mandatum est vicecomiti Oxonie quod quod si uterque predictorum Symonis et Willelmi invenerit ei xij. probos et legales etc., tunc eos tradat in ballium. Teste ut supra.

[m. 21.] *De apris et laiis datis.* — Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod de apris et layis regis qui sunt in custodia sua habere faciat vicecomiti Glouc' unum aprum et duas layas ad opus Alyenore consanguinee regis. Teste rege apud Christeschirch', xix. die Decembris.

Pro Willelmo de Say.—Mandatum est constabulario Dovr' quod permittat Willelmo de Say habere respectum de domo sua facienda in castro Dovr' usque ad instantem Quadragesimam, anno regni etc. xx. Teste rege apud Bellum Locum Regis, xx. die Decembris.

Pro uxore Godefridi de Craucumb'.—Mandatum est J. de Nevill', justiciario foreste, quod in bosco de Shothor' faciat habere Alicie uxori Godefridi de Craucumb' quindecim robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Burgo.—Rex concessit Johanni de Burgo per cartam suam quod boscum suum de Wakerleg' claudere possit fossato et haya, et parcum inde faciat cum uno salturo, et pro voluntate sua inde disponat, vendat et essartet sine visu et contradictione forestariorum, viridariorum et omnium ministrorum suorum; et quod predictus boscus quietus sit in perpetuum de vasto, regardo, venatione et de omnibus, que ad forestam vel forestarios vel viridarios vel eorum ministros pertinent, sicut plenius continetur in carta regis quam eidem Johanni inde fieri fecit. Et mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod id sine impedimento fieri permittat. Teste ut supra.

De tallagio soke de Waltham.—Quia rex dominica sua per Angliam fecit talliari, mandatum est vicecomiti Linc' quod de hominibus soke de Waltham qui sunt in manu [Reg]* Johannis filii Philippi ei rationabile tallagium habere faciat. Teste rege apud Waltham Wintoniensis episcopi, xxij. die Decembris.

* Cancelled.

1235.

[m. 21.] Eodem modo mandatum est eidem vicecomiti quod faciat habere Henrico de Capella de hominibus predicte soke qui sunt in manu ejusdem Henrici rationabile tallagium. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est eidem vicecomiti quod faciat habere Henrico fratri regis rationabile tallagium de hominibus predicte soke qui sunt in manu sua. Teste ut supra.

Pro Johanne de Mares.—Rex concessit Johanni de Mares quod xxx. marcas quas debet Aaron filio Abraham Judeo London' reddat eidem Judeo infra tres annos a Pascha, anno regni etc. xx., videlicet, quolibet illorum trium annorum decem marcas ad duos terminos anni. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quod hoc ita inrotulari et fieri faciant. Teste rege apud Waltham Episcopi, xxiij. die Decembris.

De roboribus et virgis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod habere faciat Huberto Huss' quinque robora in foresta de Graveling ad focum suum, et undecim carectatas virge ad watluram inde faciendam, de dono regis.

Pro rege de vinis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis Wasconie que sunt apud Portesm' liberari faciat unum dolium vini carectariis regis, quos rex mittit ad eum, cariandum ad regem usque Merewell. Teste rege apud Merewell, xxvij. die Decembris.

Mandatum est eidem quod de vinis regis que sunt in custodia sua sine dilatione faciat habere ballivis regis Suhampt' octo dolia vini Gallici carianda quo rex eis precepit. Teste rege apud Merewell', xxvij. die Decembris.

Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod non permittant quod aliqua vina Wasconie vel Andegavie que venerunt usque London' vendantur antequam Camerarius regis Lond' et ballivi regis emerint ad opus regis ea que regi fuerint neccessaria. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis regis de Sandwico quod non permittant, quod aliqua navis carcata vinis Wasconie vel Andegavie que applicuerit in portu eorum* inde recedat nisi capta bona securitate quod cum vinis predictis alibi non divertet quam usque London'. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo de tallagio.—Rex probis hominibus de Shorham, salutem. Quia civitates, burgos et alia dominica nostra per regnum nostrum Anglie fecimus talliari, concessimus dilecto fratri et fideli nostro R. comiti Pictavie et Cornubie, quod rationabile tallagium ad presens super vos assidere possit. Et ideo vobis precipimus quod ad hoc eidem comiti intendentes sitis et respondentes. Teste rege apud Merewell', xxvij. die Decembris.

Eodem modo mandatum est probis hominibus de Sheford', Horseham, Grenested', pro eodem comite. Teste ut supra.

* Substituted for "regis."

1235.
[m. 21.]

Pro Roberto de Hayles.—Rex licentiam dedit Roberto de Hayles accedendi ad curiam regis causa tractandi de pace et concordia facienda cum Thoma de Sprotton' super roberia et vulneratione quam ei fecit, ut dicitur, propter quod rex ipsum capi precepit. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod, non obstante precepto illo, manum in illum non mittat ad ipsum capiendum citra octabas Sancti Hillarii, anno etc. xx., usque ad quem terminum duratura est licentia regis ei concessa. Teste ut supra.

De homine replegiando.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod, si Thomas Bernard' invenerit ei salvos plegios ad standum recto coram Willelmo de Insula et Radulfo de Norwico, justiciariis regis itinerantibus apud Cycestr' in crastino Circumcisionis Domini de quodam crimine sibi imposito de quadam vacca furata, tunc ipsum usque ad terminum replegiari faciat. Teste ut supra.

Pro Phillippo de Braus'.—Mandatum est ballivis foreste de Essewud quod porcos Philippi de Braus' qui agistati fuerunt in predicta foresta regis, et qui per preceptum R'* Johannis filii Philippi, domini sui, ante recessum suum ab Anglia de pannagio quieti esse deberent, ut dicitur, abduci libere permittant, vel saltem de exactione illius pannagii sustineant usque ad adventum predicti domini sui, ut tunc inde fiat pro voluntate sua quod juste fuerit. Teste ut supra.

Pro Ricardo Suward' et uxore ejus.—Mandatum est Walkelino de Ferariis quod de servitio suo quod assignatum est Ricardo Suward' et Philippe, comitisse Warewic', uxori ejus, nomine dotis ipsius comitisse, de tenementis que tenet de feodo T. comitis Warewic' filii predicte comitisse, eis intendens sit et respondens tota vita ipsius comitisse, sicut predicto comiti inde respondere consueverunt ante assignationem predictam. Teste rege apud Merewell', xxviij. die Decembris.

Eodem modo mandatum est Fulconi filio Warini, Thome de Ardern', Radulfo de Mora, Roberto de Marmiun, Willelmo de Cantilupo, Willelmo de Dive, Roberto de Gurnay, Roberto Mauduyt, Johanni Hersy.

Pro Huberto de Burgo. — Mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod milites et alios tenentes de honore Camel in balliva sua faciat esse intendentes et respondentes Huberto de Burgo, comiti Kancie, sicut ei inde intendentes fuerunt et respondentes antequam predictus honor devenisset in manum regis per excambium manerii regis de Eylesham. Teste ut supra.

Eodem modo mandatur vicecomiti Wilt' pro eodem comite.

De licentia concordandi.—Rex ad instanciam R. comitis Pictavie et Cornubie, dedit Alexandro de Ho licentiam concordandi cum Matheo de Denemed' de appello quod predictus Matheus facit versus predictum Alexandrum de pace regis fracta. Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Suhampt' quod id fieri permittant. Teste rege apud Merewell', xxix. die Decembris, anno regni, etc. xx.

* Sic in MS.

1235.
[m. 21.] *Pro abbate de Cadamo.*—Mandatum est vicecomiti Devonie quod loquelam que est in comitatu suo per breve regis de recto inter Ricardum pincernam, petentem, et abbatem de Cadamo, tenentem, de duobus ferlingatis terre cum pertinentiis in Ashrigg', ponat in respectum usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xx. Teste ut supra.

Pro priore de Ipelpenne.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod non distringat priorem de Ipelpenne pro auxilio regi faciendo, nisi auxilium regi promiserit sicut alii viri religiosi de regno regis, donec rex aliud inde preceperit; et averia sua, si ea occasione predicta cepit, ei deliberari faciat. Teste ut supra.

De quodam prisone deliberando a gaiola et restituendo ecclesie.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod Ricardum de Cestr', quem abbas de Rameseie misit usque ad prisonam regis de Newegat' per Willelmum de Leicestr' et Andream Dinges, servientes suos, qui predictum Ricardum, postquam evasit a prisona predicti abbatis et fugit ad ecclesiam de Rameseye, inde violenter abstraxerunt contra libertatem ecclesiasticam, liberari faciant predictis Willelmo et Andree, servientibus ejusdem abbatis, ducendum usque Rameseye et restituendum ibidem ecclesie predicte, a qua abstractus fuit, ut rex audivit. Teste ut supra.

De quercubus datis pro Johanna, reclusa de Ferlington'.—Mandatum est constabulario de Porecestr' quod faciat habere Johanne, recluse de Ferlington', ad domos suas reparandas que combuste fuerunt, quinque quercus in bosco regis de la Ber', de dono regis. Teste rege apud Merewell', xxx. die Decembris.

Pro Willelmo Marmiun.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod talem seisinam habere faciat Willelmo de Marmiun de terra sua in Thorinton' qualem inde habuit die quo inde disseisitus fuit per voluntatem regis, eo quod datum fuit regi intelligi ipsum Willelmum fuisse cum rege Francie, et non fuit, ut dicitur. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod, quandocunque Robertus le Gras qui rettatus est de morte hominis posuerit se in prisonam regis in balliva sua, et invenerit xij. probos et legales homines qui illum manu capiant de stando inde recto coram justiciariis regis ad primam assisam etc., si quis versus eum inde loqui voluerit, tunc ipsum predictis xij. sine dilatione tradat in ballium, sicut predictum est; et nomina illorum xij. regi scire faciat, Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Willelmo de Mastac viginti et quatuor marcas quas debet Aaron et Leoni, Judeis Eboraci. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Willelmum de predicto debito quietum esse et illud eisdem Judeis in debito quod regi debent allocari faciant. Teste ut supra.

1235.
[m. 21.] *Pro mercatoribus de vinis de Aunisio.*—Rex ballivis suis de Wincheles' salutem. Majores scabini de Sancto Audomaro nobis graviter conquerendo significaverunt quod quandam navem continentem xxij. dolia vini de Aunisio et unum dolium olei et tria centena ferri que quidem sunt catalla Walteri de Ponte, burgensis de Sancto Audomaro, in portu nostro fecistis arestari et adhuc detinetis arestatam. Et ideo vobis mandamus distincte precipientes quod dictam navem deliberare faciatis sine dilatione, ita quod iterata querela ad nos inde non perveniat. Navem etiam continentem vina de Aunisio Ingelrami, burgensis de Sancto Audomaro, quam similiter arestari fecistis, deliberari faciatis, nisi dicta vina sint de Wasconia vel Andegavia.

Pro episcopo Wintoniensi et priore Sancti Swithun', Wintonie.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod cartas predecessorum regis, regum Anglie, et cartam et confirmationem regis quas P. Wintonensis episcopus et prior Sancti Swithun' Wintonie habent de libertatibus eis concessis, coram se legi faciant et firmiter teneri. Teste ut supra.

De navibus vinis carcatis Wasconie, Andegavie et Gallicis.—Mandatum est ballivis de Wincheles' quod omnes illos qui usque Wincheles' venerint cum navibus suis carcatis vinis Wasconie, Andegavie et Gallicis, accepta ab eis prius securitate quod cum predictis vinis ibunt usque London', libere et sine impedimento abire permittant. Nullam etiam navem, nisi illam que hujusmodi vinis in portu suo carcata fuerit, arestari permittant. Teste ut supra.

De vinis de Aunisio deliberandis.—Mandatum est eisdem quod, si naves Henrici Buchard et Robekin Pinchepape non fuerint carcate aliis vinis quam de Aunisio, tunc eas libere et sine impedimento abire permittant quo voluerint. Teste rege apud Luttegareshal', xxxi. die Decembris.

1236.

De galia exkiupanda.—Mandatum est ballivis de Wincheles' et custodibus galiarum regis apud Wincheles' quod unam de galiis regis sine dilatione bona gente faciant exkippari ad eundum usque Witsaund', ita quod ibi sint in festo Epiphanie Domini, anno etc. xx., in occursu H. Elyensis episcopi et R. Hereford', qui secum ducunt Alienoram, filiam comitis Provincie, ad ipsos conducendos usque Dovr'. Et custus quod ad hoc posuerint rex eis reddi faciet apud Lond' in octabis Sancti Hillarii, cum illuc venerint ad coronationem regis et predicte regine. Teste rege apud Merleberg', j. die Januarii.

Pro Alicia uxoris Godefridi de Craucumb'.*—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod faciat habere Godefrido de Craucumb' ad opus Alicie, uxoris sue, tres damas in bosco regis de Bernewud' et duas damas in bosco regis de Wychewud', de dono regis. Teste ut supra.

* Sic.

1236.

[m. 21.] *Pro priore de Kirkeham.*—Rex vicecomiti Norhumbrie salutem. Scias quod prior de Kirkeham concessit nobis pro se et menbris ecclesie sue viginti marcas de auxilio quod viri religiosi nobis per regnum nostrum concesserunt, unde predictus prior nobis reddidit decem marcas, et residuas decem marcas nobis reddet ad Clausum Pasche, anno regni nostri xx. Et ideo tibi precipimus quod nullum menbrum prioratus predicti de Kirkeham in balliva tua occasione auxilii nostri distringas ad aliquod auxilium nobis faciendum set predictum priorem et homines suos in balliva tua manuteneas etc. ut in brevi de protectione. Teste rege apud Merleberg', ij. die Januarii.

De operationibus Westmonasterii.—Mandatum est custodibus operationum regis Westmonasterii quod operationes quas Ricardus filius Hugonis eis injunget ex parte regis faciendas, dilatione et occasione postpositis, fieri faciant, ita quod pro defectu sui non remaneant infecte. Teste ut supra.

[m. 20.] *Pro Gilberto Basset, de tallagio.*—Quia rex per regnum suum Anglie facit talliari dominica sua, mandatum est vicecomiti Bukingh' quod faciat habere Gilberto Basset rationabile tallagium de burgensibus in manerio de Wycumb', quod fuit dominicum regis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Wilt' quod faciat ei habere rationabile tallagium de burgensibus de Wotton', que est de hereditate ipsius Gilberti. Teste ut supra.

Pro Willelmo. Per Engleys.—Mandatum est ballivis de Wincheles' quod navem, que vocatur *La Provoste de Baionia*, carcatam vinis Wasconie et in portu suo arestatam deliberent, accepta sufficienti securitate a Willelmo Per Engleys, magistro ejusdem navis, quod vina in navi predicta contenta directe ducet usque London'.

Pro Willelmo, Karliolensi episcopi.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Willelmo, Karliolensi episcopo, quinque dolia vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo, Exoniensi episcopo.—Willelmus de Albrinc', filius et heres Willelmi de Albrinc', qui fuit in custodia Willelmi, Exoniensis episcopi, mortuus est. Et mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi quod, occasione mortis prefati heredis, ad blada vel catalla que prefatus episcopus habet in maneriis existentibus in custodia sua occasione predicti heredis in comitatibus Kancie, Bedeford' et Oxonie nullam manum apponant, nec aliquod dampnum ei inde fieri permittant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Kancie quod, occasione mortis predicti heredis, ad blada vel catalla que idem episcopus habet in maneriis existentibus in balliva sua ratione custodie predicti' heredis in comitatu suo nullam manum apponat nec aliquod dampnum ei inde fieri permittat. Teste ut supra.

1236.
[m. 20.] *Rex. Pro rege de venatione.*—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod Willelmum May et Willelmum Luvel, venatores regis, quos* rex mittit ad eum ad capiendum quinquaginta damas in parco de Havering' damas illas capere permittat et postea totam venationem saliri et usque Westmonasterium cariari faciat, ita quod sit ibidem die Veneris proxima post festum Sancti Hillarii, anno etc. xx. Et rex rogat ipsum Ricardum quod ad damas illas capiendas eisdem venatoribus sit auxilians. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Portcestr' quod faciat habere abbati de Tichefeld' in bosco regis de la Ber' ad se hospitandum quinque quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Alienora, consanguinea regis.—Mandatum est Willelmo Talebot quod permittat Margaretam Bysset semel accessum habere ad Alienoram, consanguineam regis, ad loquendum cum ea. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta regis de Chipeham faciat habere uxori Johannis† de Plesseiz duas damas, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', iij. die Januarii.

Pro Eustachio de Roil'.—Mandatum est Ricardo de Lad' et Ade filio Willelmi, excaetoribus regis, quod de terra que fuit [Petri] de Meulent et que post mortem suam devenit in manum regis ratione custodie terre et heredis G. comitis Glouc', in manu regis existentis, Eustachio de Roil', filio et heredi ipsius Petri, plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Merleberg', iiij. die Januarii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Gautris faciat habere fratribus minoribus de Eboraco viginti quercus ad se hospitandum apud Eboracum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Bello Loco.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampt' quod de vinis regis de prisa regis que sunt in custodia sua facia[n]t habere abbati de Bello Loco unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Eva de Braos'.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod duodecim marcas quas cepit de Johanne Tepe et sociis suis, hominibus Eve de Braos', de quadam misericordia in quam inciderunt, quos quidem denarios rex dedit ipsi Eve ad castrum suum firmandum, ei sine dilatione habere faciat. Teste ut supra.

Pro Clementia, comitissa Cestrie.—Mandatum est vicecomiti Derb' quod, non obstante mandato regis quod rex fecit eidem de seisina facienda Hugoni de Albiniaco de manerio de Smetheby cum pertinentiis, blada et catalla que Clementia, comitissa Cestrie, habuit in terra predicta, eidem comitisse sine dilatione habere faciat. Teste ut supra.

* 'Quod,' MS. † 'Joh'i,' MS.

1236
[m. 20.] *De perdonatione.*—Rex perdonavit Gwiberto de Rue quinque solidos qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii regis de uno cendallo quem habuit de Garderoba regis de prestito Petri de Rivall'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis quinque solidis ipsum Gwibertum quietum esse faciant. Teste ut supra.

De vinis capiendis ad opus regis.—Rex mittit ad ballivos Bristollie Willelmum Talebot, vicecomitem Glouc', ad capiendum per visum Petri clerici, Jacobi la Werr', Ricardi Alard', et Willelmi Beaumund, quaterviginti dolia vini ad opus regis de vinis que venerunt apud Bristolliam; et rex mercatoribus vinorum illorum denarios suos reddi faciet. Et mandatum est eisdem ballivis quod ad hoc eidem vicecomiti sint auxiliantes. Teste rege ut supra.

Hybernia, pro Johanne Travers.—Mandatum et justiciario Hibernie quod non permittat quod Ricardus de Burgo distringat Johannem Travers pro aliqua redemptione ei facienda, occasione captionis sue contra regem in bello, desicut redemptio ipsius ad regem pertinere dinoscitur, et cum idem Johannes jam de parte redemptionis sue regi satisfecerit, ut dicitur, non est justum quod se ei et regi redimat nec permittat quod predictus Ricardus ea occasione impediat predictum Johannem quin libere de ecclesia possit exire et ad terras suas redire et pro voluntate sua disponere; ita quod iterata querela inde ad nos non debeat pervenire. Teste rege apud Merleberge, iiij. die Januarii.

Pro Mauritio Cumyn.—Rex eidem justiciario Hibernie, salutem. Mandamus vobis quod de toto tempore quo Mauricius Cumyn fuit in prisona nostra in Anglia per preceptum nostrum, videlicet a festo Pentecostes, anno regni nostri xix. usque ad festum Omnium Sanctorum proximo sequens, in nullo placito quod quisquam habuerit versus ipsum Mauricium in curia nostra ponatur in defaltam, et, si aliquis versus ipsum terram recuperaverit per defaltam, eam sine dilatione ei restituatis, quia nos totum tempus predictum quo ad hoc ei warantizamus. Teste rege ut supra.

Pro Ernisio de Dunhered et uxore ejus.—Rex eidem justiciario salutem. Quia per inquisitionem quam ad mandatum nostrum fecistis et factam nobis transmisistis accepimus quod de terra de Derkeham' et de Sheneyhal', quam dudum reddidimus Ernisio de Dunheved et Johanne, uxori ejus, non debentur nobis centum solidi annui, sicut per Scaccarium nostrum Dublinie exigebantur, vobis mandamus quod de predictis centum solidis annuis, tam de tempore futuro quam de arreragiis temporis preteriti ipsos, Ernisium et Johannam quietos esse faciatis, salvo nobis servitio tertie partis feodi unius militis quod de predicta terra nobis debetur. Teste rege ut supra.

Pro Hugone de Gurnay.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Sciatis quod ducentas et viginti

1236.

[m. 20.] libras quas Hugo de Gurnay debet Aaron filio Abrahe, Mosse filio Isaac, David de Oxonia, Benedicto Crespin et Jacobo, fratri ejus, Judeis, perdonavimus eidem Hugoni usque ad quaterviginti et quinque marcas, que sunt sors totius predicti debiti. Et concessimus eidem quod predictas quaterviginti et quinque marcas reddat eisdem Judeis infra duos annos, videlicet ad Pascham, anno regni nostri xx. viginti marcas, et ad festum Sancti Michaelis, anno eodem, viginti et duas marcas et dimidiam, et ad Pascham, anno regni nostri vicesimo primo, viginti marcas, et ad festum Sancti Michaelis, anno eodem, xxij. marcas et dimidiam. Et ideo vobis mandamus quod de predictis ducentis et viginti libris usque ad predictus quaterviginti et quinque marcas predictum Hugonem quietum esse faciatis et de illis quaterviginti et quinque marcis terminos predictos habere permittatis. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Bernavall'.—Rex commisit Reginaldo de Bernavall' ad se sustentandum in servitio regis, quamdiu regi placuerit, terram de Obride quam Hugo de Bernavall', frater suus, habuit de assignatione Johannis, quondam Norwicensis episcopi, tunc justiciarii Hibernie. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod de predicta terra ipsi Reginaldo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Roesia que fuit uxor Roberti filii Walteri.—Rex dilectis et fidelibus suis Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi, excaetoribus suis, salutem. Mandamus vobis quod de maneriis de Teye, de Dysce et Hemehal', que fuerunt Roberti filii Walteri et unde idem Robertus dotavit Roesiam uxorem ejus, prout carta ejusdem Roberti quam predicta Roesia coram nobis protulit testatur, eidem Roesie plenam seisinam habere faciatis. Diligenter etiam inquiratis utrum aliquod de predictis maneriis sit caput baronie quam predictus Robertus tenuit de nobis in capite, et utrum illa tria maneria excedant valorem tertie partis terrarum, que fuerunt ipsius Roberti de hereditate sua propria, et id nobis sub sigillis vestris sine dilatione significetis. Quia nolumus nec, sicut jus expostulat, quod, si aliquod trium maneriorum predictorum sit caput predicte baronie, eidem Roesie remaneat in dotem, et preterea, si illa maneria excedant valorem tertie partis terrarum que fuerunt ipsius Roberti, volumus quod id quod supererit ultra rationabilem dotem eidem Roesie resecetur et portionibus heredis predicti Roberti addatur. Teste ut supra.

Rex. Pro rege.—Rex mittit ad ballivos Suht' Germanum talliatorem suum ad negotia regis que rex ei injunxit facienda. Et mandatum est predictis ballivis quod ad ea efficaciter expedienda, sicut eis dicet ex parte regis, ei sint auxiliantes et consulantes, ita quod rex eos inde debeat habere commendatos. Teste rege apud Sanderford', v. die Januarii.

1236.
[m. 20.] *Pro hominibus Wintonie.*—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampt' quod de vinis que sunt arestata ad opus regis faciant habere probis hominibus regis Wintonie unum dolium vini Wasconie ad denarios suos. Teste ut supra.

Pro coheredibus Philippi de Ulecot'.—Quia constat regi per inquisitionem quam per vicecomitem Norht' (*sic*) fieri fecit quod custodia corone regis et officium coronatorum in comitatu predicto spectant de feodo ad Aliciam de Ulecot' et ad coheredes Philippi de Ulecote ratione maneriorum de Nafferton', Matfen et Luuerbatte que tenent de rege in capite; mandatum est predicto vicecomiti, quod predictis Alicie et coheredibus predicti Philippi de custodia et officio predicto plenam seisinam sine dilatione habere faciat. Teste rege apud Sandelford' ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod faciat habere Willelmo le Taillur decem robora in bosco regis de Tylleholt ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Rading', vij. die Januarii.

De vinis retinendis ad opus regis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis que vinerunt usque London' retineri faciat ad opus regis quaterviginti dolia vini Wasconie et centum dolia vini Gallici. Et de vinis residuis que ibidem venerunt permittat mercatores, quorum vina illa sunt, commodum suum ad voluntatem suam facere. Teste rege apud Rading', ix. die Januarii.

Pro comite de Gysn' et advocato Bethunie'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod ballivis suis foreste regis de Roking' scire faciat quod, cum comes de Gysnes et advocatus Bethunie ad forestam predictam venerint, libere et sine impedimento cum hominibus suis propriis in foresta predicta currere permittant et bestias in ea capere. Scire etiam faciat aliis ballivis suis foreste regis per quam in reditu suo versus Lond' transituri sunt, quod ipsos in ballivis suis cum hominibus suis propriis currere et bestias* in eis capere permittant. Teste ut supra.

Pro Beatricia que fuit uxor Roberti de Salceto.—Mandatum est custodi honoris Peverel quod de manerio de Plumton' cum pertinentiis, et de terra cum pertinentiis que fuit Roberti de Salceto in Stanton', que quidem manerium et terram predictus Robertus dedit Beatricie filie Hugonis filii Radulfi, uxori ipsius Roberti, in dotem suam ad hostium ecclesie, eidem Beatricie sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Rading', x. die Januarii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Windes' quod faciat habere preceptori de Bystlesham tres quercus in balliva sua ad maeremium† faciendum ad inclaustrum de Bistlesham, de dono regis. Teste ut supra.

* 'Bestia,' MS. † 'Maerium,' MS.

1236.

[m. 20.] *De damis datis.*—Mandatum est Ade filio Willelmi quod faciat habere Stephano Lungesp', quatuor damas in parco de Reyndon', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Lexint'. — Rex cepit homagium Roberti de Lexinton' de manerio de Tuxford' quod Oliva filia Alani filii Jordani eidem Roberto dedit habendum et tenendum eidem Roberto et heredibus suis de rege et heredibus suis, sicut plenius continetur in carta ejusdem Olive et confirmatione nostra quas idem Robertus inde habet. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod de predicto manerio cum pertinentiis eidem Roberto sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

[m. 19.] *De vinis retinendis* ad opus regis.*—Mandatum est ballivis Bristolli quod de vinis Wasconie vel Andegavie, que venerunt usque Bristollum, retineant ad opus regis quadraginta dolia vini et salvo custodiri faciant, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Rading', x. die Januarii.†

De vinis liberandis.— Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampt' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere ballivis regis Suht' sexaginta et novem dolia vini carianda ad diversa loca ad opus regis quo rex eis precepit. Teste ut supra.

Pro abbate de Croiland'.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Scias quod abbas de Croland' finem fecit nobiscum pro se et cella sua de Freston' per triginta marcas pro auxilio nuper nobis a viris religiosis per regnum nostrum Anglie concesso. Et ideo tibi precipimus quod occasione auxilii predicti predictam cellam non distringas ad aliquid auxilium nobis dandum. Teste rege apud Roffam, xiij. die Januarii.

Pro Mathia Beszil de tallagio.—Quia rex dominica sua per regnum Anglie facit talliari, mandatum est vicecomiti Surr' quod de villa de Gumeshelf' que est in manu Mathie Beszil eidem Mathie rationabile tallagium habere faciat. Teste rege apud Cantuariam, xiiij. die Januarii.

Pro Ricardo de Gray.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Ricardo de Gray unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Cantuariam, xv. die Januarii.

De perdonatione pro Johanne de Gray.—Rex perdonavit Johanni de Gray sex marcas que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii regis de prestito Wallie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis sex marcis ipsum Johannem quietum esse faciant. Teste ut supra.

* MS. reinend. † Cancelled '*Quia non habuerunt.*'

1236.
[m. 19.] *Rex. De fustis ad operationes domorum castri Wintonie.*—Mandatum est Avicie de Columbariis quod faciat habere vicecomiti Suht' sexties viginti fusta in boscis regis de Fingel' et de Cette ad domos regis castri regis Wintonie reparandas. Teste rege apud Roffam, xviij. die Januarii.

Rex. De venatione capienda.—Rex mittit Willelmum de la Lund', Radulfum de Kaywurth', Henrico de la Pomerey, Robertum de Stopham', Willelmum Caperun et Reginaldum le Rus, vadlettos suos, usque ad Ricardum de Muntfichet ad capiendum in parco de Havering' ad opus regis viginti damas vel plures si possint. Et mandatum est eidem Ricardo quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

Pro episcopo Elyensi.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus venerabili patri H. Elyensi episcopo, quod ipse et successores sui, episcopi Elyenses, et prior Elyensis et successores sui colligant et habeant omnia amerciamenta de omnibus hominibus et terris infra hundreda subscripta, videlicet:—infra hundredum et dimidium de Mitford' et infra quinque hundreda et dimidium de Wykelawe et tridlingum de Winestun' tam de alieno feodo quam de suo; et quod habeant omnes fines de amerciamentis illis provenientes postquam aliquis inciderit in misericordiam; et quod habeant omnia amerciamenta de omnibus hominibus, terris et feodis suis; et quod habeant omne fines de amerciamentis illis provenientes postquam aliquis inciderit in misericordiam; et quod habeant quietanciam de murdro de omnibus hominibus, terris et feodis suis tam infra predicta hundreda quam extra, salvo nobis et heredibus nostris forisfacto murdri si inciderit de alienis feodis infra predicta hundreda. Et ideo vobis mandamus quod de demanda quam facitis eisdem episcopo et priori per summonitionem Scaccarii nostri occasione predictorum amerciamentorum et finium eorundem amerciamentorum ipsos episcopum et priorem quietos esse et sic fieri, allocari et inrotulari faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Januarii.

Pro Willelmo de Panchehal.—Rex dilecto et fideli suo Johanni de Nevill', justiciario suo foreste, salutem. Sciatis quod ad petitionem dilecti nobis A. regine nostre, die coronationis nostre et sue, perdonavimus Willelmo de Panchehal' transgressionem quam dicitur fecisse in foresta nostra propter quam ipsum cepistis et in prisona nostra tenetis apud Aylesbyr'. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Willelmum a prisona nostra deliberetis et quo voluerit abire permittatis. Catalla etiam ejusdem Willelmi que occasione predicta capta sunt in manum nostram ei reddi faciatis. Teste rege ut supra.

Pro Roberto de Heyles.—Robertus de Heyles quem rex nuper capi precepit et poni in prisonam regis pro roberia et vulneratione facta Thome de Sprotton', vadletto Magistri Gentilii, satisfecit eidem Thome de predicta roberia et vulneratione. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod ipsum Robertum pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

1236.
[m. 19.] *Pro Eudone de Hamlegh'.*—Thomas de Sprotton, vadletus Magistri Gentilii, remisit Eudoni de Hamleg' transgressionem quam dicitur fecisse depredando et vulnerando predictum Thomam, propter quam transgressionem rex ipsum Eudonem capi et in prisonam regis poni precepit. Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod eidem Eudoni pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Roberto de Bello Alneto.—Rex concessit Roberto de Bello Alneto quod de decem et octo marcis quas debet Belie que fuit uxor Deu le Beney et Helye filio Cher, et Lyquiric' de Cantuaria, Judeis, reddat eis* per annum quatuor marcas donec predicte xviij. marce persolvantur. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Merton', xxj. die Januarii.

Pro abbate Westmonasterii.—Rex commisit abbati Westmonasterii totam terram que fuit Nicholai le Seculer, qui mortuus est in comitatu Glouc', custodiendam quousque Magister Alexander le Seculer, filius et heres ejusdem Nicholai, qui profectus est ad Curiam Romanam in nuntium ipsius abbatis, de eadem Curia redierit et regi fecerit quod inde fuerit faciendum. Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod de predicta terra eidem abbati plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod non permittat quod forestarii sui vexent vel occasionent abbatem Westmonasterii vel homines suos in feodo suo de Everesleye intra forestam regis de Windes' pro expeditamento canum, unde idem abbas habet quietantiam per cartam regis. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Meydre.—Mandatum est eidem Johanni quod in haya regis de Wyleg' faciat habere Reginaldo de Meydre quinque quercus ad maeremium et unam teyl ad tabulas faciendas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roesia que fuit uxor Roberti filii Walteri.—Rex dilectis et fidelibus suis Ade filio Willelmi et Ricardo de la Lad' salutem. Mandamus vobis quod plenam seisinam habere faciatis Roesie que fuit uxor Roberti filii Walteri de maneriis de Hemenhal', Disce et de Theya cum pertinentiis, et de servitio feodorum militum que continentur in carta quam predictus Robertus eidem Roesie fieri fecit de maneriis et feodis predictis habendis in dotem die quo eam desponsavit, videlicet:—de servitio feodi sex militum que Robertus filius Thome tenuit de predicto Roberto, quondam viro suo, in Wathacr', Raveningham, Chategrave, Brampton', et in Henham, et de servitio feodi unius militis in Wathacr' quod Willelmus filius Warini tenuit de eodem; et de servitio feodi dimidii militis in Hulmo, quod Robertus de Hulmo tenuit de eodem; et de servitio feodi unius militis in Hemenhal' et in Fincham' quod Rogerus

* 'eis eis.' MS.

1236.

[m. 19.] Curpeil tenuit de eodem; et de servitio quarte partis feodi unius militis in Hemenhaul' quod Walterus de Valeines tenuit de eodem; et de servitio vicesime partis feodi unius militis quod heres Roberti de Capeles tenuit de eodem; et de servitio quinte partis feodi unius militis de Widone de Verdun' in Muleton'; et de servitio feodi unius militis de Radulfo de Bailund in Boilund; et de servitio quarte partis feodi unius militis de hered' Henrici filii Willelmi in Hemenhal' et in Kedington'; et de servitio feodi duorum militum de Alicia Pointel in Frostenden'; et de servitio feodi dimidii militis de Johanne filio Roberti et Roberto filio Reginaldi in Hubbeston', et de servitio feodori duorum militum de Hamone Chevr' in Wydekesho: et de servitio feodi duorum militum de Radulfo de Presson' in Stanfeld' et in Hulmo; et de servitio feodi unius militis de Johanne et Rogero filiis Walteri in Theye, et de servitio feodi unius militis de Galfrido de Essendon' in Essendon'; et de servitio feodi duorum militum de Roberto le Haut in Worden'; et de servitio feodi unius militis de Roberto filio Eustachii in Thakelingeston'; et de servitio feodi iiij. militum de Roberto de Monten' in Newenton, Disce, Sprouston' et in Thakelveston'; et de servitio feodi m ij. militum de Ada filio Willelmi in Halmesho et in Shelewe. Teste ut supra.

Pro R. comite Wintonie.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Wauberg' faciat habere R. comiti Wintonie, decem damas et unum damum ad parcum suum de Suho instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Merton', xxij. die Januarii.

De rationabili tallagio habendo.—Johannes Luvel habet breve directum vicecomiti Norf' de tallagio habendo de maneriis de Dockingg' et Suthmere, que fuerunt dominica predecessorum regis, regum Anglie. Teste ut supra.

J. comes Linc' et constabularius Cestrie, habet litteras de rationabili tallagio habendo de manerio de Sneyth' cum pertinentiis, quod dominicum J. regis, patris hujus regis, et quod idem comes habet de dono regis. Teste ut supra.

Pro magistro Milicie Templi in Anglia.—Mandatum est Alexandro Bacun, custodi honoris Richemund', quod centum solidos annui redditus quos comes Conain dedit magistro et fratribus Milicie Templi in Anglia percipiendos de manerio de Wassingbrugg', eisdem magistro et fratribus sine difficultate habere faciatis, sicut illos percipere consueverunt antequam predictus honor esset* in manu regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Ferentino, archidiacono Norwicensi.—Mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod de catallis que fuerunt Roberti de Vallibus in balliva sua faciat habere Johanni de Ferentino, archidiacono Norwicensi, xl marcas, quas ei commodavit cum nuper esset in Curia Romana ad negotia sua ibidem promovenda, non obstante debito in quo predictus Robertus regi tenebatur. Teste ut supra.

* 'esse' in MS.

1236.
[m. 19.] *Pro Thoma Corbet.*—Rex Hugoni filio Roberti, Simoni de Haburdin, Roberto de Stepelton' et Roberto de Halcton', assignatis ad assisam nove dissaisine inter Galfridum le Poher et Thomam Corbet capiendam, salutem. Sciatis quod perdonavimus predicto Thome Corbet misericordiam in qua incidit coram vobis pro dissaisina quam fecit predicto Galfrido. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Thomam de predicta misericordia quietum esse faciatis. Teste rege ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est justiciariis itinerantibus apud Wilton' quod loquelam que summonita est coram eis inter Thomam de Waltham et uxorem ejus, petentes, et Willelmum de Verdun, tenentem, de dimidia acra terre cum pertinentiis in Hyldesl', pona[n]t coram justiciariis apud Westmonasterium a die Pasche in xv. dies in eodem statu quo nunc est coram ipsis justiciariis itinerantibus. Teste rege apud Mereton', xxiij. die Januarii.

Pro Willelmo Wade.—Mandatum est baillivis de Wincheles' quod navem Willelmi Wad' carcatam vinis Jordani de Coventr' quam arestari fecerunt in portu suo libere abire permittant, accepta securitate quod alibi non divertet quam usque London'; et hoc idem faciant de aliis navibus carcatis vinis que venture sunt in portum suum, accepta ab eis eadem securitate, donec aliud a rege habuerint mandatum. Teste rege ut supra.

De placitis Nove Foreste non tenendis que consueverunt teneri coram justiciariis foreste.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Suhampt' quod in itinere suo non teneant placita Nove Foreste que teneri consueverunt coram capitali justiciario de foresta aliter quam teneri consueverunt temporibus H. regis, avi domini regis, et R. regis, avunculi domini regis, et tempore J. regis usque ad guerram motam inter ipsum et barones suos Anglie. Teste ut supra.

Pro nave Henrici de Trublevill' deliberanda.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod navem Arnulfi Maysent carcatam vinis H. de Trublevill', senescalli Wasconie, et que arestata est in portun de Dertemuth' deliberari faciat ut usque Suhamt' abire permittat. Teste ut supra.

De perdonatione pro Gerardo Talebot.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Gerardo Talebot tres marcas quas ab eo exigitis per summonitionem Scaccarii de prestito ei facto in Wallia in garderoba nostra. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Ela, comitissa Sarrisburie.—Mandatum est constabulario Divisarum quod remanens calcis regis que est in foreste regis de Chipeham' faciat habere Ele, comitisse Sarrisburie, de dono regis. Teste ut supra.

1236.

[m. 19.] *Pro Thoma de Gorg'.*—Mandatum est vicecomiti Dors' quod de arreragiis debiti quod Thomas de Gorg' singulis annis recipere debet per manum predicti vicecomitis secundum tenorem litterarum regis de allocatione, quas penes se habet, ei sine dilatione satisfaciat, debitum illud ei statutis terminis sine occasione solvendo: ita quod pro dilatione dicte solutionis decetero rex clamorem non audiat. Teste ut supra.

Pro Jacobo Hus'.—Quia dominica regis non debent sectam ad aliquid hundredum, mandatum est vicecomiti Wilt' quod non permittat quod Walterus de Godarvill' distringat Jacobum Hus' nec homines suos ad sectam faciendam ad hundredum suum de Chipeh' de terra quam idem Jacobus habet de dominico regis de ballio regis in Chipeh'. Teste ut supra.

[m. 18.] *Pro Gilberto Basset.*—Mandatum est vicecomiti Berk' quod habere faciat Gileberto Basset, de dono regis, iiij. marcatas catallorum et dimidiam, que fuerunt Ranulfi prepositi ipsius Gileberti de Spenes', suspensi pro latrocinio. Teste ut supra.

Pro Roberto parcario de Odyham.—Rex Engelardo de Cygoy[n] salutem. Sciatis quod concessimus et carta nostra confirmavimus pro nobis et heredibus nostris Roberto parcario de Odyham, pro viginti acris prati quas dominus J. rex, pater noster, occupavit de prato ipsius Roberti in Odyh' in firmatione castri de Odyh' quod idem rex firmari fecit tempore suo super pratum predictum, sicut per inquisitionem inde factam per preceptum nostrum accepimus, quod idem Robertus et heredes sui inperpetuum quieti sint de viginti solidatis redditus quas idem Robertus aliquando reddere consuevit tam de prato predicto quam de alia terra quam adhuc de nobis tenet in eadem villa et de molendinis suis que habuit ibidem, et que combusta fuerunt postea per ipsum J. regem, patrem nostrum. Ita quod idem Robertus et heredes sui teneant de cetero de nobis et heredibus nostris residuum terre illius quam adhuc tenet per servitium unius denarii singulis annis reddendi nobis et heredibus nostris ad festum Sancti Michaelis, pro omni servitio. Et ideo vobis mandamus quod de predictis xx. solidatis redditus, sicut predictum est, ipsum Robertum decetero quietum esse et residuum terre illius quam adhuc tenet tenere permittatis per servicium unius denarii reddendi nobis et heredibus nostris singulis annis ad festum Sancti Michaelis pro omni servicio, sicut plenius continetur in carta nostra quam ei inde fieri fecimus; et de decem solidatis redditus quas ab eo exigitis occasione cujusdam carte nostre quam ei inde fecimus et nobis postea reddidit tam de prato predicto quam de alia terra sua ei decetero pacem habere permittatis. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Cornhull'.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus Reginaldo de Cornhull' quod de undecies xx. libris quas debet Josceo Presbitero, Aaron Blundo et sociis eorum, Judeis, reddat eis per annum xx.

1236.
[m. 18.] libras, donec predictum debitum eis persolvatur; ita quod interim penitus cessent usure. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste ut supra.

Rex. De vinis arestandis ad opus regis.—Mandatum est baillivis Suhamt' quod arestari faciant ad opus regis lx. dolia vini de vinis melioribus que nunc ultimo venerunt in portum Suhamt' et hoc per visum et electionem custodum vinorum suorum Suhamt'. Teste ut supra.

Pro abbatissa et monialibus de Tarent'.—Quia rex didicit per inquisitionem per ipsum factam quod Petrus de Meulent qui tenuit de honore de Craneburn' legavit abbatisse de Tarent' cum corpore suo quandam terram in Cnolton', que valet dimidiam marcam, et quod moniales ejusdem abbatisse inde fuerunt in saisina ante mortem predicti Petri, mandatum est custodi honoris de Craneburn quod de terra illa quam cepit in manum regis una cum alia terra que fuit ejusdem Petri eis plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Rex vicecomiti Sumers' et Dors' salutem. Scias quod concessimus pro nobis et heredibus nostris J. Bathoniensi episcopo, et successoribus suis cartam nostram in qua continetur quod nullum mercatum quod post primam coronationem nostram levatum sit vel decetero levabitur extra dominica nostra ad nocumentum alicujus mercatorum suorum que idem episcopus habuit ante coronationem illam stet vel teneatur aliquo tempore. Et ideo tibi precipimus quod predictam cartam nostram in predictis comitatibus legi et teneri facias. Teste ut supra.

Pro Agnete que fuit uxor Roberti filii Philippi.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Quia executores testamenti Roberti filii Philippi per preceptum nostrum liberam habuerunt administrationem* de bonis et catallis que fuerunt ipsius Roberti, vobis mandamus quod non distringas Agnetem que fuit uxor predicti Roberti ad xx. marcas nobis reddendas quas ab ea exigitis per summonitionem Scaccarii nostri pro bladis que emit a predictis executoribus. Teste ut supra.

Judei. De terra Willelmi Mauduit et Eugenia, uxore ejus, extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terras Willelmi Mauduit et Eugenie, uxoris ejus, extendi faciant quantum valeant in dominicis, redditibus, vilenagiis et omnibus aliis exitibus terre, et facta extensione illa de debitis que debet Aaron filio Abrahe, Aaron Blundo, Leoni Blundo, Mosse filio Abrahe, Jacobo Crespin et Elye Levesk', eis rationabiles terminos habere faciant. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in forinseco bosco de Hadfeld' faciat habere Johanni de Bassingburn' quatuor robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

---

* Auministrationem, MS.

1236.
[m. 18.] *De quodam prisone.*—Mandatum est custodi gaiole de Newegate quod Hugonem de Bedeford', qui falso se facit nuntium et quem abbas de Waltham ei liberari faciet, recipiat et in prisona predicta salvo custodiri faciat, donec aliud rex inde preceperit. Teste rege apud Merton', xxvij die Januarii.

Et mandatum est abbati de Waltham quod predictum Hugonem, quem in prisona sua detinet, usque Lond' venire faciat liberandum ibidem custodi gaiole predicte. Teste rege ut supra.

Rom'. Pro Johanne Saraceno.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod loquelam que est in comitatu suo per breve regis de recto inter Thomam Corbet, petentem, et Johannem Saracenum, tenentem, de una virgata terre et tribus solidatis redditus* cum pertinentiis in Benetl' ponat in respectum usque in crastinum Ascensionis Domini, anno etc. xx. Teste.

Pro priore et canonicis de Brummor'.—Rex dilecto et fideli suo J. de Nevill', justiciario foreste, salutem. Sciatis quod, in recompensationem dampnorum que prior et canonici de Brummor' sustinuerunt per fundationem abbatie Belli Loci, dedimus eisdem priori et canonicis intuitu Dei quinquaginta acras bruere circa monasterium de Balre infra Novam Forestam nostram ad excolendas et ad faciendas inde pro voluntate sua in perpetuum, quietas de vasto et regardo et de omnibus que ad forestam pertinent. Et ideo vobis mandamus quod de illis quinquaginta acris eis sine dilatione, plenam seisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro priore de Merton'.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis que in proximo empturus est ad opus regis faciat habere priori de Merton' unum dolium vini Wasconie, de dono regis. Teste ut supra.

Regina. De auro regine.—Rex assignavit Laurencium de Castellis ad custodiendum aurum regine regis (*sic*). Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Laurencium ad hoc admittant. Teste rege apud Mereton', xxviij. die Januarii.

Eodem modo mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis. Teste rege ut supra.

Et mandatum est predicto Laurencio quod ad hoc tam diligenter intendat quod diligentiam suam ad hoc appositam rex habere debeat commendatam.

Judei. De extenta facienda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Ranulfi de Stivichehal' extendi faciant, videlicet:—quantum valeat in redditibus, servitiis, vilenagiis et omnibus aliis, et facta extensione predicta, eidem Ranulfo rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ad debita que debet Benedicto de Coventr', Judeo Norhampt', et Angevin, Judeo de Warewico, reddenda secundum valorem predicte terre et quantitatem predictorum debitorum. Teste ut supra.

---

* et medietate unius vivarii, MS. *cancelled.*

1236.
[m. 18.]

Pro Willelmo scissore domini regis.—Mandatum est J. de Colemere quod habere faciat Willelmo scissori regis unum dolium vini Wasconie, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore et monachis de Spalding'.—Rex concessit per cartam suam priori et monachis de Spalding' quod ipsi et successores sui in perpetuum habeant liberam warennam in dominicis suis in maneriis de Spalding', Pyncebeck', Weston' et Muleton', ita quod nullus warennam illam intrare possit ad fugandum in ea sine licentia ipsorum prioris et monachorum et successorum suorum, sicut plenius continetur in carta regis quam eis inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod cartam predictam in pleno comitatu suo legi et teneri faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Judei. De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Nicholai de Sancto Edmundo extendi faciat quantum valeat in redditibus, servitiis, vilenagiis et omnibus aliis exitibus terre, et facta extensione predicta eidem Nicholao rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciat ad debita que debet Aaron filio Abrahe et Elye le Esvesk', Judeis Lond', reddenda secundum valorem predicte terre et quantitatem predictorum debitorum. Teste ut supra.

Pro episcopo Hereford'.—Mandatum est ballivis Glouc', quod si Willelmus de Preston' quem ceperunt et captum tenent pro furto quod comississe dicitur in feodo venerabilis patris R. Herefordensis episcopi in seisina ejusdem furti inventus fuerit, tunc ipsum sine dilatione ballivis ipsius episcopi liberari faciant, cum ad eos accesserint, ad recipiendum in curia prefati episcopi, ubi idem furtum dicitur commisisse, quod secundum legem et consuetudinem ejusdem curie recipere debeat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Windes' faciat habere Gilberto Basset decem damas et tres damos ad parcum suum de Wocking' instauraudum, de dono regis. Teste rege apud Guldef', xxx. die Januarii.

De perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Drogoni de Barentin et Johanni de Plesset' quatuor marcas, videlicet utrique illorum duas marcas ad quas amerciati fuerunt coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus apud Oxoniam pro defalta. Et ideo vobis mandamus quod ipsos Drogonem et Johannem de illis quatuor marcis quietos esse faciatis. Teste ut supra.

Pro hominibus prioris de Hurl'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod de viginti solidis quos exigit ab hominibus prioris de Hurl' de Hurl' pro visu franci plegii et de quinque solidis de hidagio quos exigit ab eisdem et unde rex eidem priori quietantiam fecit per cartam suam ipsos quietos esse permittat. Et si quid a prefatis hominibus ea occasione cepit, id eis sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

1236.
[m. 18.]

De tallagio concesso Rodes de Duffeud'.—Quia rex dominica sua per regnum Anglie fecit talliari, mandatum est vicecomiti Eboraci quod Rodes de Duffeud' rationabile tallagium habere faciat de hominibus suis in soka de Snath, que fuit dominicum regis. Teste rege apud Chauton', primo die Februarii.

Rex. De Philippo de Ascell' constituto justiciario ad Scaccarium Judeorum.—Rex loco Hugonis de Bathonia, quem amovit a custodia Judeorum, substituit Philippum de Ascell', justiciarium suum. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predicto Hugone a custodia predicta penitus amoto ipsum Philippum ad custodiam predictam una secum socium admittant, recepto autem R'* ab eodem Philippo sacramento quod regi in officio predicto fideliter serviet. Teste rege apud Chauton', ii. die Februarii.

De damis datis Fulconi filio Warini.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Fulconi filio Warini sex damas in foresta de Braden' et sex damas in foresta de Selewud' ad parcum suum de Alewestan' instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam, iij. die Februarii.

Rex. De vinis pro rege.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suht' quod visis litteris istis liberent latori presentium quem rex mittat ad eos duo dolia vina de prisa regis, videlicet:—unum dolium de vino albo et aliud de rubeo, ad os regis de vinis regis de vinis regis* que sunt in custodia sua carianda ad regem usque Wintoniam. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Ade.—Rex dilectis et fidelibus suis Roberto de Lexinton' et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Wilt', salutem. Quia vobis intimantibus intelleximus quod Willelmus filius Ade adhuc infra etatem existens non per feloniam set casu fortuito percutiendo Robertum filium Mabille infra etatem similiter existentem ipsum interfecit, et crudele nimis esset et inhumanum de puero tali rigorem justicie exercere, pietatis intuitu perdonavimus predicto Willelmo id quod ad nos pertinet de morte predicti Roberti, volentes quod inde pacem nostram habeat. Et ideo vobis mandamus quod predictum Willelmum a prisona nostra deliberari faciatis. Teste rege apud Wintoniam, iiij. die Februarii.

Pro nuntiis L. regis Francie.—Mandatum est ballivis portus Dovor' quod de nuntiis L. regis Francie, qui nuper venerunt in Angliam pro treugis inter regem et predictum regem Francie assecurandis et jam sunt in revertendo ad partes suas, nichil exigant pro passagio ipsorum vel hominum suorum, quando in Angliam applicuerunt, nec etiam pro passagio eorundem in redeundo versus partes suas, quia rex ipsos vult inde esse quietos. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1236
[m. 18]

Pro Willelmo de Bosco prisone.—Rex constabulario Sancti Briavelli salutem. Scias quod Willelmum de Bosco captum et detentum in prisona nostra apud Sanctum Briavellum pro forisfacto foreste nostre dimisimus dilecto et fideli nostro G. Marescallo, comiti Penbr', usque ad proxima placita foreste nostre per plevinam ipsius comitis. Et ideo tibi precipimus quod predictum Willelmum a prisona nostra deliberes per predictam plevinam, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Hugone Dispensario.—Rex concessit per cartam suam Hugoni Dispensario quod ipse et heredes sui et homines sui de Hullum, Bergeby et Skipen', in comitatu Eboraci, sint inperpetuum quieti de sectis comitatuum, wapentaccorum, trithingorum et de auxiliis vicecomitis et de visu franci plegii et de murdro, sicut plenius continetur in carta regis, quam predicto Hugoni rex inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod cartam predictam in pleno comitatu suo legi et teneri faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro vinis ad opus regis.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod sint in auxilium servienti Johannis de Colemere litteras regis deferenti et efficax consilium ei inpendant ad recipiendum et signandum ad opus regis viginti dolia vini de melioribus vinis que venerunt vel in proximo ventura sunt usque Lond', quousque predictus Johannes qui pro agendis regis illuc ad presens ibi venire non potest illuc venerit. Teste rege apud Wintoniam, v. die Februarii.

De perdonatione fuge.—Rex perdonavit Nicholao filio Alani fugam quam fecit pro morte Rogeri de Lynde, unde rettatus est. Et mandatum est vicecomiti Surr' quod in comitatu suo ipsum Nicholaum decetero nec interrogari nec utlagari faciat. Teste ut supra.

G'. De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod faciat habere G. Maresecallo, comiti Penbr', triginta bonas quercus in Dygherleg' ad se hospitandum apud Hamsted', de dono regis. Teste ut supra per G. de Craucumb.'

Pro Rogero de Noting', palefridario regis.—Rex concessit Rogero de Noting', uni palefridariorum suorum, unum denarium singulis diebus de elemosina regis constituta, quem Willelmus balistarius qui mortuus est, ut dicitur, percipere consuevit per manum vicecomitis regis Essex'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod id ei habere faciant. Teste apud Wintoniam, vij. die Februarii.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Vivon' quod in parco de Brug' faciat habere Hereberto filio Mathei quatuor damas et unum damum ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam, vij. die Februarii.

Pro Hereberto filio Mathei.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta regis de Nerechich' faciat habere Hereberto filio Mathei sex damas et unum damum ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege ut supra.

1236.

[m. 18.] *Pro priore de Thurgarton'.*—Mandatum est vicecomiti Noting' quod non vexet vel vexare permittat priorem de Thurgarton' vel homines suos vel advocatos elemosinarum suarum occasione tenementorum que idem prior de eis tenet, contra libertates quas rex eidem priori concessit per cartam regis quam inde habet. Teste ut supra.

Rex. De operationibus apud Westmonasterium.—Mandatum est H. de Patheshull', thesaurario domini regis, quod borduram a tergo sedis regis in capella Sancti Stephani apud Westmonasterium et borduram a tergo sedis regine ex alia parte ejusdem capelle internis et externis depingi faciat de viridi colore; juxta sedem ipsius regine depingi faciat quandam crucem cum Maria et Johanne ex opposito crucis regis que juxta sedem regis depicta est. Teste ut supra.

[m. 17.] *De perdonatione.*—Rex perdonavit Radulfo filio Bernardi quinque marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu Sumers'. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod [de] predictis quinque marcis ipsum Radulfum quietum esse permittat. Teste rege apud Wintoniam, viij. die Februarii.

Pro Ada, salsario domini regis.—Rex dedit Ade, salsario regis, domos cum pertinentiis in Winctonia que fuerunt Abrahe Pinch', Judei, qui nuper suspensus fuit pro felonia, habendas et tenendas eidem Ade et heredibus suis de rege et heredibus suis, salvis servitiis dominorum feodi. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod eidem Ade de predictis domibus cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Wintoniam, ix. die Februarii.

Pro Fulcone de Montgumery.—Rex vicecomiti Cantebrigie salutem. Satis recolimus sepius tibi precepisse quod per sacramentum liberorum et legalium hominum de honore comitis Britannie de Bassingburn' et aliorum forinsecorum diligenter inquireres si dimidia hida terre cum pertinentiis pertinens esset ad feodum de Mordon' quod Willelmus Cocus tenuit in eadem villa, vel ad feodum quod Warinus de Bassingburn' aliquando tenuit in Bassingburn' et Mordon' de honore comitis Britannie, et per quanquilibet inquisitionem nobis dedisti intelligi quod quedam dimidia hida terre in Bassingburn' pertinens fuit ad feodum predicti Willelmi Coci de Mordon' set non designasti in inquisitionibus que vel qualis esset illa dimidia hida terre. Et ideo tibi precipimus quod per sacramentum liberorum et legalium hominum de predicto honore de Bassingburn' et aliorum forinsecorum partiri facias per sortem omnes dimidias hidas terre de predictis feodis que fuerunt ipsius Warini, et cum partite fuerint tunc illam dimidiam hidam que per sortem acciderit assignari facias feodo quod fuit ipsius Willelmi in Mordon' et certas bundas apponi, et cum assignata fuerit, tunc illam in manum nostram capias et salvo custodias, donec aliud inde tibi preceperimus. Teste ut supra.

1236.
[m. 17.] *Judei. De extenta facienda pro Hugone Bissop'.*—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Hugonis Bissop' de Wincheles' extendi faciant per sacramentum proborum et legalium hominum et de debitis que debet Sampsoni filio Aaron, Judeo London', rationabiles terminos ei habere faciant secundum valorem terre sue et quantitatem predicti debiti. Teste rege apud Assel', x. die Februarii.

Rex. De cupis datis.—Mandatum est Johanni de Gatesden' quod de cupis quas habet in custodia sua liberet Neudrado de la Ramade unam cupam, et Petro de Didon' unam cupam, et Willelmo Gumbaud unam cupam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo de Crek'. –Mandatum est baronibus de Scaccario quod, si Bartholomeus de Crek satisfecerit ad Scaccarium regis de summa pecunie et de aliis propter que manerium suum de Cambes captum fuit in manum regis, quod justum fuerit eidem Bartholomeo fieri faciant. Teste rege apud Clarendon', xi. die Februarii.

De manerio de Ormesby talliando.—Quia rex dominica sua per Angliam fecit talliari, mandatum est vicecomiti Norf' quod de manerio de Ormesby, quod fuit dominicum predecessorum regis, regum Anglie, et quod Galfridus filius Johannis tenet de rege ad feodi firmam, eidem Galfrido rationabile tallagium habere faciat. Teste ut supra.

Rex. De coronatoribus eligendis.—Mandatum est vicecomiti Leic' quod in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus sui eligi faciat de fidelioribus ei discretioribus militibus ejusdem comitatus loco Willelmi de Odiston' et Johannis de Gimpton', coronatorum regis predicti comitatus, qui minus sufficientes sunt, duos coronatores qui prestito sacramento, sicut fieri solet, extunc faciant et conservent ea que ad coronam regis pertinent in eodem comitatu; et tales eos ad hoc eligi faciat qui ad hoc melius sciant et velint intendere, et nomina eorum regi scire faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Blakemor' faciat habere priori de Monte Acuto viginti quercus ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia aliter in anno sequenti.*

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Vivon' quod faciat habere Roberto de Muscegros decem damas in parco de Brug' Wauter ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Godefrido de Craucumb'.—Rex concessit Godefrido de Craucumb' per cartam suam quod mercatum quod singulis septimanis teneri consuevit apud manerium suum de Bere per diem Lune teneatur decetero ibidem per diem Mercurii, nisi mercatum

1236.
[m. 17.] illud fuerit ad nocumentum vicinorum mercatorum. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod predictum mercatum clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Clarendon', xij die Februarii.

De pardonatione.—Rex perdonavit Baldewino de Ver octo marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii regis de prestito Wallie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis octo marcis predictum Baldewinum quietum esse faciant. Teste rege apud Clarendon', xiij. die Februarii.

Rex perdonavit Thome Daniel qui habet in uxorem Isoldam de Kidereministr' que fuit cum imperatrice, sorore regis, quadraginta solidos per quos finem fecit cum rege pro misericodia sua in quam incidit coram justiciariis regis itinerantibus apud Wilton' pro licentia concordandi. Et mandatum est predictis justiciariis quod predictum Thomam de predictis xl. solidis quietum esse faciant. Teste ut supra.

De robore dato.—Mandatum est custodi foreste de Clarendon' quod faciat habere recluse de Bretford' unum robur ad focum suum in foresta predicta, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Gillingham quod faciat habere Roberto de Mucegros duas bonas quercus in balliva sua ad faciendum duas gutteras in quodam vivario suo, de dono regis. Teste rege apud Luttegareshal', xv. die Februarii.

De quercubus prosternendis ad opus regis.—Mandatum est custodi foreste de Clarendon' quod prosterni faciat viginti et septem fusta in foresta predicta et viginti fusta in foresta regis de Milcet ad operationes regis apud Clarendon' faciendas; et fusta illa habere faciat custodibus predictarum operationum. Teste rege ut supra.

Pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est constabulario de Porecestr' quod in foresta de Porecestr' faciat habere Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, quadraginta quercus ad maeremium inde faciendum et ducendum usque in Insulas, de dono regis. Teste ut supra.

Rex commisit Henrico de Trublevill' domos regis de Portesm' custodiendas quamdiu regi placuerit. Et mandatum est ballivis de Portesm' quod eidem Henrico de domibus predictis plenam sesinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Hugone Paynel.—Rex concessit Hugoni Painel quod in hac quadragesima currat ad vulpes in warenna de Corf'. Et mandatum est constabulario de Corf' quod ipsum Hugonem ad hoc ibidem currere permittat. Teste rege apud Merleberg', xvi. die Februarii.

Rex. Pro operationibus apud Wintoniam.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod operariis aule Wintonie, de quibus operationibus penes se habet litteras regis de allocatione, sine dilatione et difficultate

1236
[m. 17.] reddat arreragia que eis debentur de stipendiis suis, [et] fieri faciat operationes in castro regis Wintonie secundum quod Magister Elyas de Derh', cui rex voluntatem suam plenius exposuit, ei dixerit. Teste rege apud Clarendon', xiiij. die Februarii.

Pro quibusdam Judeis.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod ducentas et viginti libras quas Hugo de Gurnay debuit Aaron filio Abrahe, Mosse filio Isaac, David de Oxonia, Benedicto Cresspin et Jacobo, fratri ejus, Judeis, perdonavimus eidem Hugoni usque ad quatuor viginti et quinque marcas, que sunt sors predicti; et volumus quod tota perdonatio predicta predictis Judeis allocetur in debitis suis que nobis debent. Et ideo vobis mandamus quod, vocatis coram vobis Judeis predictis et inquisito diligenter per scripta et tallias quantum predictus Hugo singulis predictis Judeis debebat de toto predicto debito ducentarum et viginti librarum perdonationem predictam usque ad quaterviginti et quinque marcas secundum portionem suam ipsos contingentem in debitis que nobis debent eis allocari faciatis. Teste ut supra.

Pro episcopo et priore et monachis Elyensibus.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Mandamus vobis quod allocari faciatis venerabili patri H. Elyensis episcopo, et priori et monachis Elyensibus amerciamenta hominum suorum infra hundreda sua et extra, similiter et catalla fugitivorum et suspensorum de predictis hundredis secundum tenorem cartarum suarum quas predicti episcopus, prior et monachi habent a nobis et predecessoribus nostris regibus Anglie; et sicut predicta amerciamenta et catalla fugitivorum et suspensorum alias consueverunt eis allocari ad Scaccarium nostrum per libertatem predictarum cartarum. Teste ut supra.

Pro Nicholas de Oxehay.—Mandatum est constabulario Bristollie quod permittat Nicholao de Oxehay vendere centum solidatos bosci in bosco suo de Button', qui est in haya regis de Gingeswud', ita quod vastum in bosco illo non fiat. Teste rege apud Merleberg', xviij. die Februarii.

Pro W. Exoniensi episcopo.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod non permittat quod Hamo de Crevequoer, occasione mortis heredis Willelmi de Abbrincis qui fuit in custodia W. Exoniensis episcopi, manum mittat ad catalla que idem episcopus habet in terris que fuerunt predicti Willelmi vel ad blada que idem episcopus seminari fecit in eisdem terris; que quidem catalla et blada eidem episcopo concessimus habenda occasione custodie predicte non obstante morte predicti heredis. Et si forte idem Hamo inde molestiam vel dampnum intulit contra prohibitionem regis eidem Hamoni inde factam ipse sine dilatione id faciat emendari, ne pro defectu sui ad regem clamor inde pervenire debeat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Kancie, Berk', Bedef', Hertford'.

1236.
[m. 17.] Et mandatum est eidem Hamoni quod ad catalla, blada et alia que pradictus episcopus habuit in terre predicta, manum non mittat etc. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in bosco regis de Kingeswud' faciat habere Magistro Thome de Wymundh', clerico H. de Patheshull', thesaurarii regis, tres quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', xix. die Februarii.

De fustis datis.—Mandatum est eidem Johanni quod, si fratres predicatores Eboraci nondum habuerint viginti fusta que rex eis dedit in foresta de Gautr' per breve regis inde directum custodi ejusdem foreste, tunc predicta viginti fusta eis sine dilatione faciat habere ad domos suas apud Eboracum reparandas. Teste rege ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est eidem Johanni quod in foresta de Chipeham faciat habere Ele, comitisse Sarrisburie, duo robora ad quendam rogum faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Alexandro de Mares.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod si Alexander de Mares invenerit ei securos et salvos plegios de stando recto si quis versus eum loqui voluerit de pace regis fracta, unde rettatus fuit coram Martino de Patheshull' et sociis suis, justiciariis regis tunc itinerantibus in comitatu predicto, tunc ei pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Rex. De Aaron de Eboraco residente ad Scaccarium.—Rex assignavit Aaron de Eboraco, Judeum, ad residendum ad Scaccarium regis Judeorum ad negotia regis una cum justiciariis regis ad custodiam Judeorum assignatis ibidem facienda. Et mandatum est predictis justiciariis quod ipsum Aaron ad hoc admittant et negotia regis ad honorem et comodum (*sic*) regis de consilio suo faciant. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Savernac faciat habere magistro Hospitalis Sancti Johannis de Merleberg' decem fusta ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Eslinton'.—Rex vicecomiti Norhumbr' salutem. Quia inquisitio quam fecisti per preceptum nostrum de terra et herede Alyne de Wyhttingham' insufficiens fuit, eo quod in ea non continebatur quod Johannes de Eslint', de quo nobis significasti quod erat propinquior heres prefate Alyne, esset filius prefate Aline de viro suo desponsato, sicut se facit; ideo tibi precipimus quod, revocatis in presentia tua legalibus hominibus per quos facta fuit prior inquisitio, si tibi constiterit per eosdem quod predictus Johannes filius sit prefate Aline, sicut predictum est, tunc de tota terra que fuit ipsius Aline in balliva tua de qua fuit seisita ut de feodo

1236.

[m. 17.] die qua obiit, ipsi Johanni plenam seisinam habere facias. Et hoc nobis sub sigillo tuo et sigillis predictorum significes. Teste ut supra.

[m. 16.] *Pro Magistro Waltero de Lench'.*—Rex intuitu Dei concessit etc. Magistro Waltero de Lench' capellas regis de Divisis. Et mandatum est constabulario castri de Divisis quod in corporalem possessionem predictarum capellarum ipsum inducat. Teste rege apud Farendon', xx. die Februarii.

De gaiola regis Oxonie.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in bosco de Shotovr' faciat habere vicecomiti Oxonie viginti quercus ad operationem gaiole in castro regis Oxonie. Teste rege apud Oxoniam, xxij. die Februarii.

Pro Roberto Prest'.—Rex perdonavit Roberto Prest' transgressionem quam fecit in foresta regis de Pauncehal' capiendo in ea unum founum. Et mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod predictum Robertum, captum et detentum in prisona regis occasione predicta, ab eadem prisona deliberet et libere quo voluerit quietum abire permittat. Teste rege ut supra.

Pro Ricardo Suward et uxore ejus.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod capere permittat Ricardum Suward' et Philippam, uxorem ejus, rationabile estoverium suum in boscis suis de Stowud' et Sohovr', sicut ipsi et antecessores predicte Philippe hactenus capere consueverunt. Teste rege ut supra.

De perdonatione pro Gilberto Bass'.—Rex perdonavit Gilberto Basset quinque marcas per quas finem fecit coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu Suht' pro licentia concordandi cum Willelmo de Ponte de Arch' et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis quinque marcis ipsum Gilbertum quietum esse faciant. Teste rege apud Wudest,' xxiij. die Februarii.

De perdonatione transgressionis foreste.—Rex perdonavit Ricardo de Thuncel et Willelmo et Stephano, filiis suis, transgressionem quam fecisse dicuntur in foresta regis. Et mandatum est Johanni de Nevill,' justiciario foreste, quod predictos Ricardum, Willelmum et Stephanum, captos et in prisona regis detentos occasione predicta, a predicta prisona deliberet et quietum (*sic*) quo voluerint abire permittant. Teste rege apud Wudest', xxv. die Februarii.

Pro Willelmo filio Willelmi.—Mandatum est vicecomiti Lanc' quod, si Willelmus filius Willelmi nondum utlagatus sit in comitatu suo pro morte Roberti le Tallur unde appellatus est et debet utlagari ad proximum comitatum suum, tunc utlagationem illam ponat in respectum usque ad alium comitatum suum. Teste ut supra.

1236.
[m. 16.] *Pro E. comitissa Sarrisburie.*—Mandatum est Johanni de Plesset' quod de fustis que rex dedit E. comitisse Sarrisburie, in foresta de Chipeh' permittat ipsam quod rogum quendam fieri faciat in eadem foresta de licentia regis. Teste ut supra.

Pro abbate et monachis Westmonasterii.—Rex vicecomiti Essex' salutem. Cum per cartam nostram concesserimus abbati et monachis Westmonasterii quod habeant catalla fugitivorum et dampnatorum de feodis suis et quod se in seisinam ponere possint de feodo suo quod tenentes eorum forisfecerint, sicut plenius continetur in carta nostra quam eis inde fieri fecimus; tibi precipimus quod de catallis que fuerunt Ricardi de Orkel' et Ade filii Decani nuper dampnatorum, ut dicitur, et qui tenuerunt de predictis abbate et monachis, eis plenam seisinam habere facias, permittens eos sine difficultate ponere se in seisinam feodi sui quod de ipsis abbate et monachis predicti dampnati tenuerunt, et in hiis et in aliis contra libertates quas habent per cartam nostram nullatenus eos vexare presumas, set libertates et quietancias in carta nostra plenius contentas secundum tenorem carte nostre eis teneri facias. Teste rege apud Wudest', xxvj. die Februarii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' etc. quod habere faciat abbati et monachis de Thama xxx. robora in foresta de Brehull' ad quendam rogum faciendum ad fabricam cancelli sui de Thama quod prostratum est, de dono regis. Teste rege apud Wodestok', xxvij. die Februarii.

Pro Roberto de Pavely.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod de quarta parte feodi unius militis quam Ricardus de Luvetot tenuit de feodo de Brokes' et de novem solidatis redditus quas percepit per annum de militari feodo Willelmi de Ambely et de novem solidatis redditus quas recepit per annum de feodo militari in Burstall', sicut rex accepit per inquisitionem inde factam per preceptum regis, plenam seisinam habere faciat Roberto de Pavely, cui rex dedit custodiam terre et heredis predicti Ricardi. Teste ut supra.

De operationibus apud Westmonasterium.—Mandatum est Odoni aurifabro quod reparari faciat kayum regis apud Westmonasterium quod nuper confractum est per inundationem aquarum; faciat etiam fieri oriolum quod est inter novam cameram regis et receptam versus Tamisiam, sicut rex ei precepit, cum esset apud Lond'. Mandatum est thesaurario regis quod denarios ei habere faciat ad opus illud faciendum. Teste rege ut supra.

Mandatum est Hugoni de Patheshull' quod custodibus operationum regis Westmonasterii denarios habere faciat ad operationes predictas. Et in adventu regis ad partes London', cum sciverit summam denariorum, breve quod 'liberate' vocatur ei inde habere faciet. Teste ut supra.

1236
[m 16.] *Pro Michaele filio Nicholai.*—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod maeremium quod Michael filius Nicholai perquirere poterit in balliva sua ad se hospitandum apud Norton' et Sidelberg' illud eum libere et sine impedimento chiminachii cariare permittat. Teste ut supra.

Pro priore Sancte Fretswide Oxonie.—Quia protestatum est coram rege per Christianos et per Judeos quod de viginti et una marcis quas Copinus Judeus Oxonie deposuit in prioratu Sancte Fretheswide, Oxonie, solute sunt dicto Copino viginti marce per priorem ejusdem domus; mandatum est vicecomiti Oxonie quod, cum satisfactum fuerit heredi predicti Copini de una marca residua per predictum priorem, cartam predicti prioris que residet penes predictos ipsius Copini eidem priori sine dilatione reddi faciat. Teste rege ut supra.

De extenta terre Thome le Escot.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Thome le Escot de Werton' in Werton que est vadium Aaron, Judei Eboraci, Deudun', Judei Norhampt', et Salomonis le Neyr, Judei Eboraci, extendi faciant quantum valeat in dominicis, vilenagiis, redditibus, serviciis et omnibus aliis exitibus terre, et, facta extenta predicta, eidem Thome rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ad debita que predictis Judeis debet reddenda secundum valorem predicte terre et quantitatem predictorum debitorum. Teste rege apud Wudest', primo die Marcii.

De perdonatione pro Johanne de Plesset'.—Rex perdonavit Johanni de Plesset' duas marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii regis de prestito Wallie. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod eidem Johanni pacem inde habere permittat. Teste rege apud Wudest', ij. die Marcii.

Pro priore de Hurl'.—Rex concessit per cartam suam priori de Hurl' quasdam libertates et quietancias plenius in carta regis quas ei inde fieri fecit contentas. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et ei libertates et quietancias in ea contentas teneri faciat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est constabulario de Windles' quod cartam predictam in curia de Windes' legi faciat et libertates etc. ei teneri faciat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de septem hundredis quod cartam illam legi faciant in predictis hundredis et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Blund'.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Monstravit nobis Willelmus le Blund' quod mutuo accepit de David' Judeo Oxonie quatuor marcas pro decem marcis eidem Judeo reddendis a Pascha, anno regni nostri decimo nono, infra Pascha proximo sequens, et quia idem Willelmus

1236.
[m. 16.] sentit se nimis gravatum de debito illo infra terminum predictum reddendo, concessimus ei quod ad hoc Pascha, anno regni nostri xx. reddat unam medietatem et ad Pascha anno regni nostri xxi. aliam medietatem. Et ideo vobis mandamus quod eidem Willelmo terminos predictos habere faciatis. Teste ut supra.

Pro Magistro Ricardo, coco domini regis.—Mandatum est majori et ballivis regis Wintonie quod occasione tallagiorum que nuper assideri fecerunt in villa Wintonie nichil a Magistro Ricardo, coco regis, vel hominibus de familia sua exigant. Et si quid ab eis ceperint, id eis sine dilatione reddi faciant, quia rex vult eos de tallagiis predictis quietos esse. Teste rege apud Norht', iiij. die Marcii.

De respectu duelli.—Rex justiciariis suis de banco salutem. Sciatis quod diem prefixum Ricardo filio Stephani et Johanni de Hersy a die Pasche in xv. dies de duello inter eos vadiato de pace nostra fracta prorogavimus usque ad octabas Sancte Trinitatis. Et ideo vobis mandamus quod respectum illum eis inde habere permittatis. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro Rogero le Tayllur.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod, si Rogerus le Tayllur de Rowell', captus et detentus in prisona regis apud Norht' pro transgressione quam dicitur fecisse in foresta regis, invenerit ei salvos et sufficientes plegios ad standum inde recto coram justiciariis regis cum in partes illas venerint ad placitandum de placitis foreste, tunc ipsum deliberari faciat. Et habeat ibi nomina plegiorum etc. Teste rege apud Norhampt', v. die Marcii.

De decimis reddendis.—Mandatum est ballivo de Rowell' quod ecclesie de Rowell' reddi faciat decimas fenorum et molendinorum et aliarum, sicut ante tempus suum reddi consueverunt; ita quod rex inde clamorem audire non debeat. Teste rege apud Norhampt', vi. die Marcii.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de la Saucey faciat habere fratribus minoribus Norht' quinque robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est eidem Johanni de quinque roboribus ad opus fratrum predicatorum Norht' in foresta predicta. Teste ut supra.

Hybernia. De respectu loquele pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod assisam mortis antecessoris quam Willelmus filuis Alani et Agnes, uxor ejus, aramiaverunt versus Henricum de Trublevill' de manerio de Balimadon', ponat in respectum usque ad Natale Domini, anno etc. xx. Teste ut supra.

1236
[m. 16.] *Pro Philippo parcario.*—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod si Philippus parcarius, captus et detentus in prisona regis in balliva ipsius vicecomitis pro morte Edeline de Thunhurst, unde rettatus est, invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo qui manucapiant eum habere coram justiciariis regis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc tradat eum in ballium predictis xij. etc. Teste rege apud Norht', vij. die Marcii. Per speciale preceptum regis sine omni inquisitione precedente.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta regis de Salceto habere faciat priori Sancti Andree, Norht, quinque quercus ad scindulam faciendam ad domos suas cooperiendas, de dono regis. Teste rege apud Hecham', xij. die Marcii.

Rex. De trenchea facienda inter boscum regis de Haspel' et boscum abbatis Glouc'.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod, assumptis secum viridariis et forestariis et aliis de balliva sua, per visum et testimonium eorum fieri faciat unam trencheam inter boscum regis de Hasel' et boscum abbatis Glouc', et postea descendendo inter eundem boscum de Hasel' et ballivam Willelmi de Den', ita latam ut alie trenchee sunt in eadem foresta que facte fuerunt tempore domini J. regis, patris hujus regis. Teste rege apud Hegham, viij. die Marcii.

Pro Johanne de Stutevill'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod permittat Johannem de Stutevill' capere in bosco suo proprio quem habet infra forestam regis de Shirewud', per visum viridariorum et forestariorum regis, viginti fusta ad se hospitandum. Teste rege apud Hecham, viij. die Marcii.

Pro Johanne de Castr'.—Quia rex accepit per inquisitionem inde factam quod Mabilia que fuit uxor Roberti de Neuton' appellat Johannem de Castr' de morte predicti Roberti odio et atya et non quod inde culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Norf' quod, si idem Johannes invenerit ei xij. probos et legales homines qui manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc., tunc ipsum tradet predictis xij. in ballium, sicut predictum est. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo Hardel, custodi cambii Lond', quod occasione et dilatione postpositis faciatis (*sic*) habere vicecomiti de Frunzac sexaginta marcas, de dono regis, et preterea quinque marcas ad unum palefridum emendum, similiter de dono regis, de exitibus predicti Cambii. Injunxit autem rex oretenus H. de Patheshull', thesaurario suo, quod in proximo adventu suo Lond' ei habere faciat denarios predictos. Teste rege apud Sanctum Neothum, ix. die Marcii.*

Pro Willelmo de Eltisdon'.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Wilt' quod loquele (*sic*), que summonita fuit coram rege in itinere predicti regis inter Stephanum de Segrave et Willelmum de

* Cancelled 'quia reddidit breve predictum et habuit inde breve de liberate.'

1236.
[m. 16.] Eltesdon' de compote ipsius Willelmi de tempore quo fuit ballivus predicti Stephani de comitatu Bedef' et Buk', penitus supersedeant, quia dominus rex loquelam predictam posuit coram baronibus suis de Scaccario a die Pasche in unum mensem. Scire etiam faciant predicto Stephano quod loquelam suam ibidem prosequatur. Teste ut supra.

[m. 15.] *De quercubus datis.*—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Seppel' habere faciat Imberto de Hereford' ad se hospitandum apud Thownacslund' quinque quercus, de dono regis. Teste rege apud Bernewell,' x. die Marcii.

De roboribus datis.—Mandatum est eidem Johanni quod in foresta de Seppel' habere faciat priorisse et monialibus de Huntind' duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Andrea de Helyun.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per probos et legales homines extendi faciant terram Andree de Helyun in Bansted que est vadium Jacobi Crespin, Judei London', quantum valeat in dominicis, redditibus, villenagiis et omnibus aliis exitibus terre, et, facta extensione predicta, eidem Andree rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciatis ad debitum in quo predicto Judeo tenetur reddendum secundum valorem predicte terre et quantitatem predicti debiti; ita quod interim cessent usure. Teste ut supra.

Pro magistro de Chipeh'.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Sanctum Edmundum quod de vinis regis que venerunt de Lond' et sint in custodia sua faciant habere magistro de Chipeh' unum dolium vini rubei Wasconie, de dono regis. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xiij. die Marcii.

Pro W. de Kirkeh' de quercubus datis.—Mandatum est Ade filio Willelmi et Ricardo de la Lad' quod habere faciant W. de Kirkeham, decano Sancti Martini, London', v. quercus et l. cheveronos in boscis qui fuerunt Roberti filii Walteri qui sunt in custodia sua sparsim per loca ubi competencius et ad minus nocumentum eorundem boscorum capi possint, ad maeremium inde faciendum ad quandam grangiam faciendam apud manerium suum de Neuport quod est in manu ipsius decani. Teste rege apud Bernewell', xv. die Marcii.

Eodem modo scribitur Ricardo de la Lad' de quinque quercubus et l. cheveronis habendis in boscis qui fuerunt G. quondam comitis Glouc', qui sunt in custodia sua, sparsim et per loca ubi competencius et ad minus nocumentum eorundem boscorum capi possint, etc.

Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat predicto W. de Kirkeham quinque quercus in foresta Essex' ad maeremium inde faciendum ad grangiam predictam. Teste ut supra.

1236.
[m. 15.] Eodem modo scribitur Johanni de Nevill', justiciaro foreste, de v. quercubus habendis in parco de Hathfeld' ad postes faciendos ad eaudem grangiam. Teste ut supra.

Pro hospitali de Osspring'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod in bosco suo de Mereden' faciat habere fratri G. elemosinario suo, custodi hospitalis de Hospring', vj. fusta ad vj. postes et fusta necesssaria ad pannas faciendas de longitudine lx. pedum et quatuor trabes et laqueos necessarios ad predictum maeremium ad quendam domum in predicto hospitali faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

Judei. De terra Johannis Ruffi extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Johannis Ruffi in comitatu Cantebrigie que est vadium Jacobi Crespin et Joscei le Prestre, Judeorum London', extendi faciant, videlicet quantum valeat per annum in redditibus, dominicis, homagiis, serviciis et aliis exitibus terre, facientes inde habere predicto Johanni rationabilem finem et rationabiles terminos ad solvendum predictis Judeis debitum in quo eis tenetur secundum valorem predicte terre et quantitatem supradicti debiti. Teste rege apud Crucem Roesie, xvi. die Marcii.

Pro Henrico de Sancto Hillario.—Rex R. de Lexinton' et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Dors', salutem. Quia Gunnora de Sancto Hillario demisit se, sicut datum est nobis intelligi, de manerio de Cortun' quod Galfridus de Dynaunt petit versus ipsam per breve nostrum coram vobis, et inde cepimus homagium Henrici de Sancto Hyllario, filii sui, ut dicitur, vobis mandamus quod loquelam que est inter predictum Galfridum et ipsam Gunnoram de manerio predicto ponatis in respectum usque in xv. dies a Pascha, anno regni nostri xx., ut interim inquiri faciamus si predicta Gunnora de predicto manerio se demiserit et homagium predicti Henrici inde ceperimus, sicut predictum est. Teste rege apud Crucem Roesie, etc. ut supra.

Pro Godefrido de Craucumb'.—Mandatum est custodibus vinorum suorum Oxonie quod faciant habere Godefrido de Craucumb' unum dolium vini de vinis nostris que sunt in custodia vestra pro uno dolio vini quod nobis commodavit cum nuper fuissemus apud Bernewell'. Teste ut supra.

Wasconia. Pro Amenyo de Lenbret.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' et Willelmo scissori suo quod emi faciant unam pulcram culcitram de serico et unum matracium et quoddam coopertorium de scarletto cum penula de bissis et ea liberent H. de Trublevill', senescallo suo Wasconie, ad opus Amenei de Lenebret, de dono, regis. Teste rege apud Weston', xix. die Marcii.

1236.
[m. 15.] *Pro Willelmo Ricardi de Barzac.*—Rex H. de Trublevill', senescallo suo Wasconie, salutem. Sciatis quod commisimus Willelmo Ricardi, bailliam de Barzac custodiendam tota vita sua et ad se sustentandum in servicio nostro, ita tamen quod bailliam illam bene et salvo custodiat et vobis et aliis senescallis nostris Wasconie, qui pro tempore fuerint, de redditibus et exitibus ejusdem baillie fideliter respondeat. Et ideo vobis mandamus quod eidem Willelmo de baillia illa plenam seisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill' (sic).—Mandatum est Avicie de Columbers quod faciat habere Henrico de Bernevall' x. fusta in Finchel' ad se hospitandum apud Chelebaunt, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbathia Sancte Marie Wintonie.—Mandatum est vicecomiti Suhampt', sicut jam sepius mandatum est, quod domum Sancte Marie Wintonie et terras et bona ejusdem domus salvo custodiat; ita quod inde nichil capiatur vel amoveatur preter sustentamentum monialium ejusdem domus, que quidem sustineantur modo debito et consueto et singule secundum sui status exigentiam, nec permittat aliquatenus quod Natalia, quam quedam pars predictarum monialium elegit et que se gerit, ut audivimus, tamquam electam, aliquam habeat amministrationem temporalem, donec a nobis aliud habueris mandatum. Teste rege apud Dinesl', xxi. die Marcii.

De subbosco in boscis qui fuerunt Roberti filii Walteri ulterius non vendendo.—Mandatum est Ade filio Willelmi quod venditionem subbosci de boscis qui fuerunt Roberti filii Walteri, qui sunt in manu regis, quam rex per eum fieri precepit, penitus cessare faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De respectu loquele pro Pagano de Chaurces.—Mandatum est justiciariis de banco quod loquelam que summonita est coram eis per breve regis inter Ricardum de Argent', petentem, et Paganum de Chaurces, tenentem, de maneriis de Linl' et de Wylye, pona[n]t in respectum usque in crastinum octabarum Sancte Trinitatis, anno etc. xx. Teste ut supra.

Mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Kancie quod loquelam que summonita est coram eis per breve regis de waranto carte inter Walterum de Beruton' et predictum Paganum ponant in respectum usque ad eundem terminum. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est Petro Cucu quod ducentas marcas quas rex ei fecit liberari apud Portesm' ad equos emendos in partibus suis ad opus regis, de quibus regi postea non respondit in equis nec in denariis, sine dilatione reddat H. de Trublevill', senescallo Wasconie, cujus (*sic*) rex eas dedit. Teste ut supra.

1236.
[m. 15.]

Pro executoribus testamenti Roberti filii Walteri.—Quia rex non vult quod executores testamenti Roberti filii Walteri super executione illa inpediantur per blada que rex capi fecit ad opus suum ad terras que fuerunt ipsius Roberti et que sunt in manu regis seminandas, mandatum est Ade filio Willelmi quod de redditibus et aliis exitibus terrarum predictarum memoratis executoribus super denariis quibus rex eis tenetur ratione predicta, sine dilatione satisfaciat; ita quod regi non contingat executionem illam inpediri vel dilationem capere, nisi forte predictus defunctus debitum aliquid regi debuisset, quod quidem, si ita est, predictis executoribus vult computari. Teste ut supra. Et hoc episcopo Elyensi, uni executorum predictorum, significatum est.

Pro J. comite Linc'.—Mandatum est Willelmo de Horton quod habere faciat comiti Linc' tres damas in forinseco bosco de Brikestok' de dono regis, contra Pascha, et dominus rex scripsit ipsi Willelmo et non Johanni de Nevill' pro brevitate temporis. Teste rege apud Sanctum Albanum, xxij. die Marcii.

Pro magistro hospitalis de Lutegareshal'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere magistro hospitalis de Lutegareshal' ad maeremium faciendum ad reparationem domorum suarum que combuste fuerunt tres quercus in foresta de Brehull', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Hugone de Viron'.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod, non obstante eo quod mercatum quod Hugo de Vivon' levaverat apud manerium suum de Sypton' amotum fuit per preceptum regis propter nocumentum venerabilis patris J. Bathoniensis episcopi, apud Welles, clamari faciat apud predictum manerium ipsius Hugonis quandam feriam per tres dies duraturam, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Apostolorum Petri et Pauli. Teste rege apud Sanctum Albanum, xxv. die Marcii.

De vinis arestandis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Suht' quod, de melioribus vinis Andegavie que post Dominicam in Ramis Palmarum anno etc. xx. venerunt in villam Suht' vel que in proximo ibidem ventura sunt, arestari faciant ad opus regis triginta dolia vini, et salvo custodiant donec Johannes de Colemere aliud inde eis significaverit. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Marcii.

Pro Waltero Marescallo.—Rex mittit ad Ricardum de Muntfichet Ricardum de Turbervill' ad capiendum duas damas in foresta Essex' extra parcum de Havering' ad opus Walteri Marscall', de dono regis Et mandatum est predicto Ricardo quod ipsum Ricardum ad hoc admittat. Teste rege ut supra.

Pro Rogero de Queney.—Mandatum est vicecomiti War' et Leic' quod cartam regis quam Rogero de Quency fieri fecit de quibusdam libertatibus ei concessis in pleno comitatu suo legi et teneri faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Marcii.

1236.

[m. 15.] Eodem modo scribitur vicecomitibus Eboraci, Surr', Glouc', Bedef', Berk', Dors', Wilt', Essex', Sussex', Linc', Suhamt', Norhamt', Cantebr' et Huntind', Oxonie, Sumers' et Dors'.

[m. 14.] *De tradendo in ballium.*—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Rogerus de Mering', captus et detentus in prisona regis pro morte Willelmi filii Alexandri, rettatus est de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod si predictus Rogerus invenerit ei xii. probos et legales homines qui manucapiant eum habere etc., tunc tradat eum in ballium etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxxi. die Marcii.

De attornato heredum Philippi de Ulecotes.—Rex recepit Thomam de S[t]ratton' qui habet in uxorem Isabellam, unam de sororibus et heredibus Philippi de Ulecotes, loco Alicie Stirap', Hamelin' de Buggetorp' et Marg' uxoris Normanni filii Alani et Constancie que fuit uxor Danielis de Novo Castro, qui de rege tenent in capite per serjantiam custodiendi coronam regis in comitatu Norhumbrie et sunt participes predicte Isabelle ad custodiam predictam faciendam, que ad omnes pertineret facienda ratione tenementi sui quod de rege tenet (*sic*) in capite, ut predictum est. Et mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod predictum Thomam ad custodiendam predictam coronam regis in comitatu suo loco predictorum participum suorum admittat. Teste rege ut supra.

De maeremio dato.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod faciat habere fratribus predicatoribus de Norhampt' maeremium in foresta de Salceto, ad sexaginta cheverones ad refectorium suum faciendum, do dono regis. Teste ut supra.

De prisonibus.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod duos prisones qui arestati sunt in terra Baldewini de Ver pro latrocinio et quos idem Baldewinus ei faciet liberari recipiat et in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est ballivis Suht' quod per visum mercatorum deliberari faciant navem Thome le Mascun quam Johannes Blancbuly cepit in mari et que arestata est apud Suht' per preceptum regis, accepta prius securitate a magistro ejusdem navis quod satisfaciet Johanni Salady et sociis suis, mercatoribus Rothomagensibus, quantum ad ipsum pertinet de expensis quas fecerunt circa navem illa[m] et res et mercandisas ejusdem navis perquirendas et de damnis ei illatis occasione illius captionis. Teste rege apud Kenyton', prima die Aprilis.

De capreolo dato.—Mandatum est Jacobo Hoes' quod in foresta de Selewud' faciat habere Luce de Drumar', qui infirmus est, unum capreolum, de dono regis.. Teste rege ut supra.

1236.

[m. 14.] *Pro Galfrido Esturmy.*—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de debito quod Galfridus Esturmy debet Benedicto Crespin et sociis suis, Judeis, eidem Galfrido rationabiles terminos habere faciat. Teste ut supra.

Rex. De pluribus ornamentis ecclesie ad opus regis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod libros et ornamenta ecclesie subscripta emi faciat ad opus regis ponenda in capella regis apud Evereswell'(?), videlicet unum psalterium,* capitellarium, collectarium, ympnarium, breviarium, temporale scilicet et sanctorum, unum antiphonarium, unum missale, unum gradale, unum troparium et ordinale, et unam albam, amictum, stolam, manipulum, unam casulam, duo tualia Benedicto, unum manutergium, unum de canavazio ad coperiendum altare, phiolam et thurribulum, unum superaltarium, corporalia et pixidem, asserem ad pacem deferendum et duo candelabra. Et cum ea emerit, illa liberet custodi domorum regis apud Wudestok'. Teste rege apud Waltham, xxvi. die Marcii.

Libertas abbatis. Pro abbate Westmonasteriensi.—Rex vicecomiti Suht' salutem. Precipimus tibi quod non distringas tenentes abbatis Westmonasteriensis et homines ipsorum tenentium in balliva tua pro amerciamentis factis coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu tuo et finibus factis coram eisdem pro licentia concordandi et fine facto pro comitatu tuo, unde idem abbas quietanciam per cartam nostram quas eis inde fieri fecimus. Teste rege apud Kenyton', iiij. die Aprilis.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Middels'. Teste rege ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Hugoni de Vivon' centum solidos quos barones de Scaccario ab eo exigunt per summonitionem Scaccarii regis pro evasione Johannis Russel, prisonis, a prisona de Chiweton', qui postea eodem die captus et suspensus fuit, ut dicitur. Et mandatum est predictis baronibus quod ipsum Hugonem de predictis centum solidis quietum esse faciant. Teste rege apud Kenyton, iiij. die Aprilis.

Pro fratribus predicatoribus Oxonie.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod permittat fratres predicatores Oxonie libere et sine impedimento chiminachii abducere sex quercus quat† Willelmus Lungesp' eis dedit ad maeremium in bosco suo de Burecestr', qui est infra forestam regis. Teste rege apud Kenyton', v. die Aprilis.

De tradendo in ballium.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod si Johannes de Plesset' et Willelmus de Ambervilla, capti et detenti in prisona regis apud Noting' pro roberia facta de rebus et catallis Robertini, mercatoris de Florentia, in partibus de Blya, invenerint ei salvos plegios qui manucapiant eos habere coram rege quando

* MS. prealterium. † Sic in MS.

1236.
[m 14.] preceperit ad standum recto de roberia predicta unde rettati sunt, si quis inde versus eos loqui voluerit, tunc eos per plevinam predictam dimittat et a prisona regis deliberet. Nomina autem predictorum plegiorum, qui eos manuceperit (*sic*), regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro Ada de Sancta Elena.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod non obstante eo quod Adam de Sancta Elena terminos suos non servavit de fine quem fecit cum Elya Blundo, Elya filio Benedicti, Aaron filio Habrahe et Aaron Linc', Judeis regis, de debito in quo eis tenetur faciant ipsum Adam decetero terminos predictos habere et conservare. Teste rege apud Kenyton', vi. die Aprilis.

De extenta vadii Judeorum facienda.—Mandatum est eisdem quod terram Celestr' de Boleton' in Boleton', que est vadium Aaron et Salomonis et Joscei, Judeorum Lond', et per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant quantum terra illa valeat in dominicis redditibus, assisis et aliis, et secundum extensionem illam predicte Celestr' rationabiles terminos de debito quod ipsa eis debet, habere faciant. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est eisdem de terra Gilberti de Totenham in Totenham extendenda, que est vadium Elye le Evesk' et Aaron filii Abrahe, Judeorum Lond'. Teste ut supra.

Pro Henrico de Hauvill'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod non distringat Henricum de Hauvill' qui est in servitio regis per preceptum regis ad faciendum sectam ad comitatum suum. Et averia sua que occasione predicta [cepit] ei deliberari faciat. Teste rege apud Gingeston', viij. die Aprilis.

Pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est constabulario de Porecestr' quod faciat habere Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, sexaginta fusta in bosco Simonis de Monte Forti de dono ipsius Symonis infra forestam regis de Bere sparsim per loca ubi capi poterunt ad minus nocumentum bosci predicti carianda usque ad insulas regis Geres' et Gener'. Teste rege apud Kenyton', x. die Aprilis.

Rex. De vinis liberandis et cariandis.—Mandatum est custodibus celarii regis Westmonasterii quod de vinis regis que sunt in predicto celario liberent per visum Johannis de Colemere vicecomitibus regis London' sex dolia vini carianda usque Kenyton'. Liberent etiam predicto Johanni duodecim dolia vini de predicto celerio mittenda usque ad Turrim regis London', sicut rex ei precepit. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud London' liberet vicecomitibus regis Lond' tria dolia carianda usque Waltham, et quinque dolia carianda usque

1236.
[m. 14.] Havering', et decem et octo dolia vini que custodi (*sic*) celarii regis Westmonasterii ei liberabunt per preceptum regis, recipiat, de quibus cariari faciat usque Turrim London' duodecim dolia, et sex dolia liberet vicecomitibus London' carianda usque Kenyton', sicut rex eis precepit. Teste rege apud Kenyton', xi. die Aprilis.

Pro Magistro Symone de Langet', archidiacono Cantuarensi.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod Aaron de Eboraco, Judeum, qui debita exigit a Magistro S. de Langeton', archidiacono Cantuarensi, pro Waltero de Langeton' fratre suo, cujus heres ipse est, coram rege venire faciant ab octabis Clausi Pasche in xv. dies cum omnibus cartis, talliis et aliis munimentis, per que debita illa ab eo exiguntur ut sciri possit quantum idem Aaron ab eo exigit pro predicto Waltero, sicut ipse debita illa recuperare voluerit. Et interim non permittant† aliquam de predictis debitis fieri districtionem. Teste rege ut supra.

De inquisitione de quodam mortuo.—Mandatum est vicecomiti Midd' quod, assumptis secum coronatoribus regis de comitatu suo et presente ballivo abbatis Westmonasteriensis, fieri faciat inquisitionem de morte Osberti Smud, qui interfectus est apud Westmonasterium, et mortuum sepeliri faciat, salva baronibus regis de civitate London' libertate sua et similiter predicto abbati libertate sua; ita quod per inquisitionem illam nullius juri aut libertati derogetur. Teste ut supra.

Pro Sixto Romano.—Mandatum est majori et vicecomitibus London' quod appellum, quod Avicia Pech' facit versus Sixtum Romanum de raptu et pace regis fracta et unde idem Sixtus attachiatus est venire coram justiciariis regis itinerantibus apud Turrim Lond', ponant in respectum usque ad proximum adventum regis apud London', quia rex vult quod loquela illa coram eo sit deducta. Et habeant ibi hoc breve et aliud breve. Teste rege apud Windles' xi. die Aprilis.

De quodam prisone.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod prisonem captum apud Portesm' pro falsa moneta, quem ballivi regis apud Portesm' ei liberabunt, recipiat et salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

Insule. De inquisitione de Geres'.—Mandatum est baillivo de Geres' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de bailliva sua diligenter inquirat si Alesia et soror sua, filie Roberti Morin, fuerint seisite de octo acris terre in parochia Sancti Salvatoris ut de feodo die quo obierint, que quidem octo acre terre sunt in manu domini regis tanquam escaeta sua, ut dicitur, et si Willelmus Morin, qui dicit se esse heredem earum, sit propinquior heres earum ; et si per ipsam inquisitionem constiterit ei ipsum Willelmum esse propinquiorem heredem earum tunc eidem Willelmo de predicta terra sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

† Permittat MS.

1236.
[... 14.] *Pro ponte de Stanes.*—Mandatum est constabulario Windes' quod habere faciat Radulfo le Punter, custodi pontis de Stanes, quandam quercum ad reparationem predicti pontis in foresta de Windes', de dono regis. Teste rege apud Windes' xiij. die Aprilis.

Roma. Pro Johanne Saraceno.—Mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Salopie quod loquelam que summonita est coram eis per breve regis inter Thomam Corbet, petentem, et Johannem Saracenum, tenentem, de una virgata terre et tribus solidatis redditus cum pertinentiis in Benetl' audiant et ad judicium proferendum non procedant donec de processu totius loquele predicte plenius regem certioraverint, quia loquela illa dominum regem tangit ratione prebende quam predictus Johannes habet de donatione regis, cujus quidem occasione prebende idem Johannes de predictis terra et redditu implacitatur. Teste ut supra.

Pro quibusdam hominibus comitisse Penbr' rettatis de morte hominis.—Rex justiciariis suis itinerantibus apud Cantuariam salutem. Monstravit nobis dilecta soror nostra A. comitissa Penbr' quod, cum Andreas le Scot, Osbertus Gendun et Ricardus de Werestam, homines sui de Kemesinges, accessissent ad parcum suum de Kemesing' et ipsi invenissent ibidem quosdam malefactores qui parcum illum fuerunt ingressi tandem ortum fuit inter homines ipsius comitisse et ipsos malefactores certamen quoddam in quo contigit unum ex malefactoribus illis ibidem fuisse interfectum, de cujus morte ipsi Andreas, Osbertus et Ricardus rettati sunt, ut dicitur. Et ideo vobis mandamus quod hujus rei veritatem diligenter inquiratis et, si predictos Andream, Osbertum et Ricardum inde culpabiles esse inveneritis, scire vos volumus quod ad instantiam dicte sororis nostre sectam que ad nos pertinet de morte predicta eis perdonavimus eo quod ille qui interfectus fuit in parcis malefactor extitit; ita tamen quod ipsi stent recto, si quis inde versus eos loqui voluerit. Teste rege apud Windes', xiiij. die Aprilis.

Pro Avicia que fuit uxor Ade filii Willelmi de Gossefeld'.—Mandatum est Ade filio [Willelmi] quod de terris et redditibus quos Adam filius Willelmi de Gosfeld' et Avicia uxor ejus tenuerunt de hereditate ipsius Avicie, et quos cepit in manum regis occasione mortis ipsius Ade, eidem sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Rex. De mensis in aula Turris Lond'.—Mandatum est H. de Patheshull', thesaurario domini regis, quod faciat habere constabulario Turris London' denarios ad tabulas emendas ad mensas inde faciendas ad magnum deisium regis in magna aula ibidem et ex quo rex scierit quantum ei ad hoc liberaverit litteras regis de liberate ei habere faciet. Teste rege ut supra.

1236.
[m. 14.] *De respectu loquele.*—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis per breve regis inter Radulfum Pyrot et Magistrum Rogerum de Weseham et conjudices suos quare ipsi tenuerunt tamen (?) placitum in curia Christianitatis de laico feodo ipsius Radulfi contra prohibitionem regis, unde datus fuit eis dies a die Pasche in xv. dies, ponant in respectum usque in crastinum Sancte Trinitatis, ita quod loquela tunc sit ibi in eodem statu quo esse debuit a die Pasche in xv. dies, eo non obstante quod predictus magister et conjudices sui ad predictum diem coram eis non interfuerunt. Teste rege apud Windes', xiiij. die Aprilis.

Rex. De balistis.—Mandatum est H. Giffard', constabulario Turris London', quod de balistis regis que sunt in custodia sua habere faciat Amauro de Sancto Amando quatuor balistas de cornu ad duos pedes et decem balistas de ligno ad unum pedem ponendas in castris nostris Heref' et Sancti Briavelli. Teste rege apud Windes', xv. die Aprilis.

De hominibus de Scalleby.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Monstraverunt nobis homines nostri de Scalleby quod, cum Hugo de Nevill', dum fuit justiciarius foreste nostre, dimisisset eis pasture (*sic*) haye nostre de Scalleby per xx. solidos annuos ad Scaccarium nostrum reddendos, et ipsi pasturam illam tenuissent usque ad tempus quo Brianus de Insula postea fuit justiciarius noster ejusdem foreste, qui eos inde disseisivit, vos nichilominus exigitis ab eis predictos xx. solidos annuos. Et ideo vobis mandamus quod sub sigillo Scaccarii nostri demandetis vicecomiti nostro Eboraci quod diligentem faciat inquisitionem per quantum tempus dicti homines nostri pasturam illam tenuerunt, ut inde certificati per inquisitionem illam de toto tempore illo quo non tenuerunt pasturam illam de annuo redditu predictorum xx. solidorum ipsos quietos esse faciatis et postea nichil ab eis occasione predicta exigatis. Teste ut supra.

Rex. Pro rege, de denariis ad expensas regis.—Rex significavit H. de Patheshull', thesaurario suo, quod iturus est ad partes de Rading' die Veneris post Clausum Pasche. Et mandatum est eidem thesaurario quod usque Rading' sub omni festinatione mittat centum libras ad expensas regis, et per litteras suas regi significet quantum receperit ad Scaccarium regis post (*sic*) anno etc. xx. in thesauro. Teste ut supra.

Rex. De forestis regis et domibus de Clarendon'.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod coram Roberto de Aundely, cui rex manerium suum de Gyllingeham [commisit] cum domibus et parco regis et aliis pertinentiis suis, venire faciat viridarios partium illarum et xij. discretos et legales milites et alios de comitatu suo ad videndum in quo statu idem Robertus receperit forestam illam, et qualiter fuerit custodita de viridi et venatione; et postquam diligentem inde fecerint inquisitionem, sub sigillis predictorum viridariorum et militum et sub sigillo suo et predicti Roberti, scire faciat regi in quo statu forestam illam receperit. Teste ut supra.

1236.

[m. 14] Eodem modo scribitur vicecomiti Wiltes' quod venire faciat coram Waltero de Langeford' viridarios et xij. liberos et legales homines, tam milites quam alios, ad videndum in quo statu eas invenerit et qualiter fuerint custodite de viridi et venatione; et inquisitionem illam scire faciat regi, etc. ut supra.

Dominus rex commisit eidem Waltero domos suas de Clarendon' cum forestis Clarendon' et Graveling' custodiendas quamdiu ei placuerit. Et mandatum est Henrico filio Nicholai quod domos illas cum predictis forestis ei liberet. Teste ut supra.

Rex. De vinis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod de vinis Johannis Langbord que de novo venerunt apud Bristoll' eligi faciant viginti dolia vini ad os regis et ea liberari faciant constabulario Bristoll' ponenda in castro Bristoll' ad opus regis; et de denariis eorundem vinorum rex eis respondebit. Teste rege apud Windes', xxj. die Aprilis.

Pro Alina que fuit uxor Willelmi Avenel.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod de terris que fuerunt Willelmi Avenel, que sunt in custodia sua, sine dilatione faciat habere Aline que fuit uxor ipsius Willelmi rationabilem dotem suam que ad eam pertinet de eisdem terris. Teste rege apud Windes', xxj. die Aprilis.

Eodem modo scribitur Roberto Fromund et sociis suis in comitatu Wigornie.

Quia rex accepit per inquisitionem etc., quod Alicia que fuit uxor Willelmi Wipetail appellat Michaelem le Tanur, Arnewiz de Lancastr', Henricum le Turnur, Osbertum Ruffum et Willelmum filium Ascelini, captos et detentos in prisona regis de Hertford', de morte predicti Willelmi quondam viri sui odio et atia et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est vicecomiti Essex' quod si singuli eorum invenerint ei xij. probos et legales homines etc., qui manucapient eos habere coram justiciariis regis etc. ad primam assisam etc., tunc eos tradat in ballium etc. Teste rege apud Kenyton,' xxiij. die Aprilis.

Libertates. Pro priore de Magna Malvernia.—Mandatum est vicecomiti Glouc' firmiter injungendo etc. quod cartam regis de libertatibus concessis abbati et monachis Westmonasteriensibus et cellis suis firmiter in balliva sua teneri faciat; ita quod contra libertates predictas quas rex concessit* omnibus cellis suis non distringat priorem de Magna Malvernia, que est una de cellis suis, vel homines suos in balliva sua ad faciendam sectam ad comitatum et hundredum de qua quietanciam habent per cartam predictam. Teste rege ut supra.

[m. 13.] *De perdonatione facta Henrico de Trublevill'.*—Rex baronibus suis salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto et fideli nostro Henrico de Trublevill', senescallo nostro Wasconie, ducentas marcas que

* concessit concessit, MS.

1236.
[m. 13.] exiguntur ab eo ad Scaccarium nostrum de prestito ei facto per Petrum de Rivall' apud Glouc', xxviij. die Decembris, anno regni nostre xviij. Perdonavimus etiam eidem Henrico centum libras que exiguntur ab eo ad Scaccarium nostrum de prestito ei facto per Robertum Passelew' apud Westmonasterium tertio die Februarii anno regni nostri xviij. Perdonavimus etiam eidem Henrico centum marcas que exiguntur ab eo ad Scaccarium nostrum de prestito ei facto apud Sanctum Neotum, xxiij. die Marcii, anno regni nostri xix. ad deferendum usque ad insulas nostras. Et ideo vobis mandamus quod de predictis trescentis marcis et centum libris ipsum Henricum quietum esse faciatis. Teste rege apud Kenyton', xxiiij. die Aprilis, anno regni nostri xx. Per ispum regem coram consilio suo. [*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

Pro magistro Alexandro le Seculer.—Mandatum est vicecomiti Hertf' (*sic*) quod sine dilatione plenam seisinam habere faciat Magistro Alexandro le Seculer de omnibus terris quas Nicholaus le Seculer pater suus, cujus heres ipse est, tenuit de rege in capite per soccagium in Irchenefeld,' Dunnemor' et Sutton,' ut idem Magister Alexander dicit, et de quibus seisitus fuit ut de feodo die quo obiit, salvo jure cujuslibet. Teste rege ut supra.

De perdonatione pro abbate de Melros'.—Mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod de quadragesima quam exigit de abbate de Melros' occasione cujusdam pasture sue de Trothop', que est in balliva sua, ipsum quietum esse permittat, quia rex dictam quadragesimam ei perdonavit. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Aprilis.

Pro Henrico de Trublevill', de perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto et fideli nostro Henrico de Trublevill', senescallo nostro Wasconie, quadringentas et quinquaginta marcas que exiguntur ab eo ad Scaccarium nostrum de prestito ei facto de thesauro nostro per preceptum nostrum, videlicet, ducentas marcas quas habuit per manum Petri de Rivall' tempore quo fuit thesaurarius noster, et centum libras quas habuit per manum Roberti Passelewe tempore quo fuit thesaurarius noster, et centum marcas quas habuit per manum dilecti et fidelis nostri H. de Pathes', thesaurarii nostri, ad liberationem inde faciendam militibus et servientibus in insulis nostris de Gener' et de Gernes'. Et ideo vobis mandamus quod de predictis quadringentis et quinquaginta marcis ipsum Henricum quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Aprilis.

Pro Milesant' que fuit uxor Symonis le Establer.—Rex magistro et fratribus hospitalis Sancti Johannis Oxonie, salutem. Mittimus ad vos Milisant que fuit uxor Symonis le Establer, cui concessimus quod sit soror predicti hospitalis, mandantes quatinus ipsam ad hoc admittatis et ei sicut aliis sororibus ejusdem hospitalis necessaria inveniatis. Teste rege apud Westmonasterium, primo die Maii.

1236.
[m. 13.]

Pro ponte de Stanes reparando.—Mandatum est Reginaldo de Albo Monasterio, custodi foreste de Windes', quod faciat habere Radulfo le Punter, custodi pontis de Stanes, quandam quercum in foresta predicta ad operationem pontis predicti. Teste ut supra.

Judei. De extenta facienda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Reginaldi de Cornhull', que est vadium Joscei Presbiteri, Isaac filii ejus, Aaron Blundi, Elyonis fratris ipsius Aaron, et Leonis nepotis ejusdem Aaron, Judeorum London', videlicet quantum valeat per annum in dominicis redditibus, serviciis, vilenagiis et omnibus aliis exitibus terre. Et, facta extensione predicta, eidem Reginaldo rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ad debita in quibus predictis Judeis tenetur reddenda secundum valorem predicte terre et quantitatem predictorum debitorum, ita quod interim cessent usure. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod non permittat quod forestarii sui vexent* vel occasionent abbatem Westmonasteriensem vel homines suos in feodo suo pro secta swainmot' et pro expeltamento canum, unde idem abbas quietanciam habet per cartam regis. Teste ut supra.

Rex concessit abbati et monachis Westmonasteriensibus quod ipsi et homines sui libere et sufficienter sine qualibet occasione chiminagii vel alterius impedimenti capiant de omnibus boscis suis ad usus suos proprios, quando voluerint, nec propter hoc in forisfactum de vasto vel misericordia ponantur. Et mandatum est eidem Johanni quod predictos abbatem et monachos et homines suos in balliva sua non impediant (*sic*) nec impediri permittat contra concessionem regis predictam quin predicti abbas et monachi et homines sui de tenementis que de ipsis tenent libere utantur libertate predicta. Teste ut supra.

Rex per cartam suam confirmavit abbati et monachis Westmonasteriensibus quasdam libertates et quietancias prius eis a predecessoribus regis regibus Anglie concessas, quibus rex quasdam libertates et quietancias eisdem abbati et monachis de concessione regis de novo duxit addendas, sicut in carta regis plenius continetur. Et mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Glouc' quod cartam illam coram eis legi et libertates et quietantias in ea contentas eis teneri faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est justiciariis itinerantibus ad placita foresta (*sic*) in comitatu Norht'. Teste ut supra.

Hybernia. Pro Ricardo de Burgo.—Rex M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Rogavit nos dilectus et fidelis noster Ricardus de Burgo quod cum magnas et onerosas fecerit expensas, tam in Connatia quam alibi in Hibernia pro nobis, gratiam ei faceremus de

* Vexent vexent, MS.

1236.
[m. 13.] debitis que nobis debet, concedendo ei terminos prolixiores quam nunc habet, et ut minus solvere posset ad terminos illos quam prius solvere consuevit. Nos autem pro expensis suis onerosis ei hanc gratiam ei (*sic*) concessimus quod respectum habeat de ducentis et quinquaginta marcis quas nobis solvisse debuit ad Pascha proximo preteritum anno regni nostri xx. et de ducentis et quinquaginta marcis nobis debitis ad festum Sancti Michaelis anno eodem usque ad Pascha anno regni nostri xxij., ita quod tunc reddat nobis ducentas et quinquaginta marcas et sic de termino in terminum ducentas et quinquaginta marcas, sicut prius solvere debuisset. Et ideo vobis mandamus quod eidem Ricardo respectum illum habere faciatis.

Et mandatum est Galfrido de Turevill', archidiacono Dublinensi, thesaurario Hibernie quod sic fieri et inrotulari faciat. Teste ut supra.

Pro Syxto Romano.—Dominus rex dedit licenciam Sixto Romano concordandi cum Avicia Pech' de raptu, unde ipsa eum appellavit. Et mandatum est vicecomitibus Lond' quod id fieri permittant. Teste ut supra.

Pro Petro Grimbaud'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod faciat habere Petro Grimbaud arreragia sua in manerio de Driffeud de tempore quo manerium illud fuit in manu sua per preceptum regis. Et non impediat nec impediri permittat predictum Petrum, quominus possit habere liberam aministrationem catallorum suorum in manerio supradicto.

Noting', de tradendo in ballium.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod si Johannes de Plesset', captus et detentus in prisona regis de Noting' pro roberia et pace regis fracta, unde rettatus est, invenerit ei xij. liberos et legales homines de comitatu suo vel aliunde de vicinis comitatibus, qui eum manucapient habere coram justiciariis regis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc ipsum Johannem illis xij. tradat in ballium, sicut predictum est. Teste rege apud Mortelak', ix. die Maii, per W. de Rael'.

De quarellis.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod [de] quarellis qui sunt in Turri predicta in custodia sua faciat habere Henrico de Trublevill' mille quarellos inflechiatos et inpennatos. Teste ut supra.

De probatoribus.—Mandatum est constabulario castri Oxonie quod Willelmum Noc, probatorem suum, quem Ricardus de Harecurt ei liberari faciet, recipiat et salvo custodiat, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod habere faciat R. comiti Pictavie et Cornubie, xx. quercus in foresta de Den' ad domos suas de Thornbir' que combuste fuerunt reparandas. Teste ut supra.

1236.
[m. 13.]

De tradendo in ballium.—Quia dominus rex accepit per inquisitionem quam fecit quod Willelmus Ade, captus et detentus in prisona Glouc' et appellatus per Galfridum Pancefot de morte Galfridi filii sui, appellatus est de morte illa odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Glouc' quod si idem Willelmus invenerit ei xij. probos et legales homines qui manucapient eum habere coram justiciariis itinerantibus ad standum inde recto, tunc ipsum tradat in baillio illorum xij. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est ballivis Johannis de Monem' de Nova Foresta, quod faciant habere H. de Trublevill', senescallo Wasconie, duos damos in predicta foresta, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod si Joceus filius Galfridi qui rettatus est de pace regis fracta, propter quod se subtraxit, invenerit ei xij. salvos et securos plegios de stando inde recto, si quis versus eum inde loqui voluerit, tunc ipsum Joceum usque ad proximum adventum justiciariorum regis ad partes illas pacem inde habere permittat. Teste rege ut supra.

Judei. De terra Mar' de Paris' extendant (sic).—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum diligenter inquirant et extendant quantum terra Mar' de Paris' in villa Lincoln,' que est vadium Joscei, Judei, magistri scolarum Judeorum Linc', valeat per annum in redditibus, serviciis et omnibus aliis exitibus terre, et, facta extensione predicta, eidem Mar' rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ad debitum in quo predicto Judeo tenetur reddendum secundum valorem ejusdem terre et quantitatem predicti debiti.

Pro Roberto de Gingest'.—Eodem modo mandatum est quod extendi faciant etc. terram Roberti de Gyngeston', que est vadium Moss' de Milkestret', Jacobi Crespin, Leonis filii Comitisse, Aaron Benedicti et Salomonem (*sic*) de Kynkeston', Judeorum Lond'. Teste rege ut supra.

De vestimento perquirendo ad capellam regis de Windes'.—Mandatum est H. de Patheshull', thesaurario regis, quod perquiri faciat quoddam vestimentum cum tualliis et quendam calicem argenteum deauratum, ponenda in capella aule nostre infra forinsecum ballium castri de Windles'; et ea liberari faciat constabulario ejusdem castri, cui rex precepit quod ea recipiat et salvo ad hoc custodiri faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est constabulario predicto quod ea recipiat et ad hoc salvo custodiri faciat liberanda capellano regis, quando venerit ad aministrandum ibidem. Teste ut supra.

1236.
[m 13.]

De elemosina constituta.—Rex concessit Symoni Fulberd de coquina sua primam liberationem unius denarii quam vacare contigerit de elemosina regis constituta. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod illam liberationem unius denarii quamcito vacare contigerit eidem Symoni habere faciant. Teste rege apud Mortelak', xij. die Maii.

De tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Bedeford' quod si Willelmus Aungevin et Walterus frater ejus, capti et detenti in prisona regis Bedef' pro morte Willelmi de Mordon', unde appellati sunt, invenerint ei viginti et quatuor liberos et legales de comitatu suo, ita quod uterque eorum invenerit ei xij. qui eos manucapient habere coram justiciariis regis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc ipsos Willelmum et Walterum tradat in ballium, etc. Teste rege ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est ballivo foreste de Graveling' quod in foresta predicta faciat habere W. Exoniensi episcopo, decem quercus, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Hugone de Gurnay.—Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod de debitis que Hugo de Gurnay debet ad Scaccarium regis pacem ei habere permittant et quod significent vicecomitibus qui debita illa per summonitionem Scaccarii regis ab eo exigunt quod interim ei nullam faciant distrinctionem quousque predicti thesaurarius et barones distincte et aperte regi significaverint regem scire fecerint quantum regi reddidit de predictis debitis et quantum inde restat reddendum. Teste ut supra.

Pro duobus conversis.—Mandatum est Joceo filii Petri et Magistro Waltero, custodibus Domus Conversorum London' quod Ferminum de Amyens et uxorem suam inter alios conversos in domo predicta recipiant et eis necessaria inveniant. Teste ut supra.

Regina. De Laurentio de Castellis assignando ad recipiendum aurum regine.—Rex assignavit Laurentium de Castellis ad recipiendum et custodiendum aurum regine ad magnum Scaccarium regis, ad respondendum inde per manum suam. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod aurum quod ipsam reginam contingit ad Scaccarium Judeorum ei faciant liberari ad respondendum inde sicut predictum est. Teste rege apud Mortelak', xiij. die Maii.

Mandatum est Hugoni de Patheshull' quod sub salva custodia regis mittat D marcas de thesauro regis, ita quod eas habeat apud Guldeford' hac die Jovis proxima ante Pentecosten, anno etc. xx., si commode possit, sin autem eas ad regem venire faciat usque

1236.
[m. 13.] Wyntoniam, ita quod rex eas habeat ibidem in sollempnitate predicte Pentecostes. Et cum rex eas receperit, litteras suas de liberate ei habere faciet. Teste rege apud Mortelak', xiiij. die Maii.

Turris. De balistariis missis ad Turrim London'.—Rex dilecto et fideli suo Hugoni Giffard', constabulario Turris London', salutem. Mittimus ad vos Johannem de Valentin', balistarium, qui capit in die septem denarios et obolum, ad videndum omnes balistas nostras que sunt in predicta turri et ad incordandum et reparandum eas que incordatione et alia emendatione indigent. Et ideo vobis mandamus quod ipsum ad hoc admittentes inspectionem omnium balistarum nostrarum eidem habere faciatis, assignantes eidem in eadem Turri locum competentem ad operationes suas faciendas. Mittimus etiam ad vos Guyllot' balistarium et Philippum conversum, quorum uterque capit in die quatuor denarios et obolum, ad operationes balistariorum faciendas in eadem Turri, mandantes vobis quod eos similiter ad hoc recipiatis, providentes quod ipsi in predictis operationibus sint diligentes. Faciatis etiam fieri quandam forgiam ad fabricandum in eadem Turri. Quatuor etiam balistas ligneas nostras quas nobis dedit W. Hardel, clericus noster, et quas vobis liberabit idem clericus noster, scilicet, duas ad turnum et duas ad unum pedem, recipiatis et salvo custodiatis. Mittimus etiam vobis litteras nostras directas thesaurario et camerariis nostris, per quas damus eis in mandatis quod vobis liberent x. marcas ad liberationes predictorum servientium et operationes predictas faciendas et ad emendum ea que necessaria sunt ad operationem predictorum balistariorum. Teste ut supra.

De damo dato.—Mandatum est Reginaldo de Albo Monasterio quod habere faciat Henrico de Sancto Albano unum damum in foresta de Windles', de dono regis. Teste rege apud Guldeford', xvi. die Maii.

Mandatum est eidem quod falcones laneros de foresta de Windes' liberari faciat Johanni de Erlham, falconario regis, ad . . . . apud Guldef', xv. die Maii.

Hospitale Sancti Spiritus de Snaudan' et prior et fratres ejusdem hospitalis habent litteras de protectione patentes sine termino. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia in patentibus.*

Pro uxore Willelmi de Albiniaco.—Mandatum [est] vicecomiti Linc' quod ad Agatham que fuit uxor Willelmi de Albiniaco personaliter accedat et ex parte regis ei inhibeat ne sine licentia regis se alicui maritare presumat, et capto ab ea inde juramento, terras et tenementa sua que eam contingunt in pace eam tenere permittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est ballivis foreste de la Ber' quod habere faciant fratribus predicatoribus Wyntonie decem quercus in foresta predicta, ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Wyntoniam, xviij. die Maii.

1236.

[m. 13.] *De revocatione mandati regis de vinis cariandis.*—Mandatum est ballivis Bristoll' quod, non obstante mandato regis quod eis fecit de vinis regis cariandis usque Shireburn', Montem Acutum et Glastingebur', nullum vinum ad presens ibidem cariari faciant, quia rex iter suum versus partes predictas suspendit ad presens. Teste rege ut supra.

De mercato clamando at tenendo.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod mercatum regis quod teneri solebat singulis septimanis per diem Dominicam apud Porecestr', decetero clamari faciat et teneri singulis septimanis ibidem per diem sabbati. Teste ut supra.

Rex mittit ad Ricardum de la Lade Johannem le Fol et Philippum socium suum, venatores regis, cum canibus regis ad currendum ad cervos in foresta de Craneburn'. Et mandatum est ei quatenus eos ad hoc recipiat et venationem quam ceperint salvam. . . . [*Unfinished and cancelled*] *Quia in Rotulo Compotorum.*

De venatoribus.—Rex mittat ad Hugonem de Loges, Willelmum Maii et Willelmum Luvel, venatores suos, cum canibus regis ad currendum ad domos (*sic*) in foresta de Canok'. Et mandatum est ei quod eos ad hoc recipiat. Teste rege apud Merewell,' xix. die Maii.

De vinis cariandis et liberandis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suht' quod de vinis regis que sunt in custodia sua liberari faciant Willelmo de Colemere, vadletto de buttelaria regis, quatuor dolia vini carianda ad regem usque Merewell' in propriis carectis regis; faciat etiam liberari ballivis regis Suht' duodecim dolia vini carianda quo rex eis precepit. Teste rege ut supra.

Pro advocato Bethun'.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Wytlewud' faciat habere advocato de Bethun' sex damos et duos cervos, et in parco de Henle duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 12.] *Pro G. Marescallo, comite Penbr'.*—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod diligenter inquirant cujusmod debita exiguntur de G. Marescallo, comite Penbr,' pro Willelmo Marescallo et Ricardo Marescallo, quondam comitibus Penbr,' fratribus suis, ad scaccarium Judeorum, et quibus Judeis tenetur, et distincte et aperte per litteras suas de omnibus debitis illis regem certificent a die Sancte Trinitatis in quindecim dies et interim de debitis illis pacem ei habere permittant et nullam inde faciant districtionem. Teste rege apud Merewell,' xix. die Maii.

Pro magistro milicie Templi.—Mandatum est custodibus vinorum regis Westmonasterii quod de vinis regis que sunt in custodia sua habere faciant fratri Roberto de Sampford,' magistro milicie Templi in Anglia, duo bona dolia vini Wasconie ad instans capitulum suum generale celebrandum, de dono regis. Teste rege apud Merewell,' xxi. die Maii.

1236.
[m. 12.] *De quodam probatore recipiendo.*—Mandatum est custodi gaiole regis de Neugat' quod Willelmum Noch, probatorem regis, quem vicecomes Oxonie per preceptum regis ei liberabit, ab eo recipiat et in gaiola predicta salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde ei preceperit. Teste rege ut supra.

De tradendo in ballium.—Mandatum est vicecomiti Cumb' quod si Robertus Serewind', Hugo de Amstapelic' et Henricus de Penred, capti et detenti in prisona regis Karleol' pro forisfacto foreste regis, invenerint ei salvos et securos plegios, qui manucapient eos habere coram justiciariis regis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu* predicto ad standum inde recto, tunc ipsos Robertum et Hugonem et Henricum per plevinam dimittat et a prisona regis deliberet, etc. Teste rege apud Merewell', xxij. die Maii.

De vinis liberandis ad cariandum.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suht' quod de vinis regis Gallicis et Andegavie et aliis que sunt in custodia sua et que minus commode servari possunt septem dolia vini liberent ballivis regis Suht' carianda usque Wintoniam, et tria usque Walth' et duo usque Essel' loco xij. doliorum vini que rex nuper eis liberare precepit carianda ad loca predicta. Teste rege ut supra. Per G. de Crauc'.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus loco Stephani de Stretton', coronatoris regis in comitatu suo, qui languidus est, ut dicitur, de discretioribus et legalioribus militibus comitatus sui eligi faciat alium coronatorem, qui, prestito sacramento, una cum aliis coronatoribus regis ejusdem comitatus extunc faciat et conservet ea que ad coronam regis pertinent in eodem comitatu. Et talem eum eligi faciat qui diligenter et fideliter ad hoc velit intendere. Teste ut supra.

De vinis emendis ad opus regis in nundinis Sancti Botulfi.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de melioribus vinis que venient ad instantes nundinas Sancti Botulfi retineri faciat ad opus regis lxij. dolia vini Wasconie et octo dolia vini Andegavie, et de eisdem vinis liberari faciat ibidem vicecomiti Norht' xvi. dolia vini Wasconie carianda quo rex ei precipit per litteras suas; faciat etiam liberari de predictis vinis vicecomiti Linc' iiij. dolia vini Wasconie carianda usque Linc.' Et vicecomiti Noting' liberari faciat xvij. dolia vini Wasconie et tria dolia vini Andegavie carianda usque Noting'. Et ballivis Eboraci liberari faciat in eisdem nundinis xxxv. dolia vini Wasconie et quinque dolia vini Andegavie carianda usque Eboracum et ponenda in celario archiepiscopi Eboracensis. Et rex mittit eidem Johanni litteras suas de vinis cariandis ad loca predicta. Et mandatum est ei quod, si propter egritudinem suam contingat ipsum non posse accedere ad predictas nundinas, tunc talem loco suo illuc destinet et substituat qui premissa negotia diligenter et fideliter exequatur.

* MS in com in com.

1236.
[m. 12.]

De vinis reckatis ad opus regis.—De vinis quidem reckatis, que nuper venerunt London', sicut regi idem Johannes significavit, retineri faciat ad opus regis x. dolia vini ponenda in celario regis apud Westmonasterium. Non vult etiam rex ad presens quod vina aliqua mittantur usque Windles' nec usque Kenyton', nec aliqua vina ponantur apud Turrim London'. Teste ut supra.

De attractu et provisione ad portam castri Wintonie faciendis.—Rex vicecomiti Suht' salutem. Scias quod volumus quod quadraginta et una libre, xij. solidi et viij. denarii quos recepisti a collectoribus auxilii nostri nobis concessi in comitatu tuo deputentur ad operationem porte nostre de castro nostro Wintonie, et quod inde fiat attractus et provisio per consilium Magistri Elye de Derham et visum et testimonium Nicholai Kniping'. Et ideo tibi precipias (*sic*) quod denarios predictos ad hoc retineas et per consilium predicte Elye et visum Nicholai attractum et provisionem fieri facias ad operationem predictam, sicut predictum. Teste rege ut supra.

Et mandatum est predicto Magistro Elye quod modis quibus poterit ad hoc consulens esse velit ad operationem predictam faciendam una cum Nicholao Kipping', quem rex similiter ad hoc vult intendere. Teste ut supra.

Et mandatum est predicto Nicholao quod predicte operationi diligenter intendat. Teste ut supra.

De prisonibus cariandis ad giaolam de Neugat'.—Mandatum est abbati de Waltham quod Johannem Chanterel, Willelmum Stockan et Reginaldum Thurghover, rettatos de latrocinio et morte Avicie que fuit uxor Galfridi Edwin', et quos detinet in prisona sua, occasione libertatis sue, salvo cariari usque London' et custodi gaiole regis de Neugat' liberari faciat, cui rex mandavit quod eos recipiat in prisona regis custodiendos. Teste ut supra.

Et mandatum est custodi gaiole predicte quod prisones predictos recipiat et salvo custodire faciat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Hybernia. Pro hominibus de Baliscadan.—Rex concessit probis hominibus suis de Baliscadan quod a festo Sancti Michaelis anno etc. xx. usque in unum annum teneant manerium regis de Baliscadan cum pertinentiis ad firmam, sicut prius illud tenuerunt; et quod ad instaurum ejusdem manerii reddendum usque ad predictum terminum non distringantur. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod ipsos homines regis predictum manerium cum pertinentiis tenere ad firmam et de predicto instauro pacem habere permittat usque ad predictum terminum, sicut predictum est. Teste rege apud Merewell', xxiij die Maii.

De tradendo in ballium.—Quia rex intellexit per inquisitionem factam per preceptum regis quod Radulfus de Thorp' appellat Alanum filium Alani de Bukford', captum et detentum in prisona

1236.
[m. 12.] regis Eboraci, de morte Emme filie Alani de Surdevall', odio et atya et non eo quod inde culpabilis sit, mandatum est vicecomiti Eboraci quod, si predictus Alanus filius Alani invenerit ei xij. probos et legales homines etc., tunc eum tradat in ballium etc. Teste rege apud Merewell', xxiiij. die Maii.

Rex. De vinis liberandis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suht' quod iiij. dolia vini de prisa de vinis regis que sunt in custodia sua et que lator presentium capere voluerit eidem latori liberari faciant carianda usque Merewell'. Teste rege apud Merewell', xxv. die Maii.

De perdonatione pro Roberto de Ardern'.—Rex perdonavit Roberto de Ardern' sex marcas et x. solidos quos debet Josceo Presbytero, Judeo London', et vult quod predicti sex marce et x. solidi eidem Judeo allocentur in debitis suis que regi debet. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege ut supra.

Pro Agatha que fuit uxor Willelmi de Albiniaco.—Mandatum est Ricardo de la Lad' quod de terris que contingunt Agathe Trussebut que fuit uxor Willelmi de Albiniaco, tam de hereditate sua quam nomine dotis sue que ad eam pertinet de terris que fuerunt primi viri sui, quas quidem terras [cepit] in manum regis occasione mortis ipsius Willelmi, ipsam sine dilatione reseisiri faciat. Teste rege apud Merewell', xxvj. die Maii.

Eodem modo mandatum est Rogero de Essex' pro eadem Agatha. Teste ut supra.

Judei. De terra Henrici de Capell' extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Henrici de Capel' in Osterfeld', que est vadium Benedicti Crespin, Jacobi Crespin, Elye filii Benedicti le Evesk', Judeorum London', Ysaac Blundi et Cok' fratris ejus, Judeorum Cantebrigie, videlicet, quantum valeat per annum in domininicis redditibus, serviciis, villenagiis et omnibus aliis exitibus terre, et, facta extensione predicta, eidem Henrico rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ad debita in quibus predictus Judeis tenetur reddenda secundum valorem predicte terre et quantitatem predictorum debitorum, ita quod interim cessent usure. Teste rege ut supra.

De firma ballive de Pecco.—Mandatum est Radulfo filio Nicholai quod tam firmam ballive de Pecco de termino Pasche proximo preterito anno etc. xx. quam omnia alia que postea recepit de exitibus ejusdem ballive sine dilatione liberet Johanni Guband, constabulario de Pecco, ad instaurum emendum sicut rex ei precepit. Teste rege apud Merewell', xxvij. die Maii.

1236.
[m. 12.]

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum regis quod Johannes Calf appellat Rogerum filium Willelmi et Gevam sororem suam de morte Roberti de Wytewell' odio et atya et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est vicecomiti Eboraci quod si uterque ipsorum Rogeri et Geve invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo qui manucapient eum habere coram justiciariis regis ad primam assisam etc., tunc ipsos tradat in ballium etc. Teste rege ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Elye Westman, quondam majori Wintonie, dimidiam marcam que ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii regis de amerciamento itineris justiciariorum regis qui ultimo itineraverunt apud Wyntoniam pro disseisina. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Elyam de illa dimidia marca quietum esse faciant. Teste rege ut supra.

Mandatum est Henrico filio Nicholai quod sine dilatione reddat Magistro Henrico de Cern' xlv. solidos quos recepit contra prohibitionem regis de bonis abbatie Sancte Marie Wyntonie postquam abbatia illa extitit in manu regis, sciturus quod nisi fecerit, rex inde se capiet ad eum tanquam ad custodem abbatie. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia redditum fuit breve.*

De perdonatione.—Rex perdonavit Roberto de Cantuaria, clerico suo, decem marcas per quas finem fecit cum rege pro habenda custodia unius cunei monetarie regis Cantuarie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Robertum de predictis x. marcis quietum esse faciant. Teste rege ut supra.

De quadam verina facienda apud Westmonasterium.—Mandatum est Hugoni de Pateshull', thesaurario regis, quod fieri faciat unam verinam rotundam ponendam in rotunda fenestra regis juxta lectum regis in camera regis apud Westmonasterium, sicut Willelmus Hardel ei dicet ex parte regis, ita quod verina illa cum festinatione fiat. Teste rege apud Merewell', xxviij. die Maii.

De respectu loquele.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquele que est coram eis in curia regis apud Westmonasterium inter Willelmum de Ferariis nomine regis, petentem, et Henricum de Lettres, tenentem, de viginti et duabus bovatis terre cum pertinentiis in Bingham supersedeant donec aliud inde mandatum a rege habuerit (*sic*) mandatum. Teste rege ut supra.

Pro Hugone de Albiniaco.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Glouc' quod assisam de morte antecessoris quam Willelmus de Covert et Maria uxor ejus, Petrus de Gatesden' et Cecilia uxor ejus, Radulfus de Sancto Audoeno et Godeshend' uxor ejus, Willelmus Russel et Alicia uxor ejus, aramiaverunt versus Hugonem de Albiniaco de manerio de Bendrinton' cum pertinentiis,

1236.

[m. 12.] unde idem Hugo vocavit regem ad warantum, venire faciant coram rege ab octabis Sancte Trinitatis in xv. dies ut ad terminum illum coram rege capiatur, si justum fuerit. Et, si partes coram eis venerint, eis scire faciant quod sint coram rege ad terminum predictum. Teste rege ut supra.

Wasconia. Rex. Pro vinis ad opus regis.—Mandatum est Hugoni Garreau et Willelmo Bernard' quod inter cetera vina que regi missuri sunt in Angliam de novis vinis mittant regi vina florata et rosata, que in hac instanti vindemiatione specialiter ad opus regis faciant vindemiari, ita quod grates speciales a rege reportare debeant. Teste rege apud Merewell, xxviij. die Maii.

Et mandatum est Henrico de Trublevill' quod predictas litteras regis predictis mercatoribus mitti faciat. Teste ut supra.

De quingentis marcis mittendis ad regem de thesauro suo.—Mandatum est Hugoni de Patheshull', thesaurario regis, quod statum thesauri regis domino regi scire faciat et quantum receperit in thesauro a festo Sancte Trinitatis anno etc. xx. sub festinatione, et domino regi sub salvo conductu mittat usque Merewell' quingentas marcas, si salvo statu thesauri regis fieri possit; sin autem, mittat ad regem ibidem quantum commode poterit ad expensas regis, et cum rex summam denariorum sciverit litteras suas de liberate ei inde habere faciet. Teste rege apud Merewell', xxx. die Maii.

De operationibus apud Westmonasterium.—Mandatum est thesaurario regis quod magnam cameram regis apud Westmonasterium bono viridi colore depingi ad modum curtine, et in magno gabulo ejusdem camere juxta hostium depingi ludum illum, '*Ke ne dune ke ne tine ne prent ke desire*'; et etiam parvam garderobam regis viridi colore ad modum curtine depingi faciat, ita quod rex in primo adventu suo illuc inveniat predictas cameram et garderobam ita depictas et ornatas, sicut predictum est. Et custum, quod ad hoc posuerit, rex faciet ei computari. Teste ut supra.

[m. 11.] *Pro Germano, scissore regis.*—Rex dedit vadletto suo Germano scissori domum illam cum pertinentiis in Wintonia que fuit Deulebeneye, Judei, qui nuper obiit, habendam et tenendam sibi et heredibus suis de rege et heredibus suis imperpetuum, faciendo domino feodi debitum inde servicium. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod de predicta domo cum pertinentiis eidem Germano plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Magistro Adam, salsario regis.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod scola Judeorum que est infra curiam que fuit Abrahe Pinch' est pertinens ad domum illam que fuit ipsius Abrahe ibidem quam rex dedit Magistro Ade, salsario suo; mandatum est vicecomiti Suht' quod ei de predicta scola tanquam pertinente ad predictam domum sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

1236.
[m. 11.] *De damis datis magistro milicie Templi.*—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere fratri Roberto de Sampford', magistro milicie Templi in Anglia, quinque damos in foresta regis Essex' de dono regis. Teste rege apud Merewell', primo die Junii.

Mandatum est Thome de Samford' quod in foresta regis de Braden' habere faciat eidem magistro quinque damos de dono regis. Teste ut supra.

Rex. De extenta pro Rogero de Radeleg'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Rogeri de Radeleg' in Radel', que est vadium Abrahe de Berchamsted', Jacobi filii Florie, Florie matris predicti Jacobi, Salomonis filii Benedicti le Esvesk', Jacobi fratris dicti Salomonis, Samuelis filii Aaron le Rich' et Benedicti le Esvesk', Judeorum Lond', videlicet quantum valeat per annum in dominicis, redditibus, serviciis, villenagiis et omnibus aliis exitibus terre; et, facta extensione predicta, eidem Rogero rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ad debita in quibus predictis Judeis tenetur reddenda secundum valorem predicte terre et quantitatem predictorum debitorum, ita quod interim cessent usure. Teste rege apud Marewell', primo die Junii. Pro Petro de Bedinton.'

Pro Ricardo filio Hugonis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis que emi faciet ad opus regis in nundinis Sancti Botulfi proximo instantibus habere faciat Ricardo filio Hugonis in predictis nundinis unum bonum dolium vini Wasconie pro uno bono dolio vini quod idem Ricardus regi habere fecit apud Suhampt', cum rex esset apud Merewell'. Teste rege apud Merewell', iij. die Junii.

Pro priore de Hadfeld'.—Mandatum est Warnero Engayn' et Waltero de Burgo quod non obstante precepto regis quod eis fecit de dominicis regis in manum regis capiendis, plenam seisinam habere faciant priori de Hadfeld' de manerio de Hadfeld' cum pertinentiis, quod tenet de rege ad firmam quamdiu regi placuerit et unde eum disseisiverunt occasione predicti precepti, cum bladis, carucis, instauris et omnibus catallis in eo inventis. Teste rege apud Merewell', iiij. die Junii.

Pro Roberto de Mares'.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Roberto de Mares unum damum in foresta Essex' ad opus uxoris fratris sui de dono regis. Teste ut supra.

De carta legenda.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod cartam regis quam fieri fecit priori et canonicis de Seleburn' de quibusdam libertatibus eis a rege concessis legi et teneri faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

1236.
[m. 11.]

Pro abbatissa de Werwell'.—Rex Avicie de Columbar' salutem. Ostendit nobis abbatissa de Werwell' quod, cum ei dedissemus decem quercus in foresta nostra de la Cette ad maeremium tempore Michaelis de Columbar' quondam viri tui, ipsa inde nondum habuit nisi quinque quercus. Et ideo tibi precipimus quod, si quinque quercus ei aretro sint, ut dicit, de tempore predicto, tunc illas ei habere facias. Et preter illas quinque habere facias eidem abbatisse in foresta predicta quinque quercus de dono nostro de novo. Teste rege apud Merewell', vj. die Junii.

Suht'.—Walterus de Langeford' dat regi viginti solidos pro habenda assisa ultime presentationis coram rege. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod capiat securitatem, etc. [*Cancelled*] *Quia in Rotulo Finium.*

Norf'.—Henricus filius Otewy dat regi dimidiam marcam pro habendo quodam *Pone* coram justiciariis de Banco contra Willelmi (*sic*) filii Otewy et alios. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod capiat securitatem, etc. [*Cancelled*] *Quia in Rotulo Finium.*

De custodia terre et heredis Gilberti le Bret.—Henricus filius Nicholai reddidit regi custodiam terre et heredis Gilberti le Bret, pro qua habenda finem fecit cum rege per xl. marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de illis xl. marcis ipsum Henricum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro W. Karleolensi episcopo.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod de una carucata terre cum pertinentiis in Gerboldesham' que fuit Willelmi de Wigehal' et que capta est in manum regis pro contentione que inde est in curia regis inter regem et Adam de Wygehal' faciat habere W. Karleolensi episcopo, custodiam, donec discussum fuerit in eadem curia cui terra ipsa debeat de jure remanere. Teste ut supra.

De busca data.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in bosco regis de Shotour'* faciat habere Fratribus Minoribus Oxonie xv. carectatas busce de dono regis. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Quia abbas de Rames' pro itinere justiciariorum ad quod constitutus est in comitatibus Bedef' et Buk' interesse non potest loquele que summonita est coram justiciariis de Banco in crastino Sancti Johannis Baptiste anno etc. xx. inter Hamonem Pech', petentem, et predictum abbatem, tenentem, de duabus carucatis terre cum pertinentiis in Oure, excepta advocatione ecclesie ejusdem ville, mandatum est justiciariis predictis quod loquelam predictam ponant in respectum usque in xv. dies post festum Sancti Michaelis anno predicto. Teste ut supra.

Pro vicecomite Noting'.—Rex concessit vicecomiti Noting' pratum regis quod pertinet ad castellariam castri regis Noting', quam diu regi placuerit, ad estoverium equorum vicecomitis, salvo regi sufficienti estoverio feni ad opus equorum regis in adventibus suis ad partes illas. Et mandatum est predicto vicecomiti quod pratum illud recipiat. Teste rege apud Merewell', vij. die Junii.

* Substituted for 'Forthull.'

1236
[m. 11.]

De maeremio ad molendinum Noting'.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod maeremium quod prostratum fuit in bosco regis de Willeye tempore Radulfi filii Nicholai ad molendinum regis sub castro Noting' reparandum permittat vicecomiti Noting' abducere ad reparationem molendini predicti. Et ex quo predictum maeremium defecerit per visum forestariorum et viridariorum permittat ipsum vicecomitem facere prosterni et abduci in eodem bosco maeremium ad sufficientiam ad predictum molendinum reparandum: permittat etiam eundem vicecomitem habere estoverium suum in haya de Betswode de mortuo et sicco bosco. Teste ut supra.

Pro priore et monachis de Hurl'.—Rex per cartam suam confirmavit priori et monachis de Hurl' quasdam libertates et quietancias prius eis a predecessoribus regis, regibus Anglie, concessas, quibus quasdam libertates et quietancias eisdem priori et monachis de concessione regis de novo duxit addendas, sicut in carta regis quam inde habent plenius continetur. Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Berk' quod cartam illam coram eis legi et libertates et quietancias in ea contentas eis teneri faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Merewell', viij. die Junii.

De quercubus.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod si nondum habere fecerit W. de Kirkeh', decano Sancti Martini Lond', quinque quercus ad maeremium in parco de Hadfeld' per mandatum regis ei inde prius directum, tunc illas in parco predicto ei habere faciat, non obstante eo quod Walterus de Burgo manerium de Haldfeld' cepit in manum regis. Teste rege apud Wintoniam, ix. die Junii.

De quercubus.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod si nondum habere fecerit eidem W. quinque quercus in foresta Essex' ad maeremium inde faciendum ad grangiam quandam faciendam apud manerium regis de Neuport, sicut rex prius ei mandavit, tunc illas quinque quercus ei habere faciat in bosco de Hadhfeld', non obstante eo quod Walterus de Burgo manerium de Hadhfeld' cepit in manum regis. Teste rege ut supra.

De perdonatione usure.—Rex perdonavit Roberto de Pedhling' totam usuram debitorum in quibus tenetur Isaac, Judeo Noting', et Benedicto, Judeo Warewic', salva predictis Judeis sorte predictorum debitorum. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de usura predicta ipsum Robertum quietum esse et ad sortem eorundem debitorum predictis Judeis reddendam eidem Roberto rationabiles terminos habere faciant. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Reginaldo de Albo Monasterio quod in foresta de Windes' faciat habere Roberto de Cant', clerico regis de capella regis, tria robora ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

1236.
[m. 11.]

Pro Thoma de Gorges.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod, si tallagium assessum fuerit super homines de manerio de Porestok', pacem eis inde habere faciat, et, si assessum non fuerit, nullum ibi assideri permittat nec aliquam districtionem faciat super Thomam de Gorg' in cujus manu predictum manerium est per preceptum regis per feodum suum xij. librarum, quod percipit per manum predicti vicecomitis pro tallagio pedicti manerii; set illud ei plenarie habere faciat sicut illud habere consuevit. Teste ut supra.

Judei. De extenta facienda.—Thomas de Brocdent habet litteras regis directas justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis de terris et domibus suis in London' extendendis, et de habendo rationabili fine et rationabilibus terminis ad debita reddenda in quibus tenetur Elye Episcopo, Judeo London', ita interim cessent usure. Teste rege apud Wintoniam, x. die Junii.

De vinis cariandis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de xl. doliis vini que de nundinis Sancti Botulfi rex cariari precepit usque Eboracum liberari faciat Alexandro Bacun, custodi honoris Brittannie, viginti et quinque dolia carianda usque Novum Castrum super Tynam, cui rex mandavit quod ea ab eodem Johanne recipiat et illuc cariari faciat, et residua xv. dolia liberet carianda usque Eboracum, sicut rex prius precepit de quadraginta. Teste rege ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Thome de Gresl' centum solidos ad quos occasione communis summonitionis amerciatus fuit coram justiciariis itinerantibus in comitatu Linc' tempore quo rex fuit apud Castrum Matillidis, ubi idem Thomas fuit cum rege per preceptum regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis centum solidis ipsum Thomam quietum esse faciant. Teste rege apud Wintoniam, xi. die Junii.

De Judeis non remanendis in Suhampt' sine speciali precepto regis.—Rex concessit burgensibus suis Suht' quod nullus Judeus decetero maneat apud Suht sine speciali precepto regis. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod illuc nullum Judeum mittant ad manendum ibi nec aliquem ibidem manere permittant sine speciali precepto regis. Teste ut supra.

Pro Henrico de Hauvill'.—Mandatum est Waltero de Burgo et Warnero Engayn' quod occasione precepti regis quod rex eis fecit de dominicis maneriis regis capiendis in manum regis manum non mittant ad manerium de Brikelestok' quod est in manu Henrici de Hauvill'; et, si forte illud in manum regis seisiverint, plenam ei inde seisinam rehabere faciant. Teste ut supra.

Judei. De extenta facienda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant domos et terras Azonis Benedicti Suhampt' in Suht' et in La Hull', videlicet quantum valeant per annum in

1236.

[m. 11] dominicis, redditibus, serviciis, villenagiis et omnibus aliis exitibus, et, facta extensione predicta, eidem Azoni rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ad debita in quibus tenetur David, Judeo Oxonie, et Deuleben' filio Ursell', Judeo Wintonie, secundum valorem predictarum domorum et terrarum et quantititatem predictorum debitorum, ita quod interim cessent usure. Teste rege ut supra.

Pro abbate Sancti Edmundi, de respectu loquele.—Quia abbas Sancti Edmundi per preceptum regis in crastino festi Sancti Johannis Baptiste intendet quibusdam negotiis regis in partibus suis expediendis, que rex ei injunxit, ita quod eo die coram justiciariis de Banco comparere non potest, mandatum est predictis justiciariis quod omnes loquelas ispum prefato die tangentes coram eis ponant in respectu in eodem statu quo erunt ad diem illum, usque in octabas Sancti Michaelis anno etc. xx. Teste rege ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Brehull' habere faciat Walerando Teutonico duos damos de dono regis. Teste rege apud Wyntoniam, xij. die Junii.

[m. 10.] *Pro priore de Merleberg'.*—Rex Galfrido Esturmi salutem. Ostendit nobis prior Sancte Margarete de Merleberg' quod, cum ipse duos homines suos misisset ad boscum nostrum de Savernac pro claustura spine ad hayas suas claudendas, tu prefatos homines cepisti et imprisonasti et adhuc detines imprisonatos. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, tunc prefatos homines sine dilatione deliberari facias. Teste rege apud Wintoniam, xiij. die Junii.

Pro. W. Karleolensi episcopo, de damis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod permittat W. Karleolensem episcopum, capere tres damos ad opus suum in balliva sua de dono regis. Teste rege apud Wintoniam, xiiij. die Junii.

Eodem modo mandatum est ballivis de Odyham pro eodem episcopo de tribus damis. Teste rege ut supra.

Surr'. Pro Petro Baldewini.—Rex dilecto et fideli suo Johanni de Gatesden' salutem. Ostendit nobis Petrus Baldewini quod cum ipse a Gilberto de Abbernun, dum viveret, viginti et quinque fusta emisset in bosco suo de Stokes, ita quod signata essent fusta illa ad prosternendum, et duo inde essent prostrata, vos postquam ballivam illam recepistis fusta illa prosterni et abduci permittere noluistis. Et ideo vobis mandamus quod, inquisita super hoc diligentius veritate, si inveneritis ita esse, tunc prefatum Petrum fusta predicta prosternere et abducere sine impedimento permittatis. Teste rege apud Wintoniam, xiiij. die Junii.

De damis datis W. de Kirkeh'.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Brehull' habere faciat W. decano Sancti Martini, Lond', duos damos de dono regis. Teste ut supra.

1236.
[m. 10.] *Rex. De quercubus ad maeremium domorum castri Wintonie.*—Mandatum est constabulario Porecestr' quod in foresta de la Bere in balliva sua faciat habere vicecomiti Suht' xl. quercus ad maeremium inde faciendum ad domos regis infra castrum Wintonie. Teste rege ut supra.

Pro Henrico de Helyun.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod de terra in Falewel' quam Willelmus Blome tenet et unde rex pro voluntate fecit disseisiri Henricum de Helyun eidem Henrico sine dilatione plenam seisinam habere faciat, salvis predicto Willelmo bladis et catallis suis que habet in eadem terra. Teste ut supra.

Pro rege, de grissio opere et cera.—Mandatum est A. Bacun, custodi nundinarum Sancti Botulfi, quod in nundinis predictis ad opus regis faciat retineri quindecim milliaria grissii operis et duo milliaria cere usque ad adventum W. de Haverhull' et W. scissoris regis ad nundinas predictas. Teste rege apud Wintoniam, xv. die Junii.

De vinis recipiendis et ponendis in celario regis Suhampt'.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampt' quod decem et novem dolia vini que Barnabas de Barbeflet' eis liberabit ab eodem ad opus regis recipiat (*sic*) et ea in celario regis Suht' poni faciant, salvo ad opus regis ibidem custodienda donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Quia Belina que fuit uxor Deuleben', Judei Wintonie, finem fecit cum rege per ducentas marcas pro habendis catallis et vadiis que fuerunt predicti viri sui die quo obiit; mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de catallis et vadiis que predicta Judea secundum legem et consuetudinem regni regis probare poterit fuisse predicti viri sui die predicto eidem Beline plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

De cera retinenda ad opus regis.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod retineant ad opus regis trecentas libras cere, ita quod rex ceram illam promptam habeat cum ad partes illas venerit. Teste ut supra.

Pro abbate et monachis de Villa Nova.—Mandatum est Alexandro Bacun, custodi honoris Richemund', et ballivo regis nundinarum Sancti Botulfi quod habere faciant abbati et monachis de Villa Nova de ordine Cisterciensi decem libras quas singulis annis percipere consueverunt nomine elemosine in nundinis predictis de dono Constancie, quondam comitisse Britannie tempore J. regis et tempore hujus regis, antequam honor predictus provenisset in manum P. comitis Britannie. Teste ut supra.

Pro Belina, Judea Wintonie.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod catalla et vadia que Belyna que fuit uxor Deuleben', Judei Wintonie, probare poterit secundum legem terre nostre sua esse eidem Beline habere faciant. Teste ut supra.

1236.
[m. 10.] *Judei. Pro Johanne filio Johanni* (sic) *Balun, de extenta.*—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Johannis filii Johannis de Balun in magna Merkel' et in magna Cheverel' que est vadium Urseli filii Hamonis, Judei Heref', David de Oxonia et Samar' de Wintonia, Judeorum, videlicet quantum valeat per annum in dominicis, redditibus, serviciis, villenagiis et omnibus aliis exitibus terre; et, facta extensione predicta, eidem Johanni rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ad debita in quibus predictis Judeis tenetur reddenda secundum valorem terre predicte et quantitatem predictorum debitorum, ita quod interim cessent usure. Teste ut supra.

De damis datis comitisse Penbr'.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in forestis de Wychewud' et Wytlewud' et Bernewud' habere faciat A. comitisse Penbr', quindecim damos de dono regis, scilicet in singulis earum quinque damos. Teste rege apud Wintoniam, xvj. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod faciat habere Herberto filio Mathei novem quercus in foresta de Melkesham' ad focum suum de dono regis. Teste rege apud Clarendon', xvij. die Junii.

Electus. Pro electo Valentino.—Mandatum est Ade filio Willelmi quod de manerio de Reindon' cum pertinentiis quod extendi fecit ad triginta et quatuor libras, xviij. solidos et xi. denarios, et de manerio de Benigton' cum pertinentiis quod extendi fecit ad quadraginta libras, quinque solidos, octo denarios et obolum, per preceptum regis, de terris que fuerunt Roberti filii Walteri, plenam seisinam habere faciat W. electo Valentino, cum bladis que rex habet in predictis terris et carucis regis. Et de terris residuis que fuerunt predicti Roberti, quantum deest de ducentis libratis terre, extendi et eidem electo inde seisinam habere faciat similiter cum bladis que rex habet in eisdem terris et carucis regis, ita quod de terris que fuerunt predecti Roberti habeat ducentas libratas terre competentius ei assignatas, quas rex ei commisit ad se sustentandum in servicio suo quamdiu regi placuerit. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia non habuit.*

Rex. De imagine quadam facienda.—Mandatum est H. de Pathes', thesaurario regis, quod ad similitudinem imaginis regie quam rex fieri fecit ponendam in feretro Sancti Edwardi apud Westmonasterium fieri faciat competentem imaginem cujusdam regine ad minus custum quod poterit ponendam in feretro predicto, ita quod prompta sit cum rex illuc proximo venerit. Teste rege apud Clarendon,' xviij. die Junii.

De capreolis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in bosco de Cury faciat habere Hugoni de Vivon' quinque capreolos de dono regis. Teste rege ut supra.

1236.

[m 10.] *Judei. De extenta facienda pro Johanne de Coudr'.*—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Johannis filii Walteri de Coudr' in Coudr' que est vadium Aaron filii Abrahe, Samuelis Muton', Samme (?) fil' Aaron Blundi, Judeorum London', et Ysaac filii Samuelis, Judei Cantebrigie, videlicet, quantum valeat per annum in dominicis, redditibus, serviciis, villenagiis et omnibus aliis exitibus terre; et, facta extensione predicta, eidem Johanni rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ad debita in quibus predictis Judeis tenetur reddenda secundum valorem predicte terre et quantitatem predictorum debitorum, ita quod interim cessent usure. Teste ut supra.

Pro Roberto de Briwes.—Rex cepit homagium Roberti de Briwes de terris et tenementis que tenet de hereditate Berte filie et heredis Pauline de Teyden', uxoris predicti Roberti, de honore de Raelegh', cujus custodiam rex dederat Waltero de Evermuth'.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in parco de Brug' Walteri faciat habere Hugoni de Vivon' tres damos de dono regis. Teste ut supra.

Pro Emeryco de Sascy.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Penber' Emerico de Sascy liberationem busce et pannagium suum habere faciat, sicut in ea habere debet et habere consuevit tempore domini J. regis et tempore hujus regis. Teste ut supra.

Pro Emeryco de Sascy.—Mandatum est vicecomiti Cantebr' quod de dimidia hida terre in Bassingburn' unde contentio fuit in curia regis inter Emerycum de Sascy et Fulconem de Muntgumery et que tandem assignata est feodo de Mordon' quod fuit Willelmi de Ken et quam per preceptum regis cepit in manum regis permittat predictum Emerycum blada de hoc anno instanti habere et terram ipsam in manu regis salvo faciat custodiri, donec rex ei aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro decano et capitulo Sarrisburiensibus.—Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat decano et capitulo Sarrisburiensibus viginti bonas quercus in foresta de Chipeh', sparsim per loca, ad stalla sua facienda in ecclesia Sarr' de dono regis. Teste ut supra.

Rex. De maeremio ad operationes apud Clarendon'.—Mandatum est Henrico de Dun, custodi domorum de Clarendon', quod in bosco regis de Milcet et alibi in balliva sua faciat habere Magistro Elye de Derh' maeremium ad operationes regis apud Clarendon' et buscam ad quendam rogum faciendum ad easdem operationes, sicut idem magister ei dicet ex parte regis. Teste ut supra.

1236.
[m. 10.] *De quodam falso nuntio.*—Mandatum est ballivis de Aundevr' quod Willelmum, quem ceperunt et captum detinent apud Aundevr', et qui se fecit nuntium venerabilis patris R. Cicestrensis episcopi, cancellarii regis et qui ejus nuntius non est, ut idem cancellarius dicit, venire faciant usque Wintoniam et liberari custodi gaiole regis ville Wintonie cui rex mandavit quod ipsum recipiat et in predicta gaiola salvo custodiat quousque rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Et mandatum est custodi predicte gaiole quod illum recipiat et salvo in predicta gaiola salvo (*sic*) custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Rogero Gernun.—Quia constat regi per inquisitionem quam fieri fecit per justiciarios ultimo itinerantes in comitatu Wilt' quod nec Rogerus Gernun nec predecessores sui aliquo tempore consueverunt dare viginti solidos ad custodiam castri Divisarum nisi tempore quo Johannes Marscall' habuit custodiam ejus castri; mandatum est constabulario Divisarum quod predictum Rogerum de demanda predictorum xx. solidorum decetero pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro decano et capitulo Sarrisburiensibus.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod centum quercus in foresta de Dene quas rex dedit decano et capitulo Sancte Marie Sarrisburiensis ad fabricam ecclesie sue tempore quo Petrus de Rivall' habuit custodiam predicte foreste et quas nondum habuerunt, sicut regi certificatum est, eis habere faciat. Teste rege apud Craneburn', xx. die Junii.

Per breve P. de Rivall' quod habuerunt directum W. de Sancto Leodegario, castellano predicti castri tempore predicti P., unde datum xxij. die Januarii anno etc. xviij. apud Clarendon', et quod decanus et capitulum regi integras (*sic*) reddiderunt.

Mandatum est Henrico de Dun, custodi domorum de Clarendon', quod per visum forestariorum faciat habere vicecomiti Wilt' ad reparationem regis domorum regis (*sic*) in castro Sarrisburiensi et capelle Sancte Crucis et domorum que fuerunt episcopi Sarrisburiensis in eodem castro maeremium in balliva sua prout necesse fuerit ad easdem reparationes. Teste rege ut supra.

Pro herede G. comitis Glouc'.—Quia datum regi intelligi quod manifeste derogaretur filio et heredi comitis Glouc' qui est in custodia regis quantum ad chaceam suam de Craneburn', si Johannes Byset clauderet boscum suum de Rokeburne, sicut rex licentiam ei dederat credens quod id fieri posset sine prejudicio juris alieni: rex dedit in mandatis eidem Johanni quod de predicto bosco decetero claudendo penitus cesset et id quod clausum est prosternat. Et mandatnm est ballivo de Craneburn' quod, si predictus Johannes ad mandatum regis hoc non duxerit faciendum, ipse id fieri faciat. Teste rege apud Craneburn', xxij. die Junii.

1236.
[m. 10.] *De damis datis.*—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Luce de Drumar' tres damos in foresta de Shilewud' de dono regis. Teste rege apud Shireburn', xxiiij. die Junii.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Saunford' quod in foresta de Braden' habere faciat Hugoni Paynel tres damos de dono regis. Teste ut supra.

De carta legenda et tenanda.—Rex concessit priori de Bradenestok' quasdam libertates contenta (*sic*) in carta regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod cartam predictam legi et teneri faciant. Teste ut supra.

[m. 9.] *Pro Osberto Giffard'.*—Mandatum est Roberto de Aundel', ballivo de Gillingeh', quod non obstante mandato regis quod ei fecit de dominicis regis in manerio de Gillingeh' capiendis in manum regis plenam seisinam habere faciat Osberto Giffard' de tribus virgatis terre cum pertinentiis in Gillingh' quas Gervasius Bailleben qui fugit pro latrocinio tenuit de rege in capite et quas rex dedit eidem Osberto per cartam suam quam inde habet et quas in manum regis cepit occasione predicti mandati. Teste rege apud Middelton', xxiij. die Junii, coram electo Valentino.

Judei. De extenta facienda.—Michael Parleben habet litteras regis de domibus et redditibus suis in Cantebrigia qui sunt vadium Joscei Presbyteri et Aaron Blund', Judeorum London', extendendis et de habendo rationabili fine et rationabilibus terminis. Teste rege apud Dunden', xxvj. die Junii.

De roboribus datis.—Mandatum est Henrico de Dun, ballivo foreste de Pancet', quod magistro Henrico Tessun faciat habere duo robora ad focum suum in foresta de Pancet' de dono regis. Teste rege apud Bristoll', xxviij. die Junii.

Pro abbate de Monte Sancte Michaelis.—Mandatum est custodi insularum de Geres' et de Gerner' quod sine impedimento permittat abbatem de Monte Sancti Michaelis tenere maras et alias possessiones suas in insulis predictis sicut eas tenuit temporibus predecessorum regis, regum Anglie, et temporibus aliorum ballivorum regis qui ante ipsum custodem fuerunt in insulis predictis per preceptum regis. Teste rege ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Rokingh' habere faciat uxori Roberti filii Baldewini de Veer tres damos de dono regis. Teste ut supra.

Pro hominibus de Gillingeham.—Mandatum est ballivis (*sic*) de Gillingeham quod sine impedimento permittat homines regis de Gillingeham habere liberum ingressum et egressum ad averia sua fuganda usque ad aquam de Lyden' ad ea ibidem adaquanda, ita

1236.
[m. 9.] quod occasione illa nullam habeant communam pasture in parco regis ibidem vel in forinseco bosco vel in landa regis de Martleg', et de escapio averiorum suorum ita se habeat versus eos ne conquerendi de duritia sua justam causam eis relinquat propter quod erga eum rex juste moveri debeat. Teste ut supra.

Pro Engel' de Cygoyn'.—Mandatum est Reginaldo de Albo Monasterio quod permittat Engel' de Cygoyn', constabulario Windes', habere rationabile estoverium suum in foresta de Windes' ad focum suum et in eadem foresta ei duos damos habere faciat de dono regis. Teste rege apud Bristoll', xxix. die Junii.

Pro mulieribus leprosis de Bradelegh'.—Rex concessit mulieribus leprosis de Bradesleg' quod habeant liberum chimunaghium per forestam regis de Selewud' cum equis et carectis suis in eundo et redeundo ad buscam et carbonem et maeremium quod (*sic*) in eadem foresta perquisierint ad opus earundem mulierum et fratrum et pauperum ejusdem domus, tam ex dono quam ex empto, ducenda usque ad predictam domum suam de Bradesleg'. Et mandatum est Ricardo de Wrotham quod sine impedimento id fieri permittat. Teste ut supra.

Pro episcopo Cycestrensi, de quadam gaiola.—Rex commodavit venerabili patri R. Cycestrensi episcopo, cancellario suo, gaiolam regis in balliva vicecomitis Sussex' ad duos clericos pro morte hominis captos et detentos in prisona regis ponendos in eadem gaiola per manus ipsius episcopi. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod, cum officialis ipsius episcopi ad eum venerit predictos duos clericos, loco ipsius episcopi, ei liberaturus, eos recipiat et in predicta prisona salvo custodiri faciat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat monialibus de Bocland' quadraginta quercus ad fabricam ecclesie sue in parco de Pertun' de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario Bristoll' quod habere faciat Fratribus Predicatoribus Bristoll' quindecim robora, et Fratribus Minoribus ibidem totidem robora in bosco de Furch', ad focos suos de dono regis. Teste ut supra.

Rex. De armis recipiendis.—Mandatum est Johanni de Baiocis quod tam arma quam vasa enea et alia que apud castrum de Plymton' recepit per manum venerabilis patris W. Exoniensis episcopi, per scriptum in modum cyrographi confectum liberari faciat Thome de Cyrencestr', vicecomiti Sumers' et Dors', cui rex precepit quod illa ab eo recipiat. Teste rege apud Berkel', primo die Julii.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Wytlewud' habere faciat Johanni de Lexint' tria robora ad focum suum de dono regis. Teste rege apud Glouc', ij. die . . . . .

1236.
[m. 9.] *Pro Roberto de Cokefeud.*—Mandatum est Rogero de Essex', escaetori regis, quod tam de terris quas Agatha de Cokefeud tenuit in dotem quam de terris quas tenuit hereditarie et quas occasione mortis ipsius Agathe cepit in manum regis, Roberto de Cokefeud, filio et heredi predicte Agathe, plenam seisinam habere faciat, simul cum omnibus catallis que in eisdem terris invenit et occasione mortis predicte in manum regis cepit, plenam seisinam habere faciat (*sic*), si eadem Agatha nullam terram vel tenementa de rege tenuit in capite. Teste ut supra.

De maeremio ad reparationem molendinorum regis Bristoll'.—Mandatum est constabulario Bristoll' quod in bosco de Furches habere faciat ballivis Bristoll' maeremium necessarium ad sustentationem molendinorum regis Bristoll', ita quod de quercubus quas eis ad hoc habere fecerit habeat penes se unam talliam et ipsi ballivi regis contratalliam. Teste rege apud Glouc', iij. die Julii.

Rex. Pro Henrico de Dun.—Mandatum est ballivis Nove Foreste quod salem de balliva sua pertinentem ad larderium regis de Clarendon' habere faciant Henrico de Dun, custodi domorum regis de Clarendon', ad faciendum inde quod rex ei precepit. Teste rege ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Brehull' faciat habere Alicie uxori Godefridi de Craucumb' tres damos de dono regis. Teste rege ut supra.

De sturione regi mittendo.—Mandatum est W. de Lancastr' quod sturionem quem ballivi sui invenerunt super sabolonem maris et quem retinuit ad opus regis non obstante eo quod abbas de Furn' petiit piscem ipsum tamquam captum in libertate sua domino regi quam citius poterit mittat. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod faciat habere Fratribus Minoribus Glouc' decem robora in balliva sua ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Dauntes'.—Rex vicecomiti Bedeford' et Buk' salutem. Scias quod divortium celebratum per Norwicensem episcopum et conjudices suos inter Rogerum de Dauntes' et Matildem, comitissam Essex', uxorem suam, per venerabilem patrem R. Herefordensem episcopum et conjudicem suum, auctoritate litterarum domini Pape, est revocatum et predicta comitissa ei tamquam uxor sua legitima adjudicata, sicut iidem judices per litteras suas patentes nobis significaverunt. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris et feodis ipsius comitisse in balliva tua que quidem sunt in manu ejusdem comitisse et de omnibus carucis, catallis et bonis ejusdem comitisse que sunt in predictis terris predicto Rogero sine dilatione plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

1236.
[m. 9.]

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Middlesex', Essex', Hunt', pro eodem Rogero. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus Oxonie.—Rex majori et probis hominibus suis Oxonie, salutem. Quia per litteras vestras nobis directas accepimus quod sponte suscepistis in vos onus muragii ville Oxonie quoad placiam quam Robertus filius Roberti Oen tenuit juxta domos Fratrum Minorum Oxonie et quam idem Robertus eisdem fratribus dedit in augmentum mansionis sue: vobis mandamus quod eisdem fratribus de predicta placia plenam seisinam habere faciatis, ita quod predictus Robertus qui prius fuit liber hospes prioris et fratrum Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' in Anglia in predicta placia, eandem libertatem habeat in corpore domus sue in qua nunc manet alibi in eadem villa in parochia Sancti Michaelis ad portam borealem. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Sancta Brigida.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foreste de Dene faciat habere Nicholao de Sancta Brigida viginti quercus ad domum suam de Sancta Brigida reedificandam de dono regis in aliquo loco ejusdem foreste ubi competentius capi possint ad opus suum. Teste rege apud Theok', iiij. die Julii.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est constabulario castri Colecestr' quod prisones quos vicecomes Essex' ei liberabit ab eo recipiat et in gaiola regis in predicto castro salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro H. Elyensi episcopo.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Monstravit nobis venerabilis pater H. episcopus Elyensis, quod vos per summonitionem Scaccarii recepistis a Matheo Luvayn viginti marcas pro fine misericordie que ad eum pertinent ratione libertatis ecclesie sue. Et ideo vobis mandamus quod, si causa predictarum xx. marcarum pertinet ad libertatem suam, tunc eas ei habere faciatis; sin autem, ad opus nostrum retineantur. Teste rege ut supra.

Pro Aylwino filio Mildrede et aliis.—Rex vicecomiti Norhumbr' salutem. Monstraverunt nobis Aylwinus filius Mildrede et Matillis uxor ejus et Alexander filius Mildrede et Agnes uxor ejus, quod, cum tenuissent pacifice duas bovatas terre cum pertinentiis in villa de Sunderland' que est dominicum nostrum usque ad tempus quo commisimus comitatum illum Ricardo de Gray custodiendum, Willelmus de Gray, tunc vicecomes ejusdem comitatus, occasione finis quinque marcarum quem Willelmus de Shafton' fecit cum eo eos pro voluntate sua de terra illa disseisivit et eidem Willelmo commisit per finem predictum, desicut ipsi parati fuerunt sufficienter respondere de servito ad terram illam pertinente. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, eidem Ailwino et Matillidi, Alexandro et Agneti, de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere facias, accepta prius ab eis securitate quod de redditu et servitio pertinente ad eaudem terram sufficienter respondebunt. Teste ut supra.

1236.
[m. 9.]

Pro Willelmo Britone.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod pro expensis quas dilectus et fidelis noster Willelmus Brito fecit in servitio nostro perdonavimus ei quinquaginta libras que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii nostri de tempore quo fuit vicecomes noster Kancie. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Willelmum de predictis quinquaginta libris quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Hawisia de Mares.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod demandam quam Benedictus Crespin facit versus Hawisiam de Mares occasione custodie terre et heredis Henrici de Waltham, qui est in manu sua, de debitis que idem Henricus eidem Benedicto debuit, scilicet de xxvj. libris de sorte et xxxiiij. libris de lucro, poni faciant in respectum usque ad festum Omnium Sanctorum, anno etc. xxj. Teste rege ut supra.

De cervo dato.—Mandatum est Johanni de Munem' quod faciat habere uxori Johannis Byset unum cervum in Nova Foresta de dono regis. Teste ut supra.

Pro tenentibus abbatis Westmonasteriensis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod non distringat tenentes abbatis Westmonasteriensis et homines ipsorum tenentium in balliva sua pro amerciamentis factis coram justiciariis nostris foreste ultimo itinerantibus in comitatu suo unde idem abbas quietantiam habet per cartam regis quam rex eis inde fieri fecit. Teste rege apud Theok', vij. die Julii.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod non distringat tenentes abbatis Westmonasteriensis et homines ipsorum tenentium de hundredo de Derhust pro amerciamentis factis coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu suo et finibus factis coram eisdem pro licentia concordandi et fine facto pro comitatu suo unde idem abbas quietantiam habet per cartam regis quam ei inde fieri fecit. Teste rege ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod in foresta de Savernak' faciat habere H. comiti Hereford', duos damos de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Fecham faciat habere Willelmo de Cantilupo seniori tres damos, et Willelmo de Cantilupo juniori duos damos in foresta de Rokingh', et Willelmo Barduf duos damos in foresta de Shyrewud', de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est eidem quod in foresta de Shirewud' faciat habere Johanni de Stutevill' duos damos de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Thome de Langel' quod in foresta de Wichewud' faciat habere W. decano Sancti Martini, Lond', unum damum de dono regis. Teste ut supra.

1236.
[m. 9.]

Pro Roberto de Cokefeud.—Mandatum est Rogero de Essex', escaetori regis, quod, si Agatha de Cokefeud nullam terram de rege tenuit in capite, tunc de omnibus redditibus et exitibus, quos percepit de terra que fuit predicte Agathe quam in manum regis cepit occasione mortis ipsius Agathe Roberto de Cokefeud, filio et heredi predicte Agathe, plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro priore de Lenton'.—Rex dilecto et fideli nostro, Johanni de Nevill', justiciario suo foreste, salutem. Quia per inquisitionem quam per preceptum nostrum fecistis et nobis misistis didicimus quod prior de Lenton' et predecessores sui habere consueverunt in foresta nostra de Salceto liberum ingressum et egressum cum averiis suis ad herbagium et cum porcis suis ad pannagium occasione manerii sui de Cortenhal', et quod nichil dare consueverunt pro herbagio vel pannagio; vobis mandamus quod de pannagio quod exigitis a predicto priore occasione illa ipsum quietum esse faciatis, et decetero cum averiis suis ad herbagium et porcis suis ad pannagium in predicta foresta liberum ingressum et egressum ipsum habere permittatis, sicut predictum est. Teste rege apud Theok', viij. die Julii.

De Quinque Portubus.—Rex dilectis et fidelibus suis baronibus portus de Sandwico salutem. Sciatis quod commisimus dilecto et fideli nostro Bertramo de Crioyll', constabulario nostro Dovor', custodiam portus vestri de Sandwico habendam quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod eidem Bertramo tamquam custodi vestro in omnibus que ad predictum portum pertinent intendentes sitis et respondentes. Mandamus etiam vobis quatinus in fide qua nobis tenemini et sub debito juramenti nobis prestiti sitis ei auxiliantes et consulentes ad jura nostra ratione predicti portus de Sandwico et aliorum portuum de Quinque Portubus ad nos spectantia conservanda, et ad ea que tempore guerre mote inter dominum J. regem, patrem nostrum, et barones suos Anglie et tempore nostro male nobis subtracta per ballivos portus vestri vel alios quocunque modo revocanda et in statum pristinum reducenda, ita quod diligentiam vestram merito debeamus habere commendatam, scituri pro certo quod quanto devotiores invenerimus in hac parte tanto benigniores nos invenietis ad libertates et jura vestra in omnibus conservanda. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est baronibus Rumenal, Dovor', Hethe, Hastinges. Teste ut supra.

[m. 8.] *Pro abbate Sancti Nicholai de Angers.*—Mandatum est Rogero de Essex', escaetori suo,* quod de terris et tenementis abbatis Sancti Nicholai de Aungers in balliva sua que cepit in manum regis eo quod falso dicebatur ipsum esse mortuum eidem abbati plenam seisinam habere faciat. Et, si quid inde captum fuerit, reddi faciat. Teste rege apud Theok', xj. die Julii.

---

* Substituted for vicecomiti Linc'.

1236.
[m. 8.] *De thesauro regis Hibernie.*—Mandatum est constabulario Bristoll' quod thesaurum regis quem justiciarius et thesaurarius regis Hibernie ei mittent custodiendum ad opus regis, cum ad eum venerit usque Bristoll', recipiat et in castro Bristoll' salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Hybernia. Liberate pro Fratribus Minoribus Dublin'.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, et G. de Turvill', archidiacono Dublinensi et thesaurario suo Dublin', salutem. Liberate de thesauro nostro Fratribus Minoribus Dublin' l. marcas in subsidium construendi edificia sua que inchoari fecerunt apud Dublin' de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta de Dene faciat habere Willelmo Thaleboth, vicecomiti Glouc', octo cervos et sex capreolos ad opus Alienore, cognate regis, de dono regis. Teste rege apud Theok', xiij. die Julii.

De catallis cujusdam qui fugit pro morte hominis.—Mandatum est vicecomiti Wygornie quod catalla Benedicti Parde qui fugit pro morte hominus per legales homines faciat appreciari et fratri Galfrido, elemosinario regis, in custodiam liberari quousque constiterit si idem Benedictus culpabilis sit de predicta morte vel non, ut, si inde culpabilis fuerit et convictus, habeat idem Galfridus eadem catalla ad faciendum inde elemosinam regis, una cum anno et die qui ad regem pertinebunt de terra ipsius Benedicti, quos tunc ei similiter habere faciet. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta de Den' in loco competenti faciat habere abbati de Theok' sex quercus ad maeremium ad operationem ecclesie sue de dono regis. Teste rege apud Theokesbir', xiiij. die Julii.

De damo dato.—Mandatum est custodi foreste de Feckeh' quod in foresta predicta faciat habere fratri Galfrido, elemosinario regis, unum damum de dono regis. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod iiij. cervos quas (*sic*) rex dedit Radulfo de Thouny in Nova Foresta, anno regni nostri sui (*sic*) decimo nono, sicut rex bene recolit, et quos nondum habuit, ut dicitur, eidem Radulfo habere faciat. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Shotovr' faciat habere Fratribus Predicatoribus Oxonie duodecim robora ad focum suum de dono regis. Teste rege apud Evesh', xiiij. die Julii.

De fustis datis.—Mandatum est eidem quod faciat habere Radulfo de Sancto Sampsone ad se hospitandum apud Selton' decem fusta in bosco regis de Gateleya de dono regis. Teste rege apud Evesh', xv. die Julii.

1236.
[m. 8.] Mandatum est constabulario de Divisis quod in foresta de Chipeham habere faciat Waltero de Godarvill' unum damum de dono regis. Teste rege apud Evesham, xvj. die Julii.

De perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod duas marcas ad quas magister Walterus de Cantilup' amerciatus fuit coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu Hertford' pro defalta eidem magistro perdonavimus. Et ideo vobis mandamus quod de illis duabus marcis ipsum quietum esse faciatis. Teste rege apud Feckeh', xvij. die Julii.

Et mandatum est R. Londoniensi episcopo, cui demandatum fuit quod compelleret* predictum magistrum W. ad solutionem predictarum duarum marcarum per beneficium suum ecclesiasticum in diocesi sua compelleret*, quod pacem ei inde habere permittat. Teste rege ut supra.

Pro Alexandro de Nevill'.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Scias quod in curia nostra coram nobis protestatum est quod Alexander de Nevill', filius et heres Alexandri de Nevill', qui per preceptum nostrum extitit in custodia Ricardi de Alencun, plene etatis est, propter quod homagium ejus cepimus de terris et tenementis que predictus Alexander tenuit de rege in capite et que ipsum Alexandrum filium suum hereditarie contingunt. Et ideo tibi precipimus quod de terris predictis de quibus predictus Alexander, pater ipsius Alexandri, fuit seisitus ut de feodo die quo obiit eidem Alexandro filio et heredi suo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod de terris et tenementis de quibus predictus Alexander pater ejus fuit seisitus, etc., sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Feckeham, xviij. die Julii.

Pro persona de Fecham, de decimis.—Rex ballivo suo de Feckeham salutem. Quia provisum est de communi consilio nostro quod decime feni et molendinorum dentur per totum regnum nostrum de dominicis nostris tibi precipimus quod decetero facias habere persone de Feckeham decimas molendini nostri de Feckeh'. Facias etiam eidem persone dari decimam pannagii de dominicis boscis nostris de Feckeham, sicut dari consuevit tempore domini J. regis, patris nostri, et tempore nostro usque ad tempus quo evenisti ballivis noster. Teste ut supra.

Pro fratribus hospitalis de Brug'.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod permittat fratres hospitalis Sancti Johannis Ewangeliste de Brug' habere unum equum singulis diebus itinerantem semel in die ad mortuum et siccum boscum in foresta de Morf' ad focum suum, et permittat similiter fratres domus leprosorum de Bruges habere unum equum singulis diebus itinerantem semel in die ad mortuum et siccum boscum in eadem foresta ad focum suum, sicut ipsis fratribus tam hospitalis predicti quam domus predicte per cartas regis quas inde habent rex concessit. Teste ut supra.

*Sic in MS.

1236.
[m. 8.] *Pro abbate et monachis de Evesh'.*—Dominus rex replegiavit abbati et monachis de Evesham villam de Evesham et libertates suas que capte fuerunt in manum regis occasione transgressionis facte in eadem villa de falsis mensuris quibus homines ejusdem ville utebantur in adventu regis ibidem. Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod de predicta villa cum libertatibus suis plenam eis seisinam habere faciat. Teste rege apud Fecham, xviij. die Julii.

De perdonatione.—Rex perdonavit Philippo le Bret duas marcas et dimidiam quas barones de Scaccario ab eo exigunt per summonitionem Scaccarii de prestito Wallie. Et mandatum est predictis baronibus quod ipsum Philippum inde quietum esse facient. Teste rege apud Wigorniam, xix. die Julii.

Et mandatum est vicecomiti Heref' quod ei inde pacem habere permittat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Bernewud' faciat habere Radulfo filio Bernardi duos damos de dono regis. Teste rege apud Wigorniam, xx. die Julii.

Mandatum est Ricardo de la Lade, custodi terrarum que fuerunt G. comitis Glouc', quod in parco de Hunyden' faciat habere Rogero de Clar' duos damos de dono regis. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatur constabulario Sancti Briavelli quod in foresta de Den' faciat habere Johanni de Monem' duos cervos et unum damum de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Theok'.—Mandatur Ricardo de la Lad' quod non impediat abbatem de Theok' quin libere possit habere libertates suas in terris que fuerunt G. quondam comitis Glouc', ut in herbagiis, pannagiis et aliis quas habuit in eisdem terris die quo predictus comes obiit. Teste ut supra.

Pro duobus Walensibus.—Mandatum est constabulario de Muntgumery quod Wrennoc et Griffin', filios Maddoc des Oures, Walenses, libere et sine impedimento ad partes suas redire et in eis stare et firmam pacem regis habere permittat, non obstante eo quod quedam dampna et mala perpetrarunt in terra prioris de Chirebir', ut dicitur, de ovibus suis et aliis eidem priori furtive sublatis, accepta ab eis securitate quod nullum dampnum decetero eidem priori vel suis vel alicui de regno contra pacem per eos eveniet. Teste rege ut supra.

Insule. De terris eorum qui indictati de malefactis etc.—Rex ballivo insularum de Geres' et de Gerner' salutem. Ex quo lex et consuetudo est partium Normannie quod, postquam indictati de malefactis per veredictum xij. legalium hominum de patria cognoverit (*sic*) malitiam suam et insulas predictas abjuraverint, nunquam restitui poterunt ad terras et feoda sua recuperanda, licet abjurationem suam eis perdonaverimus;

1236.
[m. 8.] vobis mandamus quod occasione alicujus mandati nostri contrarii vobis inde prius facti talibus decetero terras vel tenementa sua non reddatis set potius permittatis eos terras et tenementa predicta pacifice possidere, quibus per ballivos nostros insularum commissa fuerunt. Teste rege apud Wigorniam xxi. die Julii.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod de quarellis suis quos fabricari facit dominus rex ibidem mittat domino regi duo millia quarellorum. Teste ut supra.

De bladis dominicorum regis de Bamburg' etc.—Mandatum est Johanni de Mora quod sine impedimento permittat Hugoni de Bolebec, constabulario de Baunburg', colligere blada et fena dominicorum regis de Bamburg', et de Shoston' et de Sunderland' per villanos regis de eisdem dominicis et ea cariare in castrum de Bamburg', et ad castrum illud muniendum permittat etiam eidem constabulario habere truncagium regi debitum de eisdem dominicis et de drangagiis regis ibidem ad sustentationem ejusdem castri. Teste ut supra.

Pro Roberto de Crepping', quod habeat ingressum in castrum de Pikering'.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod libere et sine impedimento permittat Robertum de Creppyng', servientem regis, habere ingressum in castrum de Pikering' cum bobus, vaccis et aliis averiis de dominicis regis ad ea ibidem receptanda. Permittat etiam eundem Robertum blada de dominico regis de Pikering' cariare in idem castrum et ea ibi intassare usque ad adventum regis ad partes illas. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Porecestr' quod faciat habere Herberto filio Mathei duos damos in foresta de Porecestr' de dono regis. Teste ut supra.

Pro H. Elyensi episcopo, de libertate.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Mandamus vobis quod nullam districtionem fieri faciatis super Matheum de Luveyn pro fine viginti marcarum quem nobiscum fecit pro misericordia in quam incidit coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu Suff' pro disseisina facta in feodo Elyensis episcopi ante festum Sancti Michaelis anno regni nostri vicesimo, in quo fine venerabilis pater H. Elyensis episcopus, dicit se jus habere et quod ad ipsum pertinet per libertates quas habet per cartam nostram, eo quod predictus Matheus tenet de feodo predicti episcopi. Mandavimus enim eidem quod interim supersedeat districtioni faciende pro fine predicto ut ad predictum terminum de fine predicto faciamus quod de jure fuerit faciendum. Teste rege ut supra.

Pro Gwiberto de Rue.—Mandatum est Ricardo de la Lade quod de proximo frumento novo instantis autumpni anno etc. xx. quod habuerit in grangia Theok' faciat habere Gwiberto de Rue et Emme uxori ejus decem quarteria frumenti de dono regis. Teste ut supra.

1236.
[m. 8.] *De damis datis.*—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Wichewod' faciat habere Ernaldo de Bosco duos damos de dono regis. Teste ut supra.

De feno et herba ad averia regis.—Mandatum est J. de Nevill' etc. quod permittat Robertum de Crepping' herbam defalcare in landa de Ingoltheweyt et ibidem fenum colligere ad averia regis de Hesingwaud' sustinenda, et eadem averia in eadem landa pascere permittatis (*sic*): et etiam ipsum Robertum habere esiamenta necessaria in bosco nostro de Hesingwoud ad sustentationem manerii nostri de Hesingwoud per visum forestariorum nostrorum usque ad adventum nostrum ad partes illas; ita quod nichil de bosco predicto det vel vendat occasione predicta. Teste rege apud Wigorniam xxij. die Julii.

[m. 7.] *De perdonatione.*—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto et fideli nostro Nicholao de Mol' triginta marcas quas ab eo exigitis per summonitionem Scaccarii nostri de prestito ei facto tempore guerre mote inter nos et R. Marescallum, comitem Penbr' in Wallia. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Nicholaum de predictis xxx. marcis quietum esse faciatis. Teste ut supra. *Istud debet cancellari quando receptum fuit breve a baronibus.*

Pro E. Cantuariensi archiepiscopo.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod occasione precepti regis ei facti de seisina facienda Rogero de Dantes' de terris et tenementis Matillidis, comitisse Essex', que ei adjudicata est in uxorem manum non mittat ad maneria de Walenden' et Depeden' que sunt in manu venerabilis patri E. Cantuariensis archiepiscopi, in vadium usque ad certum terminum qui nondum preteriit. Et si idem Rogerus possessionem predictorum maneriorum ingressus sit tunc ipsum inde eicias et archiepiscopum predictum pacifica possessione eorundem maneriorum graudere facias. Teste rege apud Wigorniam, xxiij. die Julii.

Pro Galfrido Bauzan'.—Mandatum est constabulario Turris London' quod statum Galfridi Baucan' faciat alleviari quantum ad exhibicionem cibariorum et onerationem ferri, eo tamen salvo quod sic custodiatur quod nullo modo evadere possit. Teste me ipso apud Wygorniam, xxiij. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod in Nova Foresta faciat habere Nicholao de Mol' duos damos de dono regis. Teste ut supra.

De maeremio ad operationes regis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta de Den' habere faciat vicecomiti Glouc' maeremium, palos et virgas ad gurgites regis reparandas in aqua Sabrine. Teste rege ut supra.

Mandatum est eidem quod in eadem foresta faciat habere A. comitisse Penbr', sorori regis, tres damos de dono regis. Teste ut supra.

1236.

[m. 7.] *De damis datis.*—Mandatum est Thome de Samford' quod in foresta de Braden' faciat habere eidem comitisse tres damos de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Herberto filio Mathei quod faciat habere Theob' de Englescheviil' unum cervum in foresta de Dertemor' de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Kenylleworth' quod in bosco de Kenylleworth' faciat habere magistro Simoni de Wauth' duas quercus de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Rokingh' extra landam de Benigfeld' faciat habere Hugoni de Patheshull', thesaurario regis, tres damos de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Willelmo de Raleg' ibidem tres damos de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingh' quod in foresta de Shirewud' faciat habere W. Karleolensi episcopo, tres damos de dono regis.

De cervis datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta regis de Den' faciat habere A. comitisse Penbr', sorori regis, quatuor cervos de dono regis. Teste rege apud Wigorniam, xxiiij. die Julii.

Pro Symone de Monteforti.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod de redditu xl. solidorum quem Robertus de Sainterdon' reddere consuevit Gilberto de Miners de dimidia hida terre in Chaveleg' et qui est de feodo Leic' qui etiam nunc est in manu regis sine dilatione plenam seisinam habere faciat Simoni de Monteforti cui rex concessit per litteras suas patentes terras Normannorum que sunt de eodem feodo Leic'. Teste ut supra.

Pro quibusdam appellatis de morte hominis.—Mandatum est vicecomiti War' quod, si Herbertus de Brayl et Johannes et Willelmus, filii ejus, quos tenet in prisona regis pro morte Rogeri de Brayl appellati sint de precepto et non de facto et invenire ei possint salvos plegios standi inde recto coram justiciariis regis ad primam assisam etc. tunc eos ita per plevinam dimittat et catalla eorum ea occasione capta eis deliberare faciat. Teste ut supra.

Pro hominibus de Engelwod', etc.—Mandatum est Thome de Muleton' quod in foresta de Engelwod' faciat habere hominibus regis de Salochild' et de Shoteby per visum forestariorum suorum rationabile estoverium suum ut in husbot' et heybot' sicut illud habere debent et solent. Teste ut supra.

Pro hereditate Margerie Cumin.—Rex dilecte sibi in Christo Alicie de Moyun salutem. Cum vobis reddi fecerimus custodiam terre quam Willelmus Cumin de vobis tenuit de hereditate Margerie

1236.

[m. 7.] uxoris sue occasione contentionis mote de successione hereditaria in predicta terra, vobis mandamus firmiter injungentes quod nulli predictam terram reddatis donec, considerato in curia nostra quis in ea succedere debeat, aliud inde fieri preceperimus. Teste rege apud Persor', xxiiij. die Julii.

Pro duobus mercatoribus de Wincheles'.—Mandatum est J. de Colemere quod Galfrido de Wincheles' qui duxit usque London' xl. dolia vini de partibus transmarinis de vinis que fuerunt Ernisii de Peregoz, convicti super heresi et apud Burdegalam detenti, et que in manum regis cepit per preceptum regis et Simoni de Wincheles', qui duxit usque Sanctum Botulfum l. dolia vini de vinis que fuerunt ejusdem Ernisii et que similiter cepit in manum regis per preceptum regis frettum navium suarum sine dilatione reddi faciat in denariis. Teste rege ut supra.

De mercato clamando.—Rex per cartam suam concessit priori et monachis Wigornie quod ipsi et successores eorum imperpetuum habeant unum mercatum singulis septimanis per diem Mercurii apud manerium suum de Lindrigg', sicut plenius continetur in carta predicta. Et mandatum est vicecomiti Wigorn' quod cartam illam in pleno comitatu suo legi et mercatum illud clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Wigorniam, xxiiij. die Julii.

Pro Willelmo de Cantilupo.—Mandatum est Waltero de Burgo et Warnero Engayn' quod talem seisinam habere faciant Willelmo de Cantilupo de manerio de Kaune cum pertinentiis qualem inde habuit antequam manerium illud ceperunt in manum regis occasione precepti regis quod eis fecit de dominicis regis capiendis in manum regis donec aliud a rege habuerint mandatum. Teste ut supra.

Pro Johanne de Cantilupo et uxore ejus.—Rex vicecomiti War' salutem. Quia perpendimus quod Alicia de Moyun nos decepit suggerendo nobis quod alius fuit heres quem jure hereditario contingit manerium de Sturton' quam Margeria filia Willelmi Cumin cum nullus alius subesset nec qui manerium illud peteret; tibi precipimus quod non obstante precepto nostro quod tibi fecimus de seisina facienda predicte Alicie de manerio predicto nomine custodie talem seisinam habere facias Johanni de Cantilupo et predicte Margerie, uxori sue, qualem inde habuerunt antequam inde disseisiti fuerunt per predictum preceptum nostrum, salvo unicuique jure suo quod dicit se habere in manerio predicto et etiam predicte Alicie relevio suo et servitio suo debito. Teste ut supra.

Pro Roberto de Gouyz.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus Roberto de Gouiz, quod de debito quod debet Isaac, Judeo Norwic', et de quo reddere solebat eidem Judeo xv. marcas per annum reddat ei decetero annuatim decem marcas ad eosdem terminos ad quos reddere consuevit predictas quindecim marcas, ita quod si contingat quod

1236.
[m. 7.] alique terre ei accrescant post istam concessionem nostram, idem Robertus reddet eidem Judeo majorem summam per annum de predicto debito ad voluntatem nostram. Et ideo vobis mandamus quod hoc ita fieri et inrotulari faciatis. Teste ut supra.

Pro Thoma de Muleton'.—Mandatum [est] J. de Colemere quod de vinis regis que fuerunt Ernisii de Peregoz et sunt in custodia sua faciat habere Thome de Muleton' unum dolium vini de dono regis. Teste ut supra.

Pro regina Scocie.—Mandatum est vicecomiti Cantebr' quod de nullo placito pertinente ad vicecomitem in manerio de Stanton', quod rex commisit A. (*sic*) regine Scocie, se intromittat donec rex aliud inde preceperit, salvis attachiamentis de placitis corone regis et visu franci plegii, ita quod visus ille fiat sine qualibet occasione et calumpnia et quod nullus denarius inde per se vel suos capiatur. Teste ut supra.

Pro Roberto de Gouiz.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Roberto de Gouiz unum damum in foresta de Blakemor' de dono regis. Teste rege apud Persor', xxvj. die Julii.

Pro Agnete de Kanvill'.—Rex Hamoni de Crevequoer salutem. Meminimus* nos vobis concessisse custodiam terre et heredum Thome de Kanvill' cum maritagiis eorundem heredum verum quia non fuit intentionis nostre quod occasione illius concessionis aliquid detraheretur Agneti de Kanvill' de rationabili dote sua eam contingente de terris et tenementis que fuerunt predicti Thome, quondam viri sui, et sunt in manu vestra, vobis mandamus quod id quod eidem Agneti de rationabili dote sua deest sine dilatione habere faciatis, ne amplius etc. Teste rege apud Ottind', xxvj. die Julii.

Pro Gerardo Talebot.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod non obstante mandato quod rex ei fecit de seisina facienda Ricardo de Sancto Johanne, capellano, de terra que fuit Huberti de Muntchanes' in Stansted', et quam Gerardus Thalebot tenuit de ballio regis faciat habere eidem Gerardo blada sua que seminari fecit in eadem terra anno etc. xx. Teste rege apud Ottinton', xxvij. die Julii.

Pro Waltero de Mucegros.—Walterus de Mucegros habet litteras regis directas justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis de terris ipsius Walteris extendendis in Manyton', Rother, Badeh' et Mercley et de rationabile fine et rationabilibus terminis habendis etc. it aquod interim cessent usure. Teste rege ut supra.

Pro Roberto Passelewe.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod de manerio de Mois' quod fuit Willelmi filii Johannis et cujus custodiam comitissa Essex' vendidit Roberto Passelewe post divortium celebratum inter Rogerum de Auntes' et ipsam comitissam et de quo idem

* 'Meminimus,' MS.

1236.
[m. 7.] Rogerus ipsum Robertum disseisivit occasione seisine quam rex ei fieri precepit de terris quas ipsa comitissa habuit in manu sua eidem Roberto cum omnibus catallis que in eo inventa fuerunt plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

De capreolis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta de Porestok' faciat habere Thome de Gorges duos capreolos de dono regis. Teste rege apud Wudest', xxvij. die Julii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Wauberg' faciat habere Nicholao de Quatremares quinque quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxviij. die Julii.

Essex. De malefactoribus foreste.—Mandatum est constabulario Colecestr' quod prisones quos Ricardus de Muntfichet cepit in foresta regis et adhuc capiet et quos ei liberabit quia idem Ricardus carcerem non habet ab ipso recipiat et salvo custodiri faciat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Wudestok', xxix. die Julii.

Pro Willelmo Champen'.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod faciat habere Willelmo Champen' catalla sua que Rogerus Wastehos' cepit et injuste detinet in terra que fuit ipsius Willelmi in Scardeburc ea occasione quod rex precepit seisinam fieri predicto Rogero de terra predicta. Teste rege apud Wudestok', xxx. die Julii.

De perdonatione.—Rex perdonavit Johanni de Bello Campo decem marcas et decem solidos de prestito ei facto in warderoba regis apud Hereford'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti ——— quod ipsum inde quietum esse permittant. Teste rege ut supra.

[m. 6.] *Pro tenentibus abbatis Westmonasteriensis.*—Mandatum est vicecomiti Buk' quod non distringat tenentes abbatis Westmonasteriensis vel homines suos in balliva sua pro amerciamentis factis coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu tuo (*sic*) ad placita de foresta vel alia placita et finibus factis coram eisdem pro licencia concordandi et fine facto pro comitatu suo, unde idem abbas quietantiam habet per cartam regis quam inde ei fieri fecit. Teste rege apud Wudest', xxxj. die Julii.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Norhampt', Oxon'.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Rex constabulario suo de Odyham salutem. Scias quod‡ cartam nostram quam fieri fecimus abbati Westmonasteriensi de diversis libertatibus plenius contentis in eadem carta nostra. Et ideo tibi precipimus quod predictam cartam nostram coram te legi et predictas libertates et ea (*sic*) contentas eidem abbati firmiter teneri in ballia tua facias. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivo de Corby. Teste ut supra.

‡ 'concessimus per' cancelled.

1236.
[m. 6.]

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Willelmo Lungesp' duos damos in foresta de Clyve de dono regis. Teste rege apud Wudest', primo die Augusti.

Pro Martino clerico de camera domini Pape.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod vim laicam quem invenerit impedientem possessionem Magistri Martini, clerici de camera domini Pape, de ecclesia de Wotton' quam habet per dominum Cantuariensem archiepiscopum auctoritate litterarum domini Pape sine dilatione faciat amoveri et omnes quos moverit (*sic*) ei resistentes capiat et salvo custodiri faciat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Thoma de Gorges.—Mandatum est Warnero Engayn et Waltero de Burgo quod de manerio de Pouerstok' quod rex commisit Thome de Gorges ad se sustentandum et quod ceperunt in manum regis occasione mandati regis quod a rege receperunt de dominicis regis capiendis in manum regis plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Wudestok', secundo die Augusti.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Fratribus Minoribus Oxonie decem fusta in foresta de Sotour' ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ricardo Rag'.—Mandatum est Johanni Gubaud quod permittat Ricardum Rag' blada cum feno que Willelmus Rag' pater suus seminavit in essarto de Berd' in foresta de Pecco sine impedimento colligere et deponere in eodem feodo, ita quod nichil inde amoveatur donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro imperatore, de girofalcone.—H. rex etc. Henrico de Hauvill' salutem. Mittimus ad vos Adam Coc, latorem presentium, una cum falconario domini imperatoris ad girofalconem nostrum album et tres alios girofalcones de integrioribus girofalconibus nostris quos habetis in custodia vestra trahendos de muta ad opus predicti domini imperatoris, salvis nobis girofalconibus nostris volantibus, vobis mandantes quod girofalcones illos ei liberetis et ipsis auxiliantes sitis ad predictos girofalcones de muta trahendos et girofalcones nostros volantes retineatis. Teste ut supra.

De quodam reclusorio.—Rex dilecto clerico suo Pontio de Pontibus salutem. Sciatis quod concessimus quantum ad nos pertinet tamquam ad patronum ecclesie de Hallewelle quod ibi fiat quoddam reclusorium. Et ideo vobis mandamus quatinus hoc nullatenus impediatis. Teste ut supra.

Pro sororibus et heredibus Walteri filii Stephani.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod finem sexaginta solidorum que[m] Walterus filius Stephani fecit cum Bonefey, Judeo Oxonie, solvendum in uno anno ad quatuor terminos pro debito in quo eidem Judeo tenebatur et quem finem

1236.
[m. 6.] idem Walterus non solvit ante mortem suam concessimus Juliane, Agneti et Matillidi, sororibus et heredibus predicti Walteri, solvendum predicto modo, videlicet, ad Natale Domini anno regni nostri xxi. xv. solidos, et ad Pascha proximo sequens xv. solidos, et ad festum Sancti Johannis Baptiste proximo sequens xv. solidos, et ad festum Sancti Michaelis proximo sequens xv. solidos. Et ideo vobis mandamus quod predictis Juliane, Agneti et Matillidi terminos predictos habere et sic teneri et inrotulari faciatis. Teste rege ut supra.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod capiat in manum regi, terram quam Margareta Avenel tenuit in dotem in Tuynton', eo quod Ducia filia et heres Willelmi filii et heredis predicti Nicholai Avenel, quondam viri sui, cum [*Cancelled*]. *Quia proximo inferius.*

Pro Roberto de Mucegros.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod capiat in manum regis terram quam Margareta Avenel tenuit in dotem in Tynton' et in Langeford' de dono Nicholai Avenel, quondam viri sui, cujus custodia ad regem pertinet, predicta Margareta jam defuncta, eo quod Ducia filia et heres Willelmi filii et heredis predicti Nicholai, qui de rege tenuit in capite per servitia militare (*sic*), est infra etatem et in custodia regis non obstante eo quod Arnaldus de Bosco se tenet in terra de Tuynton' et Henricus filius Nicholai in terra de Langeford', eo quod terre ille sunt de feodo eorum. Ex quo terram illam ceperit in manum regis, illam tradat Roberto de Mucegros, cui rex concessit custodiam terre et heredis predicti Nicholai Avenel. Teste rege apud Wudest', iiij. die Julii.

Pro Waltero de Godarv[*i*]*ll'*.—Quia Walterus de Godarv[i]ll' dicit se habere cartam regis de concessione ei facta de manerio de Chipeh' cum pertinentiis quod nuper in manum regis ceperunt Warnerus Engayn' et W. de Burgo occasione mandati regis quod rex fecit eisdem de dominicis suis capiendis in manum regis et rex eidem Waltero diem prefixit ad cartam predictam regi exhibendam, mandatum est eisdem Warnero et Waltero quod de manerio predicto quod occasione predicti mandati ceperunt in manum regis eidem Waltero plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

De damo dato.—Mandatum est Reginaldo de Albo Monasterio, constabulario de Odyam, quod in foresta de Windes' habere faciat Matheo Bezill' unum damum de dono regis. Teste rege apud Wudest', v. die Augusti.

Pro E. Cantuariensi archiepiscopo.—Mandatum est Thome de Sampford' quod habere faciat venerabili patri E. Cantuariensi archiepiscopo, viginti damos quos rex ei dedit in foresta de Braden', nisi illos habuerit per breve regis prius ei inde directum. Teste rege ut supra.

De majore eligendo in villa Oxonie.—Rex probis hominibus suis Oxonie salutem. Sciatis quod concedimus vobis quod secundum

1236.
[m. 6.] consuetudinem ville nostre eligere possitis vobis majorem de vobismet ipsis, sicut facere consuevistis, ita tamen quod Petrus filius Thoraldi remaneat major vester usque ad festum Sancti Michaelis, anno regni nostri xxi. Teste ut supra.

Pro Engelardo de Cygoyny.—Rex concessit Engelardo de Cygoiny blada sua que seminari fecit in purprestura quadam extra Windesor' versus forestam et que Walterus de Burgo et Warnerus Engayn' ceperunt in manum regis eo quod rex precepit dominica sua capi in manum suam. Et mandatum est predictis Waltero et Warnero quod eidem Engelardo blada predicta habere faciant. Teste rege apud Wudest', vj. die Augusti.

Pro Rogero de Quency.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Geitinton' habere faciat Rogero de Quency, comiti Wintonie, duos damos de dono regis. Teste ut supra.

De perdonatione fuge.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod Hugoni de Wagheford', cui rex perdonavit quantum ad eum pertinet fugam et utlagariam in eum promulgatam pro morte Petri de Dunington', unde rettatus est et unde habet litteras regis ad comitatum suum citra festum Sancti Martini, anno etc. xxj., interrogari non faciat pro morte predicta. Teste rege ut supra.

Pro Constantino filio Alulfi.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus Constantino filio Alufi quod de debitis in quibus tenetur Aaron Blundo, Leoni de Melkestret', Mosseo de Melkestret' et filiis, et Josseo, et participibus eorum, Judeis, et unde consuevit reddere per annum xl. solidos et sexdecim denarios, reddat eisdem decetero singulis annis duas marcas donec debitum illud fuerit persolutum. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste ut supra.

De Johanne de Curcy tradendo sub plevinam.—Mandatum est vicecomiti quod si Johannes de Curcy de Oxonia, captus et detentus in prisona regis Oxonie per preceptum regis occasione transgressionis quam dicitur fecisse universitati cleri Oxonie, invenerit ei xxiiij. probos et legales homines de comitatu suo qui eum replegiare voluerint usque ad festum Omnium Sanctorum anno etc. xxj., tunc eum ipsis replegiari faciat usque ad terminum illum, ita quod, si tunc sederit universitati predicte quod dictus Johannes sub tali plevina sit quousque rex aliud inde preceperit, sub illa plevina remaneat donec rex aliud inde duxerit faciendum; sin autem, in prisonam regis predictam reponatur salvo ibidem custodiendus. Teste rege ut supra.

Pro Hugone de Neuport.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod non permittat quod aliquis Judeus manum mittat ad terram vel

1236.
[m. 6.] catalla Hugonis de Neuport vel plegiorum suorum pro debito quod Judeis debeat citra unum mensem a die Sancti Michaelis anno etc. xx., accepta ab eo prius securitate quod tunc erit coram justiciariis regis ad custodiam Judeorum assignatis ad respondendum Judeis quibus debita debet per visum et testimonium predictorum justiciariorum. Teste ut supra.

Pro comite Marescallo, de cervis datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod faciat habere G. Marescallo, comiti Penbr', iij. cervos de dono regis. Teste rege apud Wudestok', vj. die Augusti, anno xx.

Pro Radulfo de Norwico.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod faciat habere Radulfo de Norwico in foresta de Brehull' duos damos de dono regis. Teste ut supra, anno eodem.

Pro archiepiscopo Armacansi.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod occasione mandati quod dominus rex ei fecit de manutenendo N. Cloucherensi episcopo in possessione sua quam adeptus est aliquando in curia Christianitatis coram quibusdam judicibus delegatis contra venerabilem patrem A. Armacansem archiepiscopum, nullam defensionem aut tuitionem decetero eidem episcopo inpendatis ad nocumentum ejusdem archiepiscopi, nec in aliquo se inde intromittat maxime cum placita de terris et tenementis spectent ad coronam et dignitatem domini regis. Teste ut supra.

De bladis Philippi de Staunton' appreciandis.—Mandatum est vicecomiti Cantebr' quod per sacramentum proborum et legalium hominum appreciari faciat omnia blada que Philippus de Staunton' seminari fecit in terra de Staunton' que seisita est in manum Aaron de Eboraco, Benedicti Crespin et Aaron Blundi, pro debito quod idem Philippus debet eisdem Judeis, et, accepta securitate a predicto Philippo quod in crastino Animarum anno xxj. satisfaciet eisdem Judeis de precio ejusdem bladi, vel, si tunc finem fecerit cum eisdem Judeis, in fine cum eis facto de precio illo respondebit, tunc per idem precium quod predicti legales homines posuerint in predicto blado illud dimittat predicto Philippo et interim ipsum et homines suos de predictis Judeis pacem habere faciat; ita quod terram predictam excolere possint. Et capiat securitatem a predicto Philippo quod erit ad terminum predictum coram justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis apud Westmonasterium ad finem cum predictis Judeis faciendum. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod faciat habere recluse de Jeftel' in bosco de Sotovr iij. fusta ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Samford' quod in foresta de Braden' faciat habere Ricardo Siward' ad opus uxoris sue duos damos de dono regis. Teste rege apud Wudestok', viij. die Augusti.

1236.

[m. 6.] *De quodam girefalcone liberando.*—Mandatum est Gileberto de Hauvill' quod unum girefalconem qui est in custodia sua liberet Henrico de Hauvill', liberandum cui dominus rex ei injunxit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Venuiz quod in bailliva sua faciat habere Roberto de Clincham viij. damos de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod faciat habere J. comiti Linc', de dono regis vij. quercus in Gatel' et viij. quercus in parco de Brikel[s]tok' ad se hospitandum apud manerium suum de Wadeho.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod si quilibet subscriptorum Ricardi filii Stephani de quercu, Noradinus* de Norton', Robertus* Skyllyng' de Cherlebir', Godewinus* de Wodipirie, qui rettati sunt de transgressione foreste domini regis et ea occasione capti et in prisona regis detenti, invenerit ei xij. probos et legales homines qui eos manucapiant quod in foresta regis non satisfacient* decetero de venatione domini regis, tunc ipsos a prisona deliberet per plevinam predictam usque ad primum adventum justiciariorum in partes illas ad placita foreste. Et habeat ibi nomina illorum qui manuceperint eos et hoc breve. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod faciat habere Eve de Gray tres damos in foresta de Wichewud' de dono regis. Teste ut supra. Per electum Valentinum.

De balistis recipiendis.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod recipiat et salvo custodiat x. balistas corneas quas dominus rex ei mittit per Petrum de Lungevill'.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod faciat habere Magistro Roberto de Sunercot' duos damos in foresta de Clive de dono suo. Teste ut supra.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod si Elyas de Prato, captus et detentus in prisona de Gipeswico pro morte Sabine de Middelton', unde appellatus est, invenerit ei xij. legales homines, qui manucapiant eum habere coram justiciariis itinerantibus ad standum inde recto, si quis versus eum inde loqui voluerit, tunc ipsum tradat in baillio illis xij. Teste ut supra.

De uno damo dato.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod Alicie, que fuit uxor Radulfi de Trublevill', faciat habere unum damum in foresta de Clyve, de dono regis. Teste ut supra.

De bosco de Wutton'.—Rex Johanni de Nevill', justiciario foreste, salutem. Sciatis quod concessimus hominibus nostris de Wutton',

* Sic in MS.

1236.
[m. 6.] quod boscus ejusdem ville, qui consuevit inbreviari a regardatoribus ad vetus vastum et sic ad placita foreste nostre presentari decetero ultra festum Sancti Michaelis anno regni nostri xx. non inbrevietur ad vetus vastum nec presentatur ad placita foreste de tempore preterito. Et ideo vobis mandamus quod pro regardo facto de bosco predicto a termino predicto in antea non occasionetis homines nostros predictos nec boscum illum permittatis inbreviari ad vetus vastum nec presentari, sicut predictum est. Teste ut supra.

Et mandatum est regardatoribus foreste de Wychewud' quod a terminos (*sic*) predicto inantea pro aliquo regardo facto de bosco predicto predicti homines non occasionentur nec boscum illum presentent ad placita foreste, sicut predictum est. Teste ut supra.

De passagio Hugonis de Castello Novo.—Mandatum est Bertramo de Cryoyl, constabulario Dovr', quod Hugonem de Castello Novo, militem et nuncium domini imperatoris, et homines suos et alios nuncios ipsius domini imperatoris, qui cum eo transfretaturi sunt, faciatis transfretare, nullatenus permittentes quod aliquid dent paagium pro passagio suo; et si paagium dare debeant, vos non omittatis quin de denariis nostris illud acquietetis, et id vobis allocari faciemus. Teste rege apud Wudestok, x. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Samford' quod habere faciat Pagano de Chaurc' iij. damos in foresta de Braden' de dono regis, et ad eos capiendos ei sit auxilians. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Henrico de Aun' de iiij. damis habendis in Bocholtt'.

Wasconia. Pro B. de Podio.—Rex senescallo suo Wasconie salutem. Mandamus vobis quod sicut nuper convenit in presentia nostra inter nos et B. de Podio, quod pro dampnis ei illatis per dissaisinam quam ei fecistis de terra quam ei commiseramus in insula Oleronis, pro quibus finem fecistis cum eo per quadringentas libras Turonenses, haberet terram que fuit Comitis Engol' in eadem insula cum affeagiis navium ibidem, de predicta terra cum affeagiis plenam ei saisinam habere faciatis tenenda quousque predictas quadringentas libras Turonenses inde perceperit. Teste ut supra.

De burnettis et aliis pannis habendis.—Mandatum est probis hominibus de Beverlaco inventis in nundinis de Stowa quod faciant habere ad opus domini regis v. bonas burnettas x. powenacios et viij. bleus; et precium eorundem pannorum dominus rex eis reddet apud Lond' in proximo adventu suo ibidem post festum Sancti Michaelis, anno xx.

Eodem modo scribitur probis hominibus Leic' inventis ibidem de duabus bonis russettis de Leycestr'. Et probis hominibus Linc' de duabus scarlettis et duabus russettis et xv. pannis viridibus de Lincoln'.

1236.
[m. 5.] *Pro abbate de Buldewas.*—Mandatum est Roberto romund' quod dimidiam marcam quam recepit de abbate de Buldewas in tenanciam pro theloneo quod exigit ab eo in villa de Theok' pro duabus molis ei reddi faciat et rationabile theloneum inde ab eo capiat. Teste rege apud Wudestok', xij. die Augusti.

De damis datis.—Rex Ricardo de Muntfichet salutem. Mandamus vobis quod in bailliva vestra capi faciatis duos damos et eos habere faciatis Willelmo de Haverhull' et Willelmo Hardel, clericis nostris, videlicet utrique unum de dono nostro. Teste ut supra.

De tallagio David de Oxonia et amensuratione tallagii super Judeos.—Rex Willelmo Britoni et sociis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Quia David de Oxonia, Judeus, monstravit nobis quod amplius gravatur in tallagiis assisis super Judeos nostros Anglie quam ad ipsum pertinet secundum valentiam catallorum suorum et etiam quam socii sui, Judei, secundum valentiam catallorum suorum, volumus et precipimus quod in tallagio assidendo communiter super omnes Judeos nostros Anglie ad hoc festum Sancti Michaelis anno regni nostri xx. tallientur Judei singuli secundum valentiam catallorum suorum et quod predictus David similiter tallietur penes se secundum valentiam catallorum suorum que habuerit et non aliter; volumus et precipimus quod scire faciatis ex parte nostra hiis qui assignandi sunt ad tallagium predictum assidendum quod non permittant quod aliquis Judeus qui talliandus sit, sive assessores tallagii sive alii, presumant advocare catalla alicujus Judei qui talliari non debeat sine speciali precepto nostro; quia in tallagio Judeorum assidendo ad opus nostrum volumus omnes Judeos pares esse secundum catalla sua, nisi aliter sit concessum alicui de speciali precepto nostro. Et ideo vobis mandamus quod secundum quod predictum est ita fieri faciatis quod predictus David contra formam predictam non sentiat se gravatum in tallagio predicto propter quod oporteat ipsum ad nos inde deferre querimoniam. Et vos, Willelme, personaliter intersitis tallagio predicto assidendo ad videndum quod tallagium predictum assideatur, sicut predictum est, et quod alii Judei non habeant plus avantagium quam ipse David in tallagio predicto sine precepto nostro speciali. Teste me ipso apud Selveston', xiij. die Augusti, anno regni nostri xx.

Pro Nicholao de Molis.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod plenam saisinam habere faciat Nicholao de Molis de maneriis de Depeden' (*sic*) et Carswell', que tenet de dono nostro, ut dicit, et que in manum nostram cepisti occasione precepti nostri quod fecimus de dominicis nostris in manum nostram capiendis, quia dedimus ei diem a die Sancti Michaelis in xv. dies ad ostendendum inde warantum suum. Teste ut supra.

De utlageria in respectum ponenda.—Mandatum est vicecomiti Warewic' quod utlageriam que ad comitatum tuum hac die Martis proxima post festum Assumptionis beate Marie anno xx. promulgari

1236.
[m. 5.] debet in Radulfum de Aundevill' ponat in respectum usque in mensem a die Martis predicta, videlicet diem alterius comitatus tui, ita quod tunc inde fiat quod ad istum comitatum fieri debuisset. Teste rege apud Norhamt', xvj. die Augusti.

De fustis datis fratribus ordinis Predicatorum.—Mandatum est W. de Lucy quod faciat habere fratribus ordinis Predicatorum Norhamt' in haya nostra de Kenillewurth' ad cindulam faciendam x. fusta de dono regis. Teste rege.

De cervis datis comitisse Penbr'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere A. comitisse Penbr', duos cervos in foresta de Sancto Briavello de dono regis, et non permittat quod aliquis decetero cum arcu in eadem foresta bestiam capiat occasione donacionis quam alicui fecerimus de venatione nostra. Teste rege apud Geitinton', xvij. die Augusti, anno xx.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Ricardo de Watervill' duos damos, unum scilicet in foresta de Rokingeham', et alium in foresta de Clive, de dono regis. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Linc' (*sic*) salutem. Quia constat nobis per inquisitionem factam per preceptum nostrum quod Gilebertus de Croft tenuit de rege in capite in Dauton' et Burton' duas carucatas terre per servicium x. solidorum per annum, et quod idem Gilebertus demisit se de terra illa, et quia Henricus de Croft est propinquior heres ejus, cepimus homagium ipsius Henrici de predicta terra. Et ideo tibi precipimus, etc. [*Cancelled*]. *Quia in Rotulo Finium.*

Pro Ricardo Gubiun et Agnete uxore ejus (sic).—Mandatum est vicecomiti Hertf' quod talem saisinam habere faciat Ricardo filio Thome Gubiun et Agneti que fuit uxor ipsius Thome de terra sua in Henxstanestun', cum bladis et aliis catallis suis, qualem habuerunt antequam eam cepit in manum domini regis eo quod dictum fuit ipsum Thomam fuisse suspensum, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

Pro abbate de Pipwell'.—Dominus rex perdonavit abbati de Pipwell' forisfactum quod fecit domino regi essartando et destruendo in bosco suo de Jungwud' dimidiam rodam ultra id quod essartavit de licentia domini regis. Et mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod ipsum inde quietum esse faciat. Teste ut supra.

Pro Rogero de Lokinton'.—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Quia Rogerus de Lokinton' venit coram nobis et posuit se super inquisitionem utrum Margareta Avenel tenuisset terram illam in Langeford' de qua ipsum et Petronillam uxorem ejus disseisiri fecimus et quam

1236.
[m. 5.] terram predicta Margareta dedit predicto Rogero cum Petronilla filia sua in maritagium an in dotem de dono Radulfi Avenel, quondam viri sui, sicut audivimus, tibi precipimus quod non obstante eo quod terram illam capi fecimus in manum nostram eo quod credebamus terram illam esse jus heredis Willelmi Avenel qui est in custodia nostra plenam seisinam habere facias eidem Rogero de terra predicta. Et postea diligenter inquiri facias utrum predicta Margareta terram illam tenuit in dotem an in maritagium, sicut idem Rogerus dicit, et inquisitionem inde factam scire facias domino regi etc. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod faciat habere abbati de Burgo iij. damos in foresta de Clive pro decima xxx. damorum quos Rogerus de Stopham cepit ad opus regis in eadem foresta. Teste ut supra.

De vinis domini regis vendendis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod vina domini regis que sunt in custodia sua apud Havering', Lond', Windles', Clarend', Wintoniam, Suhamt' et alibi, sicut significavit Waltero de Kyrkeham et fratri Galfrido, elemosinario, vendi faciat, sicut melius viderit domino regi expedire. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomitibus London' quod Johanni de Colemere sint in auxilium, sicut eis dicet, ad vina regis que sunt in custodia sua apud Lond' vendenda et commodum regis inde faciendum, sicut magis domino regi viderit expedire. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' de vinis de Havering', et vicecomiti Suhamt' de vinis, et vicecomiti Wiltes' de vinis Clarendon', et vicecomiti Berk' de vinis Windles' et baillivis Suhamt' de vinis Suhamt'. Teste ut supra.

De maeremio habendo.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat vicecomiti Norht' maeremium in foresta de Salceto ad operacionem domorum castri Norht', et quod faciat habere eidem vicecomiti maeremium in forinseco bosco de Geytint' ad operacionem domorum de Geytint'. Teste ut supra.

Mandatum est custodi manerii de Selveston' quod habere faciat vicecomiti Norht' in dominico bosco regis de Selveston' maeremium ad domos de Selvest' reparandas et ad operaciones quas rex ei injunxit faciendas ibidem. Teste ut supra.

De bosco de Withcoc et villa et toto dominico ejusdem ville capiendis in manum domini regis.—Rex vicecomiti Leic' salutem Scias quod cepimus in manum domini regis boscum de Withcoc et villam et totum dominicum ejusdem ville cum pertinentiis ad remanenda decetero in foresta quia etsi concessimus quod bosci alieni de comitatu tuo deafforestentur non fuit nostre intentionis in concessione illa quod dominici bosci nostri aut dominica nostra propter hoc deafforestentur. Et ideo tibi precipimus quod per totum comitatum

1236.
[m. 5.]

tuum et per singulos wapentacos id clamari facias et firmiter prohiberi super forisfacturam nostram ne quis decetero in bosco aut dominicis predictis fugare et bestiam capere aliter contra assisam foreste nostre forisfacere presumat, et si quis contra prohibitionem nostram in bosco predicto inventus fuerit ad forisfaciendum in eo ad ipsum tanquam ad malefactorem foreste nostre nos graviter capiemus. Teste ut supra.

Rex Hasculfo de Nevill', forestario Rotel', salutem. Quia non fuit intentionis nostre quod in deafforestatione boscorum comitatus Leic' deafforestarentur dominici bosci nostri de Withcoc, presertim cum in carta nostra de libertatibus foreste contineatur quod, si H. rex avus noster, dominica sua afforestaret, remanerent foresta; vobis mandamus quod non obstante deafforestatione predicta memoratos boscos nostros tamquam in foresta teneatis et custodiatis, non permittentes quod aliquis decetero in ipsis boscis venationem vel viride capiat contra constitutionem foreste, et si quem inveneritis in eisdem venationem vel viride capientem contra constitutionem predictam attachiamenta in eisdem faciatis sicut alibi in foresta nostra fieri debet et consuevit. Teste ut supra.

Pro Agatha de Trussebut.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod faciat habere Agathe de Trussebut, que infirma est, unum damum in foresta de Roking' de dono regis. Teste rege apud Noting', xx. die Augusti.

De uno damo dato.—Mandatum est eidem quod in foresta de Rokingham faciat habere Galfrido de Armentar' unum damum de dono regis. Teste rege apud Noting', xxij. die Augusti.

De quodam prisone.—Mandatum est vicecomiti Bedef' quod Willelmum filium Aubini de Neleston' quem Henricus de Hasting' cepit et captum tenet eo quod alias pro felonia abjuravit regnum, ut dicitur, ab eodem Henrico recipiat et in prisona regis de Bedeford' salvo custodiat usque ad adventum justiciariorum ad partes illas. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum regis quod Rogerus de Haliwell' appellat Elyam filium Johannis et Ricardum filium Henrici de morte Willelmi le Macun odio et atya et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod si uterque illorum Elye et Ricardi invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo qui eos manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc eos eis tradat in ballium, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere priori et conventui de Thurgarton' viginti quercus in foresta de Shirewud' ad fabricam ecclesie sue de dono regis. Teste ut supra.

1236.

[m. 5.] *Pro Galfrido de Staunton'.*—Rex vicecomiti Essex' salutem. Monstravit nobis Galfridus de Staunton' quod, cum ipse et duo participes sui, videlicet Theobaldus de Lek et Johannes de Gravel', tenuissent feodum dimidii militis de honore Bononie et predicti Theobaldus et Johannes portiones suas viris religiosis vendiderint, tu ipsum Galfridum distringis pro arreragiis debitorum que de toto predicto dimidio feodo debentur. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, tunc eundem Galfridum pro debitis que de predicto dimidio feodo debentur non distringas nisi pro portione sua ipsum inde contingente et tenentes reliquarum duarum portionum distringas pro arreragiis debitorum ad portiones suas pertinentibus. Teste rege apud Noting', xxiij. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod habere faciat Roberto Passelewe tres damos in foresta de Salceto de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Everingham quod in foresta de Shirewud' faciat habere Nicholao de Nevill' tres damos de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Rogero la Zuch'.—Mandatum est Waltero de Burgo et Warnero Engayn' quod de maneriis de Nimmeton' et de Blak'toriton', que Rogerus de la Zuch' tenuit de rege et que ceperunt in manum regis occasione precepti quod rex eis fecit de dominicis regis capiendis in manum regis eidem Rogero seisinam suam rehabere faciant cum bladis et omnibus aliis catallis in eisdem maneriis inventis usque in crastinum Animarum anno etc. xxj. ad quem terminum predictus Rogerus proferet coram rege warantum suum quod dicit se habere de predictis maneriis. Teste rege ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex didicit per inquisitionem quam fieri precepit etc., quod Johannes de Bedeford', captus et detentus in prisona regis apud Sanctum Albanum pro morte Ranulfi de Bedeford', rettatus est de morte illa odio et atya et non eo quod inde culpabilis est; mandatum est vicecomiti Hertford' quod si predictus Johannes invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo qui manucapiant eum habere etc. tunc tradat eum in ballium etc. Teste rege apud Noting', xxiiij. die Augusti.

Hybernia. Pro Roberto de Withehay.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Ostendit nobis Robertus Whithay quod, cum teneret de nobis quamdam terram in capite et eam dimisset (*sic*) ad terminum Ricardo Bolet', vos terram illam cepistis in manum nostram eo quod predictus Ricardus fuit in guerra contra nos cum comite Ricardo Marescallo. Et quia reputamus injustum quod predictus Robertus, occasione delicti firmarii sui de eo tenentis ad certum terminum teneatur exclusus a prefata terra, vobis
[m. 4.] mandamus quod, si ita est, ei de prefata terra plenam seisinam habere faciatis. Teste ut supra.

1236.
[m 4.] *De perdonatione.*—Rex dilectis et fidelibus suis M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, et G. de Turevill', archidiacono Dublinensi, thesaurario suo, salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto et fideli nostro Mauricio de London' centum marcas de fine ducentarum marcarum quem nobiscum fecit pro eo quod fuit cum R. Marescallo, quondam comite Penbrok', contra nos in guerra quam idem comes nobis movit. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Mauricium de predictis centum marcis quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Hybernia. De perdonatione.—Rex perdonavit Roberto de Scalis decem libras per quas finem fecit cum rege pro habenda custodia terre que fuit Odonis filii Benedicti qui de rege tenuit in capite in Momon', et que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii regis Dublin'. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, et G. de Turevill', archidiacono Dublinensi, thesaurario regis, quod ipsum Robertum de predictis x. libris quietum esse faciant. Teste rege ut supra.

Pro Thoma textore.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod si Thomas textor de Oxonia, captus et detentus in prisona regis apud Oxoniam pro transgressione commissa erga universitatem cleri Oxonie, voluerit abjurare villam Oxonie usque in xv. dies a festo Sancti Michaelis anno etc. xx., ut, si tunc universitas predicti cleri regem rogaverit quod possit ad predictam villam redire a tempore illo licite redeat in villam predictam mansurus ibidem, tunc ipsum a prisona regis deliberet, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ferariis, de damis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod habere faciat Willelmo de Ferariis tres damos in foresta de Witlewud' et duos damos in foresta de Selveston' de dono regis. Teste rege apud Noting', xxv. die Augusti.

Hybernia. Pro L. Dublinensi archiepiscopo.—Quia villa de Okenach', quam Willelmus de Marisco qui utlagatus est pro morte Henrici Clement tenuit de venerabili patre L. Dublinensi archiepiscopo, ratione cantredi de Okenach' quod dominus J. rex, pater hujus regis, per cartam suam dedit bone memorie H. quondam Dublinensi archiepiscopo, predecessori predicti archiepiscopi, cum servitiis militum ejusdem cantredi, habendam sibi et successoribus suis in perpetuum, extitit in manu regis per unum annum et unum diem; mandatum est Mauricio filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod eidem archiepiscopo de predicta villa plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

De extenta facienda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Henrici de Braybof que est vadium Elye et Abraham filiorum Chere, Judeorum Wintonie, et sociorum suorum, Manasseri fiz le Esvesk' et sociorum suorum, Judeorum Hereford', Benedicti Crespin et sociorum ejus, Judeorum London', Aaron Blundi

1236.
[m. 4.] et Aaron filii Abraham, Judeorum London', videlicet quantum valeat per annum in dominicis, redditibus, servitiis, villenagiis et omnibus aliis exitibus terre; et, facta extenta predicta, eidem Henrico rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciat ad debita, in quibus predictis Judeis tenetur, reddenda, secundum valorem ejusdem terre et quantitatem predictorum debitorum. Teste rege apud Noting', xxviij. die Augusti.

De extenta.—Consimiles litteras habet Radulfus le Marscall' de terra sua que est vadium Mosse filii David et Rachel' filie David, Judeorum Noting', in Ayleston' extendenda. Teste ut supra.

Pro rege, de venatione.—Rex mittit ad Thomam de Sampford' Johannem le Fol et Willelmum Luvel, venatores regis, cum canibus regis cerverettis ad currendum in foresta de Braden' et capiendum in ea viginti cervos. Et mandatum est eidem Thome quod ipsos Johannem et Willelmum ad hoc admittat. Teste rege apud Noting', xxviij. die Augusti.

Eodem modo mandatum est ballivo de Craneburn' de xv. cervis capiendis per eosdem venatores in foresta de Craneburn'. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Henrico de Dun de sex cervis capiendis in Graveling' per eosdem venatores. Teste ut supra.

De fustis ad pontem castri de Rokingham'.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Gatele faciat habere constabulario de Rokingham' sex fusta ad pontes de Rokingham' et domos regis in eodem castro ibidem cooperiendas. Teste rege ut supra.

Hybernia. De perdonatione.—Rex justiciario suo Hibernie et thesaurario Dublinensi, salutem. Sciatis quod de portione que contingit Willelmum de Cantilupo qui habet in uxorem unam filiarum et heredum Thome filii Antonii de fine quem idem Thomas fecit cum domino J. rege, patre nostro, pro habenda custodia terre et heredis Johannis filii Thome cum maritagio ejusdem heredis perdonavimus eidem Willelmo de Cantilupo pro fideli servitio suo decem marcas. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse et ita inrotulari faciatis. Teste ut supra.

De capreolis datis.—Mandatum est constabulario Bristollie quod in bosco regis de Furch' faciat habere Ricardo de Burgo duo capreolos de dono regis. Teste rege apud Noting,' xxx. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod in foresta de Chipeham faciat habere eidem Ricardo quatuor damos de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Brehull' faciat habere Hugoni de Patheshull', thesaurario regis, tres damos de dono regis. Teste rege ut supra.

1236.

[m. 4.] *Pro Ricardo de Burgo.*—Mandatum est Ricardo Marescallo quod de mediocribus equis ex illis *sunt in custodia sua faciat habere Ricardo de Burgo unum equum, de dono regis; ita quod non sit de melioribus nec de pejoribus. Teste ut supra.

De j. cervo dato.—Mandatum est Thome de Sampford' quod in foresta de Braden' faciat habere uxori Roberti de Mucegros unum cervum capiendum per Johannem le Fol et socium suum, venatores regis in eadem foresta currentes, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Gray.—Quia rex nuper talliari fecit dominica sua per Angliam, mandatum est vicecomiti Kancie quod habere faciat Ricardo de Gray rationabile tallagium de manerio suo de Eyleford' quod fuit dominicum regis, nisi illud habuerit ratione ultimi tallagii dominicorum regis. Teste rege ut supra.

Pro justiciario Hybernie, de uno equo.—Mandatum est Ricardo Mar' quod, retentis ad opus regis magno ferando dextrario regis et liardo, deinde de duobus melioribus sequentibus de residuis equis regis quos dominus imperator regi misit, habere faciat Willelmo le Graund ad opus justiciarii Hibernie unum equum parem illi quem liberavit Ricardo de Burgo per perceptum regis. Teste rege apud Noting', i. die Septembris.

Pro magistro Milicie Templi.—Rex ballivis suis de Kingeston', salutem. Precipimus vobis firmiter injungentes quod non impediatis quin maeremium de domo Milicie Templi vel res alia spectans ad fratres Milicie Templi libere et sine impedimento cariari possit per partes vestras, nec aliquid exigatis vel exigi permittatis ab eisdem fratribus occasione predicti maeremii vel alterius rei ad eos pertinentis, sicut vultis vos ipsos indempnes servare. Teste rege ut supra.

De maeremio ad operationes in castro Noting'.—Mandatum est Henrico de Lamelegh' quod habere faciat vicecomiti Noting' in haya regis de Willegh' quindecim quercus ad faciendum cayum fratrum minorum Noting', si de paucioribus fieri non possit. Faciat etiam eidem vicecomiti habere in eadem haya grossum maeremium ad quandam capellam et quoddam stabulum facienda in castro regis Noting', sicut rex ei injunxit. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere eidem vicecomiti in bosco de Manesfeld' et alibi per loca maeremium ad culmum cujusdam capelle et ad culmum cujusdam stabuli et ad culmos duarum garitarum faciendos in castro Noting' ed ad palacium gardini regis Noting' reparandum, sicut rex eidem vicecomiti injunxit. Teste ut supra.

Pro rege et regina, de baudekinis offerendis in festo Sancti Edwardi.—Mandatum est H. de Patheshull' quod emi faciat duos baudekinos et eos liberari faciat Odoni aurifabro offerendos pro rege et regina apud Westmonasterium in festo Sancti Edwardi proximo venturo. Teste etc. ut supra.

---

* qui venerunt de partibus Alemannie et (*cancelled*).

1236.

[m. 4.] Et mandatum est Odoni aurifabro quod baudekinos illos recipiat et eis offerri faciat pro rege et regina in festo predicto. Teste rege ut supra.

De denariis non liberandis sine specialibus intersignis.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod occasione alicujus brevis regis quod eis missurus est vel misit de denariis cuicumque liberandis, nisi sit ad opus regis, nullum denarium de thesaurario regis liberent sine certis et specialibus intersignis litteris regis insertis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere Hugoni filio Radulfi, vicecomiti Noting' et Dereby, tres damos in foresta de Syrewud' de dono regis. Teste rege apud Peverel Thorp', ij. die Septembris.

Pro hominibus de Noting', de operatione pontis Noting'.*—H. rex etc. Roberto de Everingh' et Henrico de Lamelegh' salutem. Sciatis quod concessimus probis hominibus nostris Noting' quod possint fodere petram in Riffleto Noting' ad operationem pontis Noting'. Et ideo vobis mandamus quod ipsos ad operationem predictam petram ibidem fodere et inde cariare permittatis. Teste rege ut supra.

De denariis conducendis ad regem.—Mandatum est H. de Patheshull, thesaurario regis, quod ad denarios regis conduci faciat aliquem equum ad denarios regis deferendos ad regem, et cum eis venire faciat unum servientem de Scaccario regis, sicut fieri consuevit.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod habere faciat Michaeli Beleth duos damos in foresta de la Sauc', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne Wascelin'.—Rex commisit Johanni Wascelin' manerium de Carleton cum pertinentiis ad se sustentandum tota vita sua. Et mandatum est Warnero Engayne quod de predicto manerio unde eum disseisivit, ut dicit, plenam ei seisinam habere faciat. Et si quid inde per eum vel per suos fuerit amotum sine dilatione reddi faciat. Teste rege ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum regis quod Enok' de Ulecestr' appellat Ricardum filium Willelmi de morte Galfridi Nent odio et atya et non eo quod inde culpabilis sit, mandatum est [vicecomiti] Norhumbrie' quod si predictus Ricardus invenerit xij. liberos et legales homines de comitatu suo, qui manucapiant eum habere coram justiciariis ad primam assisam etc., tunc ipsum tradat predictis xij. in ballium etc. Teste rege apud Pontem Fractum, iiij. die Septembris.

[m. 3.] *Pro W. electo Valentino.*—Rex commisit W. electo Valentino omnes terras et tenementa que fuerunt comitis Britannie in Anglia, exceptis terra de Hynton' quam rex concessit Alano de Nevill' et manerio de Swafham quod rex commisit Alienore, consanguinee sue, ad elemosinas suas faciendas, cum omnibus bladis tam de anno presenti quam preterito et cum omnibus denariis qui sunt in custodia Alexandri

* In MS. 'operationis.'

1236.

[m. 3.] Bacun', custodis honoris Richemund', et omnibus arreragiis earundem terrarum de quibus nondum respondit ad Scaccarium regis, et omnibus instauris regis que habet in predictis terris ad se sustentandum in servitio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est eidem Alexandro quod de predictis terris, tenementis, bladis, denariis, arreragiis et instauris, que sunt in custodia sua, ei sine dilatione plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Cauwud', iiij. die Septembris.

Hybernia.—Rex dilectis et fidelibus suis M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, et G. de Turrevill', archidiacono Dublinensi, thesaurario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod de fine ducentarum marcarum per quas Johannes le Chanu finem fecit nobiscum pro redemptione sua eo quod fuit contra nos in Hibernia in guerra mota inter nos et Ricardum, comitem Marescallum, perdonavimus Willelmo Magno decem marcas de quibus idem Willelmus plegium ipsius Johannis fuit. Et ideo vobis mandamus quod de predictis decem marcis ipsum Willelmum quietum esse faciatis. Teste rege apud Eboracum, v. die Septembris. Per J. comitem Linc' et constabularium Cestr'.

De vinis recipiendis.—Mandatum est vicecomiti et majori et baillivis Eboraci quod xxv. dolia vini regis que sunt in celario W. Eboracensis archiepiscopi, apud Eboracum, recipiant et ea per probos et legales homines appreciata tradant tabernariis ville sue Eboraci qui in redditu regis de Novo Castro super Tynam regi plene respondebunt de pretio eorundem. Teste rege ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Thome de Muleton' quod habere faciat magistro Hospitalis Sancti Leonardi de Eboraco duodecim quercus in foresta de Engelwod' de dono regis, ad domos suas de Boues que combuste fuerunt reparandas. Teste rege apud Crek', vj. die Septembris.

De denariis liberandis.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod omnes denarios quos recepit de balliva sua de quibus respondere debet ad Scaccarium regis Sancti Michaelis anno xx., domino regi habere faciat ad Novum Castrum super Tynam liberandos ibidem in garderoba domini regis ad expensas regis. Et cum constiterit regi de summa quam domino regi miserit dominus rex litteras suas ei fieri faciet de allocatione. Teste rege apud Alverton', viij. die Septembris, anno xx.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod de denariis suis quos recepit de balliva sua et de quibus respondere debet ad Scaccarium predictum mittat post dominum regem versus predictum Novum Castrum.

Mandatum est baillivis de Scardeburg' quod omnes denarios quos habent vel perquirere poterunt de firma ville sue et de quibus respondere debent ad festum Sancti Michaelis, anno xx., promptos habeant in reditu regis de Novo Castro super Tynam apud Eboracum. Et cum constiterit domino regi de summa quam ad dominum regem miserint litteras suas de allocatione dominus rex eis fieri faciet. Teste ut supra.

1236.
[m. 3.]

Hybernia.—Rex justiciario Hybernie et G. de Thurevill', thesaurario Dublinensi, salutem. Bene placet nobis quod Willelmus Bartholomei terram illam que fuit cujusdam Hyberniensis in Balitarsne et Mamehove juxta Dungarvan teneat ad firmam pro x. marcis annuis, sicut illam tradidistis de consilio quorundam fidelium nostrorum, prout nobis significastis, donec ad partes illas venerimus. Cartam autem nostram ad presens ei facere noluimus de terra illa ad firmam perpetuam tenenda antequam personaliter veniamus in Hyberniam, quod erit dante domino in proximo, et tunc inde et aliis agendis nostris faciemus quod viderimus expedire. Teste rege apud Alverton', ix. die Septembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Gauteriz faciat habere abbati Sancte Marie Eboraci xx. quercus de dono regis ad reedificationem molendinorum suorum que nuper combusta fuerunt. Teste rege apud Dunelmum, xj. die Septembris.

Pro Alano de Nevill'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis nos concessisse et carta nostra confirmasse pro nobis et heredibus nostris Alano de Nevill' terram cum pertinentiis que fuit Petri, comitis Britannie, in Hynton' habendam et tenendam de nobis et heredibus nostris eidem Alano et heredibus suis donec nos vel heredes nostri eam reddiderimus rectis heredibus per voluntatem nostram vel per pacem, reddendo inde nobis et heredibus nostris annuatim ad festum Sancti Michaelis unum par calcarium deauratorum pro omni servicio. Et si forte terram predictam nos vel heredes nostri rectis heredibus reddiderimus per voluntatem nostram vel per pacem predictum Alanum vel heredes suos inde non dissaisiemus antequam rationabile escambium ejusdem terre eis fecerimus. Et ideo vobis mandamus quod sic inrotulari faciatis. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, xij. die Septembris.

Mandatum est Thome de Muleton' quod in foresta de Englewud faciat habere Fratribus Predicatoribus de Carleolo xx. quercus ad edificia sua facienda de dono regis.

Pro viridariis foreste Norhumbrie.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod viridarios foreste Norhumbrie non ponat in assisis, juratis vel recognitionibus, pro quibus oporteat eos exire comitatum predictum, cum viridarii nostri secundum assisam et consuetudinem foreste non debeant poni in aliqua assisa, jurata vel recognitione, eo quod oportet eos officio suo in dicta foresta necessario intendere. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam xvj. die Septembris.

De bremiis capiendis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod capiat xl. matrices bremias in vivario de Foss' ad opus J. comitis Linc', ad vivarium suum de Ponte Fracto instaurandum. Teste rege apud Dunolmum, xix. die Septembris.

1236.
[m. 3.] *De defectubus castri Bamburg'.*—Rex mittit Simonem de Bruntoft et Ricardum filium Hugonis usque Bamburg' ad videndum defectus ejusdem castri in turellis, gutteris et aliis que indigent reparacione. Et mandatum est constabulario ejusdem castri quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De castro de Scardeburg'.—Eodem modo scribitur constabulario de Scardeburg' de Amaurico de Sancto Amando et Alano de Nevill' recipiendis ad videndum defectus ejusdem castri, et de Pikeringes. Teste ut supra.

De tallagio de Lenn' in respectum ponendo.—Mandatum est Roberto de Sotindon' quod occasione mandati de tallagio assidendo super villam de Lenn' nullum ibidem assideat tallagium quousque Johannes Gobaud locutus fuerit cum domino rege aut voluntatem suam ei fecerit. Et si tallagium aliquid super homines de Lenn' assisum fuerit pro nullo habeatur. Teste rege apud Derlington', xviij. die Septembris.

De servientibus recipiendis in castro de Bamburg'.—Rex vicecomiti Norhumbrie, salutem. Mittimus ad te subscriptos servientes nostros ponendos in castro nostro de Bamburg' qui etiam pacati sunt premanibus de xl. diebus, videlicet Adam de Tarencun, Johannem le Singe, Johannem Judeum, Henricum de Grafton', Walterum Achard', Willelmum Blancpomer, Henricum Burnel, Geraldum de Grosmund, Henricum de la Ber' et Herlewinum Normannum, mandantes quatinus ipsos servientes recipias et in predicto castro ponas ad securitatem ejusdem castri. Teste rege ut supra.

Pro Johanna que fuit uxor Ricardi Gernun.—Rex dilecto et fideli suo Rogero de Essex', salutem. Sciatis quod cepimus homagium Johanne que fuit uxor Ricardi Gern' de tenemento quod predictus Ricardus tenuit in bailliva tua de hereditate ipsius Johanne et quod cepistis in manum nostram occasione mortis predicti Ricardi quondam viri sui. Et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris quas predictus Ricardus tenuit in balliva tua de hereditate predicte Johanne et quas cepistis in manum nostram occasione predicta, eidem Johanne plenam seisinam habere faciatis. Teste rege ut supra.

De bladis W. quondam Wigorniensis episcopi.—Mandatum est Johanni Maunsel et Thome de Lecch', custodibus episcopatus Wigorniensis, quod faciant habere A., Coventrensi et Lichefeldensi episcopo, et aliis executoribus testamenti W. Wigorniensis episcopi, vel aliquibus ipsorum ad executionem testamenti sui faciendam, omnia blada que predictus episcopus habuit in maneriis suis de episcopatu Wigorniensi et omnia instaura sua, boves, vaccas, oves, porcos, aucas et gallinas, quam omnia alia instaura et fena que

1236.
[m. 3.]

idem episcopus habuit in eisdem maneriis de anno preterito et etiam fena que habuit de empto hujus anni, retentis in manu nostra fenis de omnibus dominicis suis de hoc anno et fructibus dominicorum gardinorum suorum. Teste rege apud Alverton', xx die Septembris.

De manerio de Driffeld commisso regine Scottorum.—Rex Roberto de Crepping', salutem. Scias quod per cartam nostram concessimus J. regine Scottorum pro homagio et servicio suo manerium de Driffeld' cum pertinentiis habendum tota vita sua, reddendo nobis unum spervarium sorum pro omni servicio. Et ideo tibi precipimus quod de predicto manerio cum omnibus bladis, carrucis et instauris in eo inventis plenam saisinam habere facias W. Eboracensi archiepiscopo, vel certo procuratori suo nomine predicte regine. Teste ut supra.

Pro fratribus de Monasterio Cornuto.—Mandatum est Waltero de Burgo quod demandam quam facit magistro et fratribus de Monasterio Cornuto pro purprestura facta per eos, ut dicitur, in manerio de Havering' ponat in respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis, ut tunc in adventu regis apud London' inquiratur si purpresturam aliquam fecerint in manerio predicto necne; et non permittat quantum in eo est quod placia illa que inclusa est circa capellam de Rumford' fiat cimiterium aut sepultura ibidem habeatur antequam rex cum domino Londoniensi episcopo colloquium habuerit. Teste rege apud Eboracum, xx. die Septembris.

De maeremio capiendo.—Mandatum est Warnero Engayne quod in haiis de Clipston' faciat habere vicecomiti Noting' maeremium ad operationes regis de Clipston' faciendas: ita quod de maeremio quod ei habere feceris fiat inter eos tallia, et una pars penes te remaneat et alia penes vicecomitem predictum. Teste rege apud Eboracum, xxj. die Septembris.

Eboracum. Pro Johanne filio Galfridi de Kayton'.—Quia constat regi per inquisitionem factam per preceptum regis quod Juliana que fuit uxor Anketilli de Kyllum appellat Johannem filium Galfridi de Kayton' de morte predicti Anketilli, quondam viri sui, odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit, tibi precipimus quod si idem Johannes invenerit tibi xij. probos et legales homines de comitatu tuo qui eum manucapiant habere coram justiciariis itinerantibus cum in partes illas venerint, tunc ipsum tradat in baillio etc. Teste rege apud Eboracum, xxiij. die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill', justiciario foreste, quod in foresta de Gautreiz faciat habere R. Dunelmensi episcopo, x. damas et iiij. damos vivos ponendos in parco suo de Gautreiz. Teste ut supra. Per magistrum W. de Kilkenny.

[*Cancelled*] *Quia in rotulo clausarum anno xxj.*

De bissis datis.—Mandatum est Thome de Muleton' quod in foresta Karleol' faciat habere Galfrido de Nevill' duas bissas de dono regis. Teste ut supra.

1236.
[m. 3.]

De quodam serviente recipiendo.—Mandatum est constabulario de Bamburg' quod Adam de Terrazun' servientem quem nuper misit usque Bamburg' remittat, et Philippum de Wutton' recipiat loco suo. Teste ut supra.

Pro coronatoribus comitatus Eboraci non ponendis in assisis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod Willelmum le Cunestabl', Gerardum Selveyn, Willelmum de Ergum, Ricardum de la River', Henricum Walensem, Nicholaum Ward', Willelmum le Vavassur, Robertum de Holebech', coronatores nostros in comitatu tuo, non ponas in assisis, juratis vel recognitionibus, cum coronatores nostri in assisis, juratis vel recognitionibus secundem consuetudinem regni nostri poni non debeant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Creppinges quod in foresta de Gauteriz faciat habere priori Sancte Trinitatis Eboraci l. quercus ad operationem ecclesie sue de dono regis. Teste rege apud Shireburn', xxiiij. die Septembris.

De filio et herede Petri constabularii de Meauton'.—Rex Johanni Gobaud salutem. Mandamus vobis quod cum Robertus de Scales et Reginaldus de Meauton' liberaverint vicecomiti Norf' et Suff' filium et heredem Petri Constabularii de Meauton' eisdem Roberto et Reginaldo replegiari faciatis terras et catalla sua que capta fuerunt in manum nostram eo quod predictum detinuerunt. Terras etiam ipsius heredis cum bladis et catallis in eis inventis salvo custodiri faciatis, ita quod nichil inde amoveatur donec aliud inde precipimus. Teste rege apud Shireburn', xxiiij. die Septembris, anno regni nostri xx.

Pro Rogero de Leya et Willelmo de Leya.—Mandatum est Waltero de Burgo quod de duobus molendinis illis que Rogerus de Leya et Willelmus de Leya tenent in manerio de Cocham et que in manum domini regis ceperunt (*sic*) eo quod molendina illa sunt in dominico regis, una cum catallis in eisdem inventis et captis in manum regis, saisinam eis habere faciat usque in xv. dies a festo Sancti Michaelis, quem terminum dominus rex eis prefixit ad ostendendum coram domino rege warantum suum, si quid inde habent. Teste ut supra.

Pro Jordano del Estr', de terra sua extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Jordani del Estr' in Jarum que est vadium Leonis et Aaron, Judeorum Eboraci, extendi faciant (*sic*), quantum valeat in dominicis, redditibus et aliis, et secundum extensionem illam rationabiles terminos ei habere faciant de debito quod eis debet. Teste rege apud Pontem Fractum, xxv. die Septembris.

De maeremio capiendo.—Mandatum est Radulfo de Bolebec, forestario de Pykeryng' et haye de Scaldeb', quod habere faciat vicecomiti Eboraci maeremium in predictis foresta et haya ad operationes castri de Scardeburg'. Teste ut supra.

1236.

[m. 3.] *Pro Fratibus Predicatoribus Eboraci.*—Rex baillivis suis Eboraci salutem. Sciatis quod concessimus Fratribus Predicatoribus Eboraci placiam illam quam Willelmus Malesoures tenuit de nobis in Kingestoftes in Eboraco. Et ideo vobis mandamus quod a die Sancti Michaelis in xv. dies anno xx. eis de predicta placia saisinam habere faciatis. Teste ut supra.

Pro viridariis foreste de Gauteris.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod non ponat viridarios foreste de Gauteris in assisis, juratis vel recognitionibus, cum viridarii secundum assisam foreste in assisis, juratis vel recognitionibus poni* non debeant. Teste rege apud Danecastr', xxvij. die Septembris.

Pro electo Wigorniensi.—Dominus rex adhibuit assensum regium electioni facte de magistro Waltero de Cantilupo in episcopatum Wigorniensem. Et mandatum est custodi episcopatus Wigorniensis quod de omnibus terris, redditibus et omnibus possessionibus ad predictum episcopatum pertinentibus plenam ei saisinam vel certo muncio suo litteras suas ei deferenti habere faciat. Teste rege ut supra.

Et mandatum est militibus, liberis hominibus etc. quod ei tamquam domino suo in omnibus etc. sint intendentes et respondentes. Teste ut supra.

De terra Willelmi Luvel extendenda.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Mandamus vobis quod extendi faciatis totam terram Willelmi Luvel in Farenham, quantum valeat in dominicis, redditibus et aliis per annum, que quidem terra est vadium Aaron filii Abrahe de Lond'; et secundum extensione millam eidem Willelmo rationabiles terminos habere faciatis de debito quod idem Aaron ab eo exigit, et extensionem predictam et terminos predictos nobis scire faciatis. Teste rege ut supra.

Mandatum est custodi episcopatus Norwicensis quod non vexet aut gravet homines de Lenn' exigendo ab eis alias consuetudines quam facere consueverunt tempore Thome, quondam Norwicensis episcopi, set eos modeste tractando consuetudinibus et serviciis que tunc facere consueverunt sit contentus. Teste ut supra.

m. 2.] Rex dedit Johanni Wascelin' vj. marcas de ultimo tallagio regis assiso super homines regis de Carleton' que exiguntur ab eisdem hominibus per summonitionem Scaccarii regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos homines de Karleton' de predictis vj. marcis quietos esse, et ita inrotulari faciant. Teste rege apud Wirkeshop', xxviij. die Septembris.

De vinis cariandis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud Westmonasterium, liberet vicecomitibus Lond' iij. dolia vini recca carianda quo dominus rex ei precepit. Teste rege apud Wyrkeshop', xxviij. die Septembris.

* 'ponant' in MS.

1236.

[m. 2.] *De busca capienda.*—Mandatum est custodi haye de Pykering' et Scalleby quod faciat habere vicecomiti Eboraci buscam ad j. rogum faciendum ad reparationem ejusdem castri Teste ut supra.

De Gerardo Duble recipiendo in castro de Noting'.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod recipiat Gerardum Duble, servientem comitis Warenn' de Wacfeld' quem vicecomes Eboraci ei liberari faciet et in prisona regis salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De terra Ade scissoris extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Ade scissoris in Colethorp,' et facta extensione, rationabiles . terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro uxore Radulfi Tyrel.—Rex vicecomiti Bed', salutem. Scias quod terram quam Radulfus Tyrel tenuit in Wilden' commisimus Juliane que fuit uxor ejusdem Radulfi ad se et pueros suos sustentandos, donec rectus heres ipsius Radulfi, qui est in Hybernia, in Angliam venerit et nobis pro terra illa fecerit quod de jure fuerit faciendum. Et ideo tibi precipimus quod ei inde saisinam habere facias, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Roberto Stoffin.—Rex Warnero Engayne, salutem. Ostendit nobis Robertus Stoffin quod eum dissaisivistis de terra sua in Wudehus', Hull' et Ourethorp', quam habuit de dono J. regis, tempore quo fuit comes Mauritanie, et quam postea ei confirmavit, cum esset rex, unde etiam protulit coram nobis tam cartam quam confirmationem ipsius patris nostri. Et ideo vobis mandamus quod si ob aliam causam ipsum inde non dissaisivistis nisi occasione generalis mandati nostri quod vobis fecimus de dominicis nostris in manum nostram capiendis tunc ipsum de predicta terra resaisire faciatis. Teste ut supra.

De perdonatione.—Dominus rex ad petitionem regine sue perdonavit monialibus de Ticheheved' iii. marcas que exiguntur ab eo (*sic*) per summonitionem Scaccarii de fine facto cum eo pro deafforestatione partium inter Usam et Derewent'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsas inde quietas esse faciant. Teste ut supra.

Dominus rex perdonavit Johanni de Valle Grent' pro bono servicio quod fecit Ranulfo, quondam comiti Cestr', transgressionem factam coram justiciariis de foresta quam essoniatores sui fecerunt de hoc quod essoniatores sui ipsum falso essoniaverunt coram eis de morte, cum non esset mortuus. Et mandatum est J. de Nevill', justiciario de foresta, quod ipsum et essoniatores suos quietos inde esse faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Besevill' et Alicia, uxore ejus.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Johannis

1236.
[m. 2.]

de Besevill' et Alicie uxoris ejus in Heyfeld' et La Nouehall' que est vadium Aaron et Leonis, Judeorum Eboraci, et Mose filii Ysaac de Norwico extendi faciant et, facta extensione illa, secundum valorem ejusdem terre et quantitatem debiti quod eis debent, rationabiles terminos eis inde habere faciant. Teste rege apud Lexinton', xxviij. die Septembris.

Pro priore de Wirkeshop'.—Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere priori de Wirkeshop' xx. quercus in bosco regis de Carleton' ad operationem ecclesie sue de dono regis. Teste ut supra.
[*Cancelled*] *Quia aliter in rotulo clausarum anno xxj.*

Pro Thoma de Newerc'.—Mandatum est Roberto de Everingham quod in bosco de Mamefeld' faciat habere Thome de Newerc' x. quercus de dono regis. Teste rege apud Heicle, xxix, die Septembris.

Pro priore de Leynton'.—Mandatum est Henrico de Lamel' quod in bosco de Wyllegh' faciat habere priori de Leinton' xv. quercus de dono regis ad infirmariam suam reficiendam. Teste rege apud Eycle, xxx. die Septembris.

De Gerardo Dubbl' ducendo.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod Gerardum Dubble, captum et in prisona regis de Notingh' detentum, liberet W. de Ferrariis, comiti de Dereb', ad ducendum prisonem usque Lond' in occursum regis. Teste ut supra.

Pro priore de Shelfeud.—Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere priori de Shelford' xv. quercus de dono regis in foresta de Shirewud' ad operationem ecclesie sue, ubi competentius capi possent extra dominicas haias nostras.

Pro W. Eboracensi archiepiscopo.—Dominus rex concessit W. Eboracensi archiepiscopo, quod ipse et successores sui, archiepiscopi Eboracensis, habeant imperpetuum liberam warennam in forinsecis boscis suis extra parcum suum de Beverlaco et in dominicis terris suis propriis de Molescroft et Suthburton', ita quod nullus possit intrare warennam illam ad fugandum in ea sine licentia et voluntate ipsius archiepiscopi vel successorum suorum archiepiscoporum Eboracensium. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod cartam illam in pleno comitatu suo legi et warennam illam in predictis boscis suis forinsecis et in dominicis terris suis propriis ei habere faciat, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi warennam pertinentibus, sicut predictum est. Teste rege apud Heicle, xxx. die Septembris.

[*Pro*] *Simone de Monte Forti.*—Rex vicecomiti Warewic' et Leic' salutem. Quia concessimus dilecto et fideli nostro Simoni de Monte Forti quod, cum decetero excaete alique de terris Normannorum exciderint de feodo suo in Anglia quas nos et antecessores nostri in manu nostra retinere vel dare consuevimus, ipse liberam inde

1236.
[m. 2.]

habeat administracionem retinendo eas in manu sua vel pro voluntate sua conferendo, donec terra nostra Anglie et terra Normannorum fuerint communes; tibi precipimus quod de terris et tenementis que Ricardus de Harecurt, Normannus, qui mortuus est tenuit in bailliva tua de feodo predicti Simonis eidem Simoni plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Linc', ij. die Octobris.

[Pro] comitissa de Algo.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Noting' quod loquelam que est coram eis inter comitissam de Augo, petentem, et Emmam de Bellafago, tenentem, de j. carucata terre in Ludham et de j. carucata terre in Gunethorp', et loquelam que est coram eis inter Henricum de Marcham et ipsam Emmam de iiij. bovatis et viij. acris terre et ij. toftis in Catthorp', ponant coram justiciariis apud Westmonasterum in octabis Sancti Hillarii. Teste ut supra.

[Pro] Thoma de Erlham.—Mandatum est Johanni de Erlham quod faciat habere Thome de Erlham falcones et sacros suos quos habet in custodia et a partibus suis non recedat, donec dominus rex aliud inde mandaverit. Teste ut supra.

Rex. De vinis suis vendendis.—Mandatum est majori et baillivis Linc' quod vendant vina regis que sunt in celario suo in vico de Wicford' et denarios inde receptos domino regi mittant. Teste rege apud Brueram, iiij. die Octobris.

Pro Ricardo de Wisebech'.—Mandatum est Roberto de Everingham quod extra hayas foreste de Shyrewud' faciat habere Ricardo de Wysebech', hospiti regine Linc', x. quercus in loco competenti ubi melius capi possint ad operationem ecclesie sue Sancti Botulfi, Linc', de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Petro de Guartlip'.—Dominus rex concessit Petro de Gartlyp custodiam terre que fuit Bertrami de Guartlyp, fratris sui, in Geynches, et que est de feodo ipsius Petri, et quam habuit de dono ejusdem Petri de concessione regis, una cum custodia heredum predicti Bertrami, habendam usque ad legitimam etatem predictorum heredum. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod ei de predicta terra una cum heredibus predictis plenam saisinam habere faciat, salvo uxori ipsius Bertrami rationabili dote sua de predicta terra. Testa ut supra.

De feria de Jernem'.—Rex baillivis suis de Ludingeland' salutem. Mittimus ad partes vestras Jakelinum Engaine ad recipiendum et custodiendum, donec aliud inde preceperimus, ea que ad nos pertinent de feria de Jernem' ratione dominici nostri de Ludingeland' et de Parva Jernem'. Et ideo vobis mandamus quod ad hoc sitis ei consulentes et auxiliantes, nec ipsum aliquatenus impediatis vel impediri quominus ea capere possit que ad nos pertinent* et salvo custodiri. Teste rege apud Brueram, iiij. die Octobris.

* 'pertinet' in MS.

1236.
[m. 2.] [*Pro*] *hominibus de Baseford'*.—Rex Henrico de Lamel' et Waltero le Bretun', salutem. Quia accepimus per inquisitionem factam per preceptum nostrum quod communa pasture de Baseford' extendit se de hesa de Arnhal' que appellatur Coldall' per chiminum sub Bestewud' usque ad divisas campi de Bulewell', et quia Brianus de Insula, tunc baillivus foreste partium illarum tempore J. regis et tempo nostro disseisivit homines de Baseford' de communa illa per voluntatem suam ipsis hominibus de Baseford' predictam communan reddidimus. Et ideo vobis mandamus quod eis de communa illa per metas predictas plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Simpling', v. die Octobris.

[*Pro*] *Henrico de Messingeham.*—Mandatum est vicecomiti Linc' quod, si Henricus de Messingeham fecerit ipsum securum per bonos et salvos plegios quod erit coram justiciariis domini regis ad placita foreste ad respondendum de transgressione foreste unde rettatus est, tunc ei replegiari facias terram et catalla sua in manum regis capta occasione predicta. Teste ut supra.

Pro Juliana que fuit uxor Radulfi Tyrel.—Mandatum est vicecomiti Bedef' quod id quod recepit de manerio de Wilden' quod Radulfus Tyrel habuit de baillio regis de termino Sancti Michaelis, anno xx., faciat habere Juliane que fuit uxor ipsius Radulfi cui dominus rex illud dedit ad sustentationem suam. Teste rege apud Stanford', vj. die Octobris, anno regni nostri xx.

De respectu loquele pro H. de Pateshull'.—Mandatum est justiciariis itinerantibus apud Bedeford' quod loquelam que summonita est coram eis de atingendis xij. juratis assise de morte antecessoris quam Symon de Pateshull' aramiavit versus priorem de Snelleshal' de una virgata terre cum pertinentiis in Bereford' ponant in respectum usque in octo dies a die Jovis proxima post octabas Sancti Michaelis, quia dilectus et fidelis noster H. de Pateshull' quem loquela illa tangit, ut dicitur, pro negociis Scaccarii ad presens dicte loquele non potuit interesse. Et si ulterius moram ibidem feceritis, tunc ponatis loquelam illam in respectum usque ad ultimum diem itineris vestri, si forte dictus thesaurarius noster tunc ad hoc possit interesse. Teste me ipso apud Stanford', vj. die Octobris, anno regni nostri xx.

De perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod pardonavimus Willelmo de Dive, militi J. regine Scottorum, unam marcam quam ab eo exigitis per summonitionem Scaccarii nostri et ad quam amerciatus fuit coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus apud Leic' pro defalta communis summonitionis. Et ideo vobis mandamus quod de predicta marca ipsum quietum esse faciatis. Teste me ipso apud Stanford', vj. die Octobris, anno regni nostri xx.

De loquela abbatis de Mirivall' ponenda coram domino rege.—Mandatum est etiam predictis justiciariis itinerantibus quod loquelam que summonita est coram eis de attingendis xij. juratis assise nove

1236.

[m. 2.] dissaisine quam abbas de Mirivall' aramiavit versus Rogerum la Zuch' de tenemento in Walda, et loquelam de attingendis xij. juratis assise nove dissaisine quam Petrus de Durandestorp' aramiavit versus ipsum de tenementis in eadem villa, et loquelam de attingendis xij. juratis quam Johannes Wischard' aramavit versus ipsum de tenemento in eadem villa, ponant coram domino rege in octabis Sancti Hyllarii, quia dominus rex vult personaliter audire tenorem et processum assisarum illaram. Teste ut supra.

Norht'. De quodam coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod eligi faciat loco Willelmi de Hocton', quondam coronatoris comitatus Norhamt', unum coronatorem, qui prestito sacramento etc. Et talem eum eligi faciat, qui ad hoc sciat et velit intendere. Teste rege apud Burgum Sancti Petri, vij. die Octobris.

Rex. De manerio de Brampton'.—Mandatum est Waltero de Burgo quod de manerio de Brampt' quod fuit dominicum regis et quod abbas et monachi de Cliva habent de rege ad feodi firmam, ut dicunt, seisinam suam habere permittat, recepta ab eis securitate quod ad certum diem habebunt coram rege cartam suam quam inde habent, ut dicunt. Teste rege apud Cunyton', viij. die Octobris.

De perdonatione.—Dominus rex perdonavit Fulconi de Mungumery xx. solidos ad quos amerciatus fuit pro disseisina coram Petro de Becche et sociis suis assignatis ad assisam nove disseisine capiendam. Et mandatum est quod ipsum Fulconem de predictis xx. solidis quietum esse faciant. Teste rege ut supra.

Pro Rogero de Lokinton' et uxore ejus.—Rex vicecomiti Glouc', salutem. Quia accepimus per inquisitionem factam per preceptum nostrum quod Margeria Avenel tenuit in maritagium et non in dotem de dono Radulfi Avenel, quondam viri sui, sicut nobis datum fuit intelligi, sextam partem feodi unius militis cum pertinentiis in Langel', quam ipsa dedit in maritagium Rogero de Lokinton' cum Petronilla, filia sua, tibi precipimus quod eisdem Rogero et Petronille de predicta sexta parte unius feodi cum bladis que fuerunt seminata in terra predicta talem seisinam habere facias qualem inde habuerunt, quando eos inde disseisiri precepimus occasione predicta. Teste ut supra.

Pro Rege Norwegie.—Mandatum est Ricardo, marescallo suo, quod retento ad opus regis equo melius infrenato de equis regis, quos nuper ei misit et qui sunt in custodia sua, postea meliorem equum de predictis equis habere faciat Ric' nuncio regis Norwegie ad opus regis ejusdem, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonatione.—Dominus rex perdonavit Henrico de Hauvill' xl. solidos ad quos amerciatus fuit coram justiciariis itinerantibus ad placita foreste pro defalta communis summonitionis. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod pacem ei inde habere permittat.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege Sanctum Neot', x. die Octobris.

1236.

[m. 1.] *Pro Radulfo de Sancto Sampsone.*—Dominus rex concessit Radulfo de Sancto Sampsone custodiam terre et heredis Benvenue, que fuit uxor Roberti de Bruera, habendam usque ad legittimam etatem ipsius heredis cum maritagio ejusdem heredis. Et mandatum est vicecomiti Huntind' quod de terra que fuit ejusdem in Werlegh' die quo obiit, ei seisinam habere faciat cum predicto herede. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Bedef' de terra in Wymynton'.

Mandatum est executoribus testamenti Benvenue, que fuit uxor Roberti de Bruer', quod de omnibus catallis que fuerunt ejusdem Benvenue, faciat (*sic*) habere Radulfo de Sancto Sampsone, custodi terre et heredis predicte Benvenue, terciam partem quam ipsa Benvenue legavit predicto heredi, ita quod de hiis, que ei liberaverint nomine predicte tercie partis, fiat inter ipsos executores et predictum Radulfum scriptum quoddam cirographatum, cujus una pars penes eum et altera penes ipsos executores resideat, et de residuis duabus partibus predictorum catallorum faciant executionem testamenti sui. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Hunt' quod omnia catalla tam blada quam alia, que fuerunt Benvenue, que fuit uxor Roberti de Bruer', in ballia sua et que cepit in manum regis occasione debiti quod predictus Robertus regi debuit, sine dilatione liberet executoribus testamenti ipsius Benvenue ad executionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

Pro Roberto de Mucegros.—Rex W. Wigorniensi electo, salutem. Sciatis quod per inquisitionem quam fieri fecimus, acccepimus quod Margareta Avenel tenuit terram suam in Cumpton nomine dotis sue de hereditate filie et heredis Willelmi Avenel, que est in custodia dilecti et fidelis nostri Roberti de Mucegros per finem quem inde nobiscum fecit. Et ideo vobis mandamus rogantes quatinus de terra predicta, que est in manu vestra, eidem Roberto seisinam habere faciatis. Teste ut supra.

Pro Cycestrensi episcopo.—Dominus rex concessit R. Cycestrensi episcopo, cancellario suo, quod ipse et successores sui episcopi Cycestrenses habeant in perpetuum liberam warennam in manerio suo de Preston'; ita quod nullus intret warennam illam sine licentia et voluntate ipsius episcopi et successorum suorum episcoporum Cycestrensium sicut plenius continetur in carta quam dominus rex ei inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod warennam illam clamari faciat per totam bailliam suam et ibidem teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Octobris.

Pro comite Linc'.—Mandatum est Ricardo marescallo quod equum quem P. Sarracenus dedit domino regi faciat habere J. comiti Linc', de dono regis. Teste ut supra.

1236.

[m. 1.] *Pro Roberto de Yllinges.*—Robertus de Yllinges habet litteras directas justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendant terram suam in Yllynges, et rationabiles terminos ei habere faciant secundum quantitatem debiti et valorem terre. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Octobris.

Pro Willelmo de Curzun.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod si Willelmus de Curzun, miles comitis Warenn', quem rex precepit interrogari de comitatu in comitatum, donec utlagaretur, inveniat ei legales homines de comitatu suo, qui ipsum manucapiant habere coram rege apud Westmonasterium in octabis Sancti Hyllarii ad standum recto super eo quod erga eum dicere voluerimus tunc amplius eum non interroget. Teste ut supra.

Pro servientibus comitis Linc'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod si servientes dicti comitis, quos rex capi precepit pro detentione averiorum contra vadium et plegium, si inventi essent in baillia sua, ipsa averia deliberaverint, tunc ipsos ea occasione non capiat set nec alios servientes ipsius comitis pro forisfacto unde voluerint stare judicio curie nostre. Teste ut supra.

De Gerardo le Dubl'.—W. comes Warenn' manucepit coram rege quod habebit Gerardum le Dubl', servientem suum, qui est in prisona apud Noting', coram rege apud Westmonasterium in octabis Sancti Hyllarii ad standum recto super eo quod erga eum dominus rex velit dicere. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod ipsum a prisona deliberet. Teste ut supra.

De Judeis Oxonie inprisonandis.—Mandatum est constabulario Oxonie, quod Judeos quos Willelmus Brito ei liberabit recipiat et salvo in castro Oxonie faciat custodiri donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

Pro Roberto de Blakeford et Aricia, uxore ejus.—Rex Waltero de Burgo salutem. Inspeximus cartam J. regis et confirmationem nostram, quam Robertus de Blakeford' et Avicia, uxor ejus, heres Roberti de Sechevill', habent de terra in Branton' quam cepisti in manum regis ratione dominicorum nostrorum que habes in custodia. Et ideo tibi precipimus quod de predicta terra, quam cepisti in manum nostram, saisinam eis habere facias. Teste rege apud Westmonasterium ut supra.

De Radulfo de Pesehaul'.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod, assumpta secum sufficienti multitudine armatorum, in propria persona sua accedat ad abbatem Sancti Edmundi et ab eo recipiat Radulfum de Pesehaul', penes eum captum et inprisonatum, quem cum sufficienti et salva custodia mittat usque Turrim Lond' liberandum ibidem constabulario regis, cui rex mandavit per litteras suas, quas ei mittit dicto constabulario porrigendas, quod dictum Radulfum recipiat et salvo custodiat. Mittit etiam rex eidem vicecomiti litteras suas dicto abbati directas, quod dictum prisonem ei liberet. Teste ut supra.

Et mandatum est eisdem constabulario et abbati in forma predicta.

1236.
[m. 1.]

De Galfrido Bauzan.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod Galfridum Bauzan prisonem a carcere et vinculis in quibus modo detinetur extrahat et ipsum in libera prisona et in anulis salvo custodiri faciat, donec dominus rex aliud ei inde preceperit. Teste rege apud Kenynton', xviij. die Octobris.

Pro abbate Westmonasterii.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod non distringat tenentes abbatis Westmonasterii vel homines suos in comitatu suo pro amerciamentis factis coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in eodem comitatu et finibus factis coram eisdem pro licentia concordandi et fine facto pro comitatu suo, unde idem abbas quietantiam habet per cartam regis, et averia eorum ea occasione capta eis deliberari faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Bedef', Buk'. Consimili modo scribitur vicecomiti Norhamt' quod non distringat, etc., pro amerciamentis factis coram justiciariis ultimo itinerantibus ad placita foreste in eodem comitatu, et postea ut supra.

Pro rege.—Mandatum est Waltero de Burgo quod in bosco regis de Hadfeld' faciat habere vicecomiti Hertford' maeremium sufficiens ad facienda xx. milia scindularum ad domos regis in castro Hertford' cooperiendas. Teste rege apud Kenynton', xix. die Octobris.

Pro J. comite Linc.—Mandatum est Ricardo de la Lad' quod in baillia sua imfra (*sic*) comitatum Dors', ubi melius viderit esse faciendum, faciat habere J. comiti Linc' et constabulario Cestr', xiiij. copulas ad quandam capellam erigendam apud manerium suum de Kingeston', de dono regis. Apud Kenynynton' (*sic*), xx. die Octobris.

Pro episcopo Coventrensi.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, si per rotulos Scaccarii possit eis constare, quod xxv. denarii quos exigunt ab episcopo Coventrensi per summonitionem Scaccarii, exiguntur de terris de Kanoc quas idem episcopus habet per cartam R. regis et cartam domini regis, tunc ipsum inde quietum esse faciant; sin autem, inquirant de quibus terris denarii predicti exigantur et certificent dominum regem inde. Et eidem episcopo pacem inde interim habere faciant. Teste rege ut supra.

Pro Symone de Monte Forti.—Rex escaetoribus suis in comitatu Norht', salutem. Sciatis quod occasione concessionis quam fecimus dilecto et fideli nostro Simoni de Monte Forti de habendis escaetis de terris Normannorum, que decetero excidissent in Anglia de feodo suo, donec terra nostra Anglie at terra Normannorum sint communes, concessimus ei terras et tenementa, que Ricardus Harecurt, Normannus, tenuit de feodo suo et inde ei plenam seisinam habere fecimus. Et ideo vobis precipimus quod de predictis terris vel tenementis, que sunt predicti Ricardi in predicto comitatu et sunt de feodo predicti Simonis, in nullo vos intromittatis. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur escaetori in comitatibus Warr' et Leic'.

1236.
[m. 1.] *Pro hominibus Wigorniensis electi.*—Mandatum est baillivis Wigornie quod hominibus venerabilis patris W. Wygorniensis electi et omnium ecclesiasticarum personarum de eadem diocesi pacem habere permittatis (*sic*) usque ad octabas Sancti Hyllarii anno xxj. de consuetudine quam ab eis exigunt in villa Wigornie ad villam Wigornie claudendam. Teste rege apud Kenynton', xxj. die Octobris. Per electum Valentinum.

Pro Willelmo de Mastac.—Rex vicecomiti Wiltes' salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Willelmo de Mastac manerium de Shorestan' cum pertinentiis ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu nobis placuerit. Et ideo tibi precipimus quod eidem Willelmo de predicto manerio plenam seisinam habere facias. Facias etiam eidem Willelmo habere redditum assisum ejusdem manerii de termino Sancti Michaelis, anno regni nostri xx. Teste ut supra per ipsum regem.

Pro priore hospitalis Sancti Leonardi de Eboraco.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod permittat priorem hospitalis Sancti Leonardi de Eboraco habere eandem seisinam quam hactenus habere consuevit ad capiendum rationabile estoverium suum sine vasto in aliquo certo loco foreste nostre de Gauteric', usque ad octabas Sancti Hillarii, anno regni nostri vicesimo primo. Teste ut supra.

De cervis.—Mandatum est Roberto de Creppinges quod de vj. cervis sine caudis, qui sunt in custodia sua et quos dominus rex capi fecit in foresta de Galteris, faciat habere duos cervos decano et capitulo Sancti Petri Eboraci, de dono regis, et duo ballivis Eboraci, et j. magistro hospitalis Sancti Leonardi de Eboraco, et preceptori domus Templi de Eboraco j. de dono regis. Teste rege apud Kenynton', xxj. die Octobris.

Pro R. comite Wintonie.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wauberg' faciat habere R. comiti Wintonie x. damas vivas ponendas in parco suo de Suho, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Octobris.

De Ricardo de Cornevill'.—Mandatum est constabulario Oxonie quod Ricardum de Cornevill' prisonem qui est in custodia sua, extrahat a carcere et a vinculis, in quibus nunc est, et ipsum in libera prisona et in anulis salvo custodiat, ita quod non evadat. Teste ut supra. Per fratrem G.

De Galfrido Bauzan.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod statim visis litteris suis una cum tribus militibus suis Hugone de Boel', Roberto de Pavilly et Waltero de Brion' duci faciat Galfridum Bauzan solutum a vinculis usque ad Hospitale Sancti Johannis Jerusalem' in Anglia de Clerkenewell', et ibidem liberet eum priori ejusdem domus. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Octobris.

1236
[m. 1.]

De perdonatione Willelmi Extranei.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Willelmo Extraneo xl. solidos, ad quos amerciatus fuit coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus apud Leycestr' pro transgressione. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Willelmum de predictis xl. solidis quietum esse faciatis. Teste ut supra. Per Karleolensem.

Pro Willelmo Mastac.—Rex vicecomiti Suff' salutem. Scias quod commissimus dilecto et fideli nostro Willelmo Mastac terram que fuit Ricardi de Harecurt in Wicham, ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu nobis placuerit. Et ideo tibi precipimus quod eidem Willelmo de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Octobris.

De electo de Croyland'.—Rex custodi abbatie Croyl' salutem. Scias nos ordinationi facte per venerabilem patrem R. Linc' episcopum auctoritate concilii de fratre Ricardo, quondam celerario de Barden', in abbatem Croyl', regium adhibuisse assensum et favorem. Et ideo tibi precipimus quod de predicta abbatia cum omnibus terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad dictam abbatiam pertinentibus plenam seisinam ei habere facias. Teste rege ut supra.

1235.
[m. 24*d.*]

Glouc'.—Abbas de Eynesham attornavit fratrem Johannem de Oxonia, monachum suum, et Willelmum de Warnburn' versus Baldewinum de Slohtres querentem et ipsum Abbatem deforciantem, de consuetudinibus et serviciis que idem Baldewinus exigit a predicto abbate de libero tenemento suo, quod de eo tenet in Newenton'.

Pro mercatoribus Francie depredatis.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod distringat omnes illos de ballia sua, qui aliquid receperunt a Johanne Blancbuylli de vinis, que abstulit mercatoribus regis Francie in portu Sancti Mathei Brittannie, et qui eidem Johanni pretium eorundem vinorum nondum solverunt, ad reddendum predictis mercatoribus in presentia predicti Johannis pretium predictorum vinorum; quia idem Johannes concessit in presentia regis, quod quicquid receperit de pretio predictorum vinorum ipsis mercatoribus reddet citra festum Sancti Hillarii, anno etc. xx. Teste rege apud Wudest', vj. die Novembris.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Cornubie.

De assisis tenendis in villa Oxonie.—Rex majori et probis hominibus suis Oxonie salutem. Graves ad nos pervenerunt querele quod assise venditionis victualium ut panis, vini, cervisie et aliorum minime servantur in villa vestra. Et ideo vobis districte precipimus quod assisas predictas citra festum instans Sancti Andree, anno regni nostri xx. emendari, et in debito statu secundum pretium bladi et sicut in aliis burgis et villis nostris servari faciatis, scituri pro certo quod, nisi feceritis, ad vos graviter nos capiemus, et preterea villam nostram in manum nostram capi faciemus, tamquam eam quam decetero habere in manu vestra demeruistis. Teste rege apud Bannebir', vij. die Novembris.

1235.
[m. 24*d*.] Rex eisdem salutem. Precipimus vobis quod visis litteris istis per totam villam vestram clamari faciatis, quod nullus vinitarius ville vestre ultra instans festum Sancti Martini, anno regni nostri xx., vendere presumat sextercium vini carius quam pro xij. denariis, sive sit novum vinum sive vetus. Quin si aliquis hoc facere presumpserit ad corpus suum graviter nos capiemus, et preterea omnia vina sua a vicecomite nostro Oxonie in manum nostram capi precipimus. Teste rege ut supra.

Norhampt'.—Amphelis, que fuit uxor Willelmi Folyoth, attornavit Rogerum de Claxeby versus Ricardum Mace, Ernaldum le Goher, Radulfum Harang, Ricardum Dunning' et Sybilam uxorem ejus, Jordanum de Brakel' et Johannem filium Ricardi tenentes, de quinque virgatis et xx. acris terre et medietate duorum molendinorum et uno thofto cum pertinentiis in Evenl'.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Bedeford' quod loquelam, que est in comitatu suo inter J. comitem Cestr' et Isabellam de Hocton' de custodia terre et heredis Willelmi Hocton', ponat in respectum usque ad festum Sancti Hillarii, anno etc. xx.

Leic'.—Godefridus Spigurnell' attornavit Galfridum le Burgeygnu versus Galfridum de Bello Monte petentem, de dimidia virgata terre et uno mesuagio cum pertinentiis in Sawell'.

Wigornia.—Henricus Luvet attornavit Galfridum Pipard' versus Petrum filium Nicholai petentem, de xviij. acris terre cum pertinentiis in Pidel'.

Linc'.—Gunnilda uxor Achard' le Taylloyr attornavit Achard' virum suum versus Ricardum Marescallum petentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in Stanford'.

Rotel'.—Willelmus comes Albemarl' attornavit Robertum Camerarium versus Simonem de Sancto Licio petentem, de duabus carucatis terre cum pertinentiis in Stratton'.

Norf'.—Abbas de Derham' attornavit fratrem Thomam de Wyreham versus Robertum de Norfolch' de consuetudinibus et serviciis, que predictus abbas exigit a predicto Roberto de libero tenemento suo, quod de eo tenet in Karleton'.

Buk'.—Michael de Westmell' et Emma uxor ejus attornaverunt Ricardum filium Michaelis versus Willelmum de Remfrey tenentem, de una virgate terra cum pertinentiis in Dagehal'.

Frater Andreas de Burgo, monachus de Holcultram.

Mandatum est vicecomiti Suht' quod, si inquirere poterit, quod Johannes le Bedel emit a Joldewino de Dueye unam domum et duo quarteria frumenti es unam arcam et unum hostium et quod Jordanus le Charter emit de predicto Joldewino undecim quarteria frumenti de rebus et catallis Henrici de Braybof tempore quo rex terram illam dedit predicto Joldewino, eo quod predictus Henricus fuit contra regem

1235.

[m. 24d.] cum comite R. Marescallo et quod predicti Johannes et Jordanus pretium predictorum eidem Joldewino reddiderunt, tunc occasione inquisitionis, quam preterea fecit per preceptum regis de catallis ipsius Henrici distractis, non distringat predictos Johannem et Jordanum ad supra memorata vel pretium eorum predictorum Henrico reddenda. Teste rege apud Sautr', xiiij. die Novembris.

Pro Roberto de Mucegros.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatibus Sumers' et Dors' quod omnia placita summonita coram eis contra Robertum de Mucegros, qui profectus est in partes transmarinas in nuntium domini regis, ponant in respectum usque ad reditum predicti Roberti de partibus predictis, exceptis assisis nove disseisine et placitis de dote, unde nichil habet, et de advocationibus ecclesiarum. Teste rege apud Sanctum Neothum, xvj. die Novembris.

Cantebrigia.—Symon le Bret attornavit Ricardum le Bret versus Hervicium filium Pagani tenentem, de una carucata terre cum pertinentiis in Abyton', excepta dimidia virgata et tribus acris terre et uno thofto.

Suff'.—Matheus de Leham attornavit Mattheum de Merston' versus magistrum Nicholaum de Leyham de catallis ipsius Nicholai captis et injuste detentis, et versus eundem Nicholaum, Robertum de le Secthagh' et Henricum le Calver defortiantes, de consuetudine et servicio de tenemento in Leyham.

Cantebrigia.—Prior de Bernewell' attornavit fratrem Robertum de Tuz Seinz, concanonicum suum, et Hugonem de Bernewell' versus Rogerum Brenhend et Beatriciam uxorem ejus de quatuor acris terre cum pertinentiis in Madingl', et versus Johannem de Madingl', capellanum, petentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in eadem villa, et versus Aliciam filiam Rogeri petentem, de sex acris terre et dimidia acra parci cum pertinentiis in eadem villa.

[m. 23d.] *Essex'.*—Letia filia Everardi attornavit Robertum de Winterford' versus Johannem Everardi, Agnetem uxorem ejus et Johannem de Saunford' et Matillidem uxorem ejus tenentes, de duabus partibus quinquaginta acrarum terre cum pertinentiis in Esthorp'.

Norf'.—Florencia uxor Gerardi de Ackham attornavit Gerardum de Akeham, virum suum, versus Ceciliam Ridel petentem, de medietate unius mesuagii et quindecim acrarum terre cum pertinentiis in Raceye.

Staff'.—Magister Simon de Wauton' attornavit Robertum de Buneton versus Adthelard' filium Thome petentem, de dimidia virgata terra cum pertinentiis in Kynewaldeston'.

Huntind'.—J. comes Cestr' et Huntind' attornavit Willelmum de Tyvill' versus Simonem de Sancto Licio petentem, de manerio de Coniton' cum pertinentiis.

1235.

[m. 23*d*.] *Surr'*.—Prior Sancte Marie de Suthwerc attornavit Threwoyum de Shipton' versus Alienoram, que fuit uxor Elye de Adinton' petentem, de tercia parte decem et octo acrarum terre cum pertinentiis in Adinton'.

Wygornia.—Henricus Luvet attornavit Thomam Caretarium versus Petrum filium Nicholai Marescalli petentem, de triginta et quinque acris terre et uno mesuagio cum pertinentiis in Pidel'.

Huntend'.—Simon de Sancto Licio attornavit Rogerum de Houcton' versus J. comitem Cestr' et Hunt' tenentem, de manerio de Conyton'.

Linc'.—Gerardus de Furnivall' attornavit Adam Walensem versus Andream filium Thome petentem, de una bovata terre cum pertinentiis in Sutton'.

Essex'.—Willelmus de Bello Campo attornavit Robertum Gernet versus Christianam de Wodeham' petentem, de uno mesuagio, triginta acris terre, tribus acris boscy (*sic*) et quinque acris prati cum pertinentiis in Belchamp'.

Rex majori et vicecomitibus Lond' salutem. Mandamus vobis quatinus in civitate nostra Lond' publice clamari faciatis et firmiter prohiberi ne victualia vel alia venditioni exposita, que Judei nostri Lond' emere voluerint, denegentur vendenda. Et siquis contra prohibitionem nostram victualia vel alia denegaverit eis vendenda, illud sine dilatione faciatis emendari, dictos Judeos nostros inde et aliunde manutenentes et protegentes. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Decembris, anno etc.

Essex'.—Abbatissa de Sancto Sulpicio attornavit loco suo Egidium Capellanum, Hugonem de Rading' et Ricardum de Havering' ad lucrandum etc. in loquela, quam habet coram rege versus Ricardum filium Henrici filii Aucheri, de duabus carucatis terre cum pertinentiis, exceptis xxx. acris terre, tribus acris prati et dimidia et viginti solidatis redditus, in Laghefar', et versus Matillidem de Sancto Leodgaro de quatuor solidatis redditus et tribus acris prati et dimidia. Et si non omnis etc.

[m. 22*d*.] *De auxilio distringendo*.—Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Precipimus tibi quod ubicumque senescalli comitum et baronum comitatuum tuorum nolint vel non possint distringere milites et libere tenentes predictorum comitum et baronum ad reddendum collectoribus auxilii nostri nobis in Anglia concessi auxilium nobis ab eis concessum et debitum, tu sine dilatione distringas milites et libere tenentes predictos ad auxilium illud reddendum collectoribus ejusdem auxilii in ballia tua. Omnes etiam comites et barones comitatus tui vel eorum senescallos, qui auxilium predictum receperunt et predictis collectoribus nondum liberaverunt, similiter distringas ad auxilium predictum solvendum predictis collectoribus ad opus nostrum; et taliter te habeas citra hoc negotium exequendum ne per defectum

1235.
[m. 22*d*.]

tui ad te nos graviter capere debeamus. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Decembris.

Eodem modo mandatum est singulis vicecomitibus Anglie.

Rex collectoribus auxilii sui in comitatu Norf' salutem. Mandavimus vicecomiti nostro Norf' quod ubicumque senescalli comitum et baronum comitatus sui nolint vel non possint distringere milites et libere tenentes predictorum comitum et baronum ad reddendum vobis auxilium nobis ab eis concessum et debitum, ipse sine dilatione distringat milites et libere tenentes predictos ad auxilium illud vobis reddendum. Omnes etiam comites et barones vel eorum senescalli in eodem comitatu, qui predictum auxilium receperunt et illud vobis non dum liberaverunt, similiter distringat ad predictum auxilium vobis reddendum ad opus nostrum. Et ideo vobis mandamus quod predictum auxilium recipiatis et illud salvo custodiatis, donec a nobis aliud habueritis mandatum. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est singulis collectoribus auxilii predicti per se, sive sint collectores in comitatibus, wapentaciis vel treingis. Teste ut supra.

Rex vicecomitibus Lond' salutem. Quia accepimus per litteras dilecti et fidelis nostri Reginaldi de Pontibus quod Bernardus de Bruce satisfecit hominibus ipsius Reginaldi de debito quod eis debuit, propter quod catalla ipsius Bernardi nuper arestata fuerunt apud Lond' per preceptum nostrum; vobis mandamus quod predicto Bernardo predicta catalla sua deliberari faciatis, et, si catalla illa vendita fuerint, pretium eorundem sine dilatione reddi faciatis. Teste rege apud Guldeford', viij. die Decembris.

Mandatum est ballivis de Wincheles' quod navem illam carcatam vinis de Aunyz, quam nuper in portu suo arestari fecerunt et que est mercatorum de potestate comitisse Flandrie, ut dicitur, eisdem mercatoribus sine dilatione deliberari faciant ducendam quo voluerint, nisi ob aliam causam fuerit arestata quam occasione mandati quod eis fecit de vinis arestandis ad opus suum. Et si ob aliam causam predictam navem fecerunt arestari, causam illam regi scire faciant. Teste rege apud Guldef', x. die Decembris.

Rex justiciariis suis itinerantibus in comitatu Sumers' salutem. Quia Laura que fuit uxor Reginaldi de Ponte Palmerii, de licentia nostra profecta est in partes transmarinas et ad petitionem suam cepimus terram suam in specialem custodiam et defensionem nostram, dum esset in partibus predictis, vobis mandamus quod loquelam, que summonita est coram vobis inter Henricum filium Ricardi et ipsam Lauram de terra in Norton' ponatis in respectum usque in xv. dies a festo Sancti Hillarii, anno regni nostri xx. Teste rege apud Clarendon', xij. die Decembris.

Mandatum est Willelmo de Eboraco et sociis suis, quod loquelam, que est coram vobis (*sic*) in itinere suo in comitatu Suht'

1235.
[m. 22*d*.] inter Thomam de Beinfeld' et Aviciam, uxorem ejus, petentes, et Robertum de Beinfeld' tenentem, de duabus partibus unius virgate terre cum pertinentiis in Cowic', que quidem loquela tangit Bartholmeum Pech,' quem rex misit in nuntium suum, ita quod loquela illi interesse non protest coram eis, ponant in respectum usque in tres septimanas a die Sancti Hillarii, anno etc. xx.

Rex venerabili patri in Christo W. eadem gratia Eboracensi archiepiscopo, Anglie primati salutem. Cum habeamus in constanti proposito in octabis Sancti Hillarii, anno etc. xx., vos et ceteros fideles nostros convocare apud Lond' pro quibusdam negociis nostris arduis nostrum et regni nostri statum tangentibus recenter emersis, et inter cetera fideles nostros cupiamus ad eundem terminum habere presentiam dilecti fratris et fidelis nostri A. regis Scocie simul et karissime sororis nostre J. regine Scocie, uxoris sue, quos sine sollempni conductu, sicut nec deceret, scimus ad nos nolle accedere; paternitatem vestram rogamus attentius quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, optentu petitionis nostre ad diem et locum, quos dilectus et fidelis noster Bartholomeus Pech', quem ad predictum regem pro ipso rogando ut cum predicta sorore nostra ad nos accedere dignetur, destinavimus, vobis scire faciet, una cum venerabili patre R. Dunelmensi episcopo et dilectis et fidelibus nostris Willelmo de Vescy, Gilberto de Umframvill', Rogero Bertram, Johanne de Veteri Ponte, Johanne filio Galfridi, vicecomite nostro Eboraci, quibus idem mandavimus, sitis in occursu predicti regis et predicte sororis nostre parati ad ipsos ad nos usque Lond' conducendos, ita quod inde paternitati vestre ad capiendum teneamus gratiarum actiones. Vos item, sive predictus rex venire voluerit sive non, nullo modo omittatis quin ad terminum predictum ad nos veniatis super predictis negociis nobiscum tractaturi.

[m. 21*d*.] *Linc'*.—Johannes de Nevill' attornavit Ricardum filium Willelmi versus Willelmum filium Hugonis deforciantem, de consuetudinibus et serviciis que idem Johannes exigit a predicto Willelmo de libero tenemento suo quod de eo tenet in Carleton'.

Pro abbate de Dunekewell'.—Abbas de Dunekewell' venit coram rege apud Wintoniam in crastino Natalis Domini, anno etc. xx. et petiit terciam partem unius carucate terre cum pertinentiis in Boclaund' et terciam partem unius carucate terre cum pertinentiis in Lincumb' sibi replegiari, que capte fuerunt in manum regis propter defaltam ipsius abbatis, quam fecit coram rege in crastino Animarum in loquela que est coram justiciariis regis de Banco per breve regis inter Johannam, que fuit uxor Willelmi Brewer', petentem et predictum abbatem tenentem. Et hoc significat rex justiciariis predictis. Teste rege apud Wintoniam, xxvij. die Decembris.

Suht'.—Prior Sancti Swithun' Wintonie attornavit Willelmum de Porlaund versus Hugonem Kut' petentem, de dimidia hida terre cum pertinentiis in Muchelmareis.

1235.
[m. 21*d*.] Walterus Gervas' venit coram rege apud Wintoniam in crastino Nativitatis Domini, anno etc. xx. et petiit terram suam in Bocland' sibi replegiari, que capta est in manum regis propter defaltam quam fecit coram justiciariis de Banco versus Johannam Brewer', ut dicitur. Et hoc significatum est justiciariis predictis. Teste ut supra.

Thomas de Streton' attornavit Walterum de Refford', clericum, et Ricardum de Morton' versus Ricardum filium Reginaldi, Henricum filium Nicholai et Robertum filium Ade, tenentes, de uno thofto et xv. acris terre et dimidia et sex acris et una roda prati cum pertinentiis in Wakeringh'. Teste (*sic*).

Rex vicecomiti Salopie salutem. Si Willelmus de Cantilupo, custos Avicie et Lucie, filiarum et heredum Rogeri de Say, fecerit te securum etc., tunc pone per vadium etc. Thomam Corbet, quod sit coram justiciariis nostris itinerantibus in comitatu Wilt' apud Wilton' in octabis Sancti Hillarii ostensurus quare deforciavit predictis Avicie et Lucie seisinam cujusdam bosci in Ambaldeston', quam recuperaverunt erga eum in curia nostra coram justiciariis nostris ad hoc assignatis per assisam nove disseisine inter eos inde captam, ut dicitur. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste rege etc. apud Merewell' xxviij. die Decembris.

Dors'.—Rogerus Syfrewast attornavit Robertum Cokerel versus abbatem de Binedone tenentem, de una carucata terre cum pertinentiis in Winterburn' Guahebon.

Cantebrigia.—Ranulfus filius Henrici attornavit Alanum Marewater et Uctredum de Castello Bernardi versus Johannem filium Henrici de feodo dimidii militis cum pertinentiis in Hynton'.

1236.

Rex. De Petro et Stephano.—Rex Petro de Rivall' salutem. Quia nolumus quod sub conductu nostro diutius in regno nostro maneas, tibi precipimus quod, statim visis litteris istis, regnum nostrum exeas, sciturus quod nisi feceris, vicecomiti nostro Suht' precepimus quod te [de] comitatu in comitatum interrogari faciat, donec secundum assisam et regni nostri consuetudinem in pleno comitatu fueris utlagatus. Teste rege apud Merleberg', ij. die Januarii.

Eodem modo mandatum est Petro de Rivall' eo excepto quod sit mentio de vicecomite War' et Leic'. Teste (*sic*).

Rex vicecomiti Suht' salutem. Scias quod, quia nolumus quod Petrus de Rivall' diutius sub conductu nostro maneat in regno nostro, precepimus ei quod statim visis litteris nostris regnum nostrum exeat. Quod nisi fecerit, tibi precipimus quod predictum Petrum de comitatu in comitatum interrogari facias, donec secundum assisam et regni nostri consuetudinem in pleno comitatu tuo fuerit utlagatus. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum vicecomiti War' et Leic' de predicto Stephano. [*Cancelled.*] Quia revocate.

1236.

[m. 21d.] Rex justiciariis suis de banco salutem. Sciatis quod abbas de Bruera venit coram nobis apud Merleberg' in crastino Circumcisionis Domini anno regni nostri xx. et petiit terram suam in Basset Risindon' sibi replegiari' quam Nicholaa, que fuit uxor Paulini de Teindon' clamat coram nobis versus ipsum abbatem nomine dotis, et que capta est in manum nostram per defaltam ipsius abbatis ut dicitur. Et hoc vobis significamus. Teste rege apud Merleberg', ij. die Januarii.

[m. 20d.] *Pro Emeryco de Sascy.*—Rex justiciariis suis itinerantibus in comitatu Suhampt'. Sciatis quod retinuimus dilectum et fidelem nostrum Emerycum de Sascy nobiscum, ita quod citra octabas Sancti Hillarii non poterit esse coram vobis in itinere vestro. Et ideo vobis mandamus quod omnes loquelas, que mote sunt contra predictum Emerycum et summonite coram vobis, ponatis in respectum usque diem Jovis proximam post octabas predictas. Teste rege apud Sandelford', v. die Januarii.

Gysnes. De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod loquelam, que est in comitatu suo inter Robertum de Sevans et Baldewinum, comitem de Gysn' tenentem, de una hida terre cum pertinentiis in Tholleshunt', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post Pascha, anno etc. xx. Teste rege apud Rading', vij. die Januarii.

Norf'.—Radulfus de Gatelegh attornavit Petrum filium Ricardi versus Willelmum de Claye, Willelmum de Boton' et Agnetem uxorem ejus, tenentes, de quater viginti acris terre cum pertinentiis in Gatelegh'.

Norht'.—Willelmus de Veteri Ponte attornavit Robertum le Neyr et Galfridum de Calum versus abbatissam Sancte Marie de Pratis tenentem, de viginti virgatis terre cum pertinentiis in Hardingston'.

Rex majori et baillivis suis Oxonie salutem. Monstraverunt nobis vinitores Oxonie quod, occasione precepti nostri quod aliquando vobis fecimus de celariis eorum claudendis et vinis sius in manum nostram capiendis, si vina sua venderent contra assisam, graves valde eis estis et molesti, celaria eorum firmando et prohibendo ne de vinis suis tabernam teneant contra assisam. Quia vero tantus est ad presens in terra nostra defectus vinorium quod non visa fuit multo tempore tanta raritas nec etiam caritudo eorundem, nec predicti vinitores sine gravi dispendio et jactura manifesta possent assisam observare in vinorum suorum venditione, vobis precipimus quod usque ad Pascha, anno regni nostri xx. permittatis ipsos sine impedimento et occasione vina sua vendere ad commodum suum, ita quod inde non sint perdentes. Teste rege apud Rading', viij. die Januarii.

Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Wilt' quod appellum, quod Robertus Waspail facit coram eis versus Rogerum Waspail, ponant in respectum usque a die Sancti Hillarii, anno etc. xx. Teste rege apud Rading', viij. die Januarii.

1236.

m. 20*d*.] *Norhamt'*.—Isabella, uxor Radulfi de Sancto Sampsone, attornavit ipsum Radulfum et Willelmum de Sancto Sampsone loco suo ad lucrandum vel perdendum contra Walterum de Deneford', de tercia parte pannagii bosci de Suthburg'.

Quia rex vult prospicere securitati Judeorum in festo apud Lond' celebrando in octabis Sancti Hillarii etc. mandatum est constabulario Turris Lond' quod Judeos, qui ad Turrim predictam tunc ibidem cum catallis suis ad se assecurandos venerint, recipiat et admittat.

[m. 19*d*.] *Insula de Geres'*.—Rex ballivo suo de Geres' salutem. Monstravit nobis Stephanus le Mercer quod cum posuisset se super veredictum xxiiij. proborum et legalium hominum trium vicinarum villatarum ad purgandum se de crimine latrocinii sibi imposito per quandam juratam electam tempore quo Philippus de Albiniaco habuit custodiam insularum nostrarum ad inquirendum qui fideles essent vel infideles, idem Stephanus purgavit se per veredictum predictorum xxiiij. de crimine predicto. Et ideo* tibi precipimus quod si ita est tunc de terra sua, quam in manum nostram cepisti occasione predicti criminis sibi impositi, ei plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Sutton', xiiij. die Januarii.

Eodem modo scribitur eidem pro Willelmo le Rey et Roberto de Monte, Johanna filia Willelmi Rykeys.

Postea facte fuerunt patentes.

Rex eidem salutem. Monstravit nobis Alicia, uxor Petri de Orivall' quod cum tempore quo Philippus de Albiniaco habuit custodiam insularum nostrarum, electa esset quedam jurata in ballia tua ad inquirendum per ejus veredictum qui essent fideles et qui infideles, et quesitum fuisset per juratam illam de fama et conversatione predicte Alicie, eadem jurata credebat ipsam potius infidelem esse quam infidelem (*sic*) unde ipsa Alicia occasione veredicti illius jurate ac metu mortis ad ecclesiam fugit. Quia vero eadem Alicia optulit ponere se super veredictum xxiiij. proborum et legalium hominum trium vicinarum villatarum, et supplicabat nobis per Radulfum filium suum id ei concedi, nos eidem Alicie fugam, quam fecit occasione predicta, perdonavimus, tibi precipientes quod secundum consuetudinem insule predicte juratam xxiiij. proborum et legalium hominum, sicut predictum est, ei inde habere facias. Et [si] constiterit tibi per veredictum eorum ipsam potius fidelem esse quam infidelem, et quod predictum crimen falso et odio sibi fuerit impositum per predictam juratam, ut dicit, tunc firmam pacem e[i] inde habere facias. Et terra sua, quam occasione [illa] in manum nostram cepisti, ei plenam seisinam habere permittatis. Teste ut supra.

Kancia.—Prior ecclesie Sancte Trinitatis Cantuarie attornavit Thomam de Sancto Walerico, monachum suum, et Willelmum de Loshe ad lucrandum vel perdendum in loquela, que est coram

* In MS. 'ideo ideo.'

1236.

[m. 19*d*.] justiciariis de Banco regis inter ipsum regem et eundem priorem de quibusdam consuetudinibus ville de Sandwiz. Teste rege apud Cantuariam, xv. die Januarii.

Pro priore Sancte Trinitatis.—Loquela predicta posita est in respectum usque in unum mensem a die Pasche, anno etc. xx. in unum mensem. Teste ut supra. [*Cancelled*] Quia aliter inferius.

Mandatum est justiciariis regis de Banco quod loquelam, que est coram eis per breve regis inter ipsum regem querentem et predictum priorem deforciantem, de quibusdam consuetudinibus ville de Sandwico, ponant in respectum usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xx.

Kancia.—Ricardus de Nerford et Hubertus frater ejus attornaverunt Willelmum de Wadesell' ad lucrandum etc. in loquela que est in curia Dovor' inter Cristianam, que fuit uxor Luce de Dovor' petentem et predictos Ricardum et Hubertum tenentes, de dimidia marcata redditus cum pertinentiis in Dovor'.

Suff'.—Prior Elyensis attornavit Philippum de Rames' et Henricum filium Ricardi versus Willelmum de Monte Canesio et Henricum de Rumely et Emmam uxorem, Robertum Ledet et Emmam uxorem ejus, Galfridum de Brumford' et Amyam uxorem ejus petentes, de una acra terre cum pertinentiis in Stokes.

Rex ballivis portus Dovor' et baronibus ejusdem portus salutem. Precipimus vobis quod per sacramentum proborum et legalium hominum ville nostre diligenter inquiratis utrum predecessores Baldewini, comitis de Gysn', consueverunt esse quieti in portu vestro de pacagio et passagio. Et ei quieti esse consueverunt, tunc prefatum Baldewinum comitem quietum inde esse permittatis. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Januarii.

Rex justiciariis suis itinerantibus in comitatu Wilt' salutem. Mandamus vobis quod loquele, quam Laurencia que fuit uxor Reginaldi de Pontibus, habet coram vobis, quantum secundum justiciam poteritis, intendatis diligenter. Et ponatis in respectum usque in viij. dies vel xv. si itineratio vestra tantum duret. Et scire faciatis predicte Laurencie in quo statu predicta loquela est coram vobis. Teste ut supra.

Bedeford'.—Radulfus Pyrot attornavit Robertum Sporn' ad lucrandum vel perdendum versus Thomam filium Bernardi et Alinam uxorem ejus tenentes, de duabus partibus unius carucate terre cum pertinentiis in Deeston' (*sic*), Dudenho (*sic*), Magna Caldecot' et Parva Caldecot' et versus Julianam, que fuit uxor Roberti Burnard' tenentem de tercia parte unius carucate terre cum pertinentiis in eisdem villis.

1236.
[m. 19d.] *Linc'*.—Clementia comitissa Cestr' attornavit Walterum de Bereford' et Robertum de Campeden' ad lucrandum etc. in loquela etc. inter abbatem de Burgo et predictam Clementiam, de rationabilibus divisis faciendis inter terram ipsius abbatis in Walecot' et terram predicte Clemencie in Hauteburg'.

Salopia.—Prior de Wenlac' attornavit Alanum de Lungevill' versus Ricardum, clericum, de consuetudinibus et serviciis.

Linc'.—Cristiana, uxor Gerardi de Furnevall' attornavit Ricardum de Seinliz versus Andream filium Thome petentem, de una bovata terre cum pertinentiis in Sutton'.

Walterus de Godarvill' attornavit Henricum de Chipeham' versus Thomam de Hinton' petentem, de una virgata terre cum pertinentiis in Pitricheshaın'. Teste rege apud Merton', xxvj. die Januarii.

Huntind'.—Radulfus de Bray attornavit Johannem Chokere versus Radulfum de Wygornia petentem, de duabus carucatis terre cum pertinentiis, exceptis xx. acris et dimidia virgata terre in Offord'.

Essex'.—Willelmus de Butullyes attornavit Willelmum filium Roberti versus Robertum de Mora petentem, de septem acris terre cum pertinentiis in Parva Reymes. Teste rege apud Merton', xxij. die Januarii.

Norf'.—Henricus de Reueshal' attornavit Ricardum de la Hyrne contra Willelmum le Claver de custodia terre et heredis Alicie filie Willelmi de Reueshal'.

Norhamt'.—Hugo Wac attornavit Radulfum de Halecot' contra Robertum de Sutton' de debito lx. solidorum.

Norf'.—Simon de Norwico attornavit Radulfum le Cunte contra Rogerum filium Willelmi de consuetudinibus et serviciis.

Oxonia.—Johanna uxor Willelmi de Stanes attornavit Adam de Clovill' et Gilbertum de Leketon' versus Willelmum Avenel petentem, de duabus carucatis terre cum pertinentiis in Wivelecot'.

Hertford'.—Gerardus de Furnevall' attornavit Willelmum Dod contra Willelmum de Maundevill, de xx. acris terre in Caldecot.'

Cristiana uxor ipsius Gerardi attornavit Robertum filium Constancie contra ipsum Willelmum de eadem terra.

Norhamt'.—Mandatum est vicecomiti Northant' quod assisam nove disseisine, quam priorissa de Ethon' aramiavit coram justiciariis itinerantibus versus comitem Cestr' et Hunt' et W. de Cantilupo juniorem, venire faciat coram W. de Raleigh' ad diem et locum quos ei scire faciet.

Ricardus de Heltham utlagatus pro morte Alexandri de Madingh'. [*Marginal note.*]

1236.
[m. 18*d*.] *Wallia.*—R. Herefordensis episcopus, decanus Herefordensis, Walterus de Clifford' et Walterus de Bello Campo constituti sunt dictatores transgressionis facte, ut dicitur, a G. Marescallo, comite Penbr', versus Lewelin' et Morgan' de Karlyun, et debent convenire secunda die dominica quadragesime inter Hayam Talliatam et Bohelt sive inter castrum de Carlyun et Montanam.

Surr.—Martha de Guldeford' attornavit Johannem de Gamag' versus Robertum Herman tenentem, de medietate unius mesuagii cum pertinentiis in Guldeford'.

Sussex.'—Gilbertus de Molendin' et Agnes uxor ejus attornaverunt Thomam filium Gilberti versus Willelmum de Howik' tenentem, de tribus virgatis terre cum pertinentiis in Reggewik'.

Alicia de Mikeham attornavit Ricardum de Clippesfaud' versus Willelmum de Howik tenentem, de tribus virgatis terre cum pertinentiis in Reggewik'.

Breve de nova constitutione.—Rex vicecomiti, salutem. Monstravit nobis A. quod, cum ipse in curia nostra coram justiciariis nostris apud Wilt' recuperasset seisinam de una acra terre cum pertinentiis in tali villa versus B. per recognitionem nove disseisine vel mortis antecessoris inde ibi inter eos captam, idem B. eundem A. de eadem terra postea iterum injuste disseisivit. Et ideo tibi precipimus quod, assumptis tecum custodibus placitorum corone nostre et duodecim tam militibus quam aliis liberis, legalibus et discretis hominibus, tam de illis qui in prima jurata fuerint quam aliis, in propria persona tua accedas ad terram illam et per eorum sacramentum diligentem inde facias inquisitionem, et si ipsum iterum per predictum B. injuste disseisitum inveneris, tunc eundem B. capias et in prisona nostra salvo custodias, donec aliud inde tibi preceperimus. Et predicto seisinam suam rehabere facias. Teste ut supra.

Nova constitutio.—Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Scias quod die Mercurii in crastino Sancti Vincentii in curia nostra et coram nobis et coram venerabili patre E. Cantuariensi archiepiscopo, et coepiscopis suis et coram majori parte comitum et baronum nostrorum Anglie pro communi utilitate totius regni nostri provisum fuit tam a predictis archiepiscopo, episcopis, comitibus et baronibus quam a nobis concessum, quod decetero omnes vidue que post mortem virorum suorum expellantur de dotibus suis vel dotes suas et quarentenam suam habere non possent sine placito, et que postea per placitum dotes suas recuperaverint de tenementis de quibus viri eorum obierunt seisiti, recuperent simul cum dotibus suis de illis qui de injusto deforciamento convicti fuerint dampna sua, scilicet valorem totius dotis illas contingentis a tempore mortis virorum suorum usque ad diem quo ipse vidue per judicium curie nostre seisinam suam recuperaverint et ipsi deforciantes nichilominus sint in misericordia nostra, sicut prius solent. Item quod omnes hujusmodi vidue decetero possint legare blada sua in terra tam de dotibus suis quam de aliis liberis terris

1236.
[m. 18d.]

et tenementis suis, salvis servitiis dominorum que debentur de dotibus. Item si quis fuerit disseisitus de libero tenemento suo et coram justiciariis itinerantibus seisinam recuperaverit per assisam nove disseisine vel per cognicionem eorum qui disseisinam fecerint, vel quocunque alio modo per judicium curie nostre, et ipse disseisitus per vicecomitem seisinam suam habuerit, si iidem disseisitores postea post iter justiciariorum vel infra iterum eundem conquerentem disseisiverint et inde convicti fuerint, statim capiantur et in prisona nostra detineantur quousque per nos pro redemptione vel alio modo deliberentur. Nos autem mandabimus tibi formam per alias litteras nostras qualiter hujusmodi disseisitores convinci debeant, cum hujusmodi loquele ad curiam nostram venerint, nec poteris tu hujusmodi loquelas tenere sine speciali mandato nostro. Eodem modo fiat de illis, qui seisinas suas recuperaverint per assisam mortis antecessoris et similiter omnibus aliis, qui terras et tenementa quocunque modo in curia nostra per juratam recuperaverint vel quocunque alio modo per judicium curie nostre, si postea inde disseisiti fuerint a prioribus deforciatoribus versus quos recuperaverint. Item, quia multi magnates de regno nostro, qui feoffaverunt milites et libere tenentes suos de parvis tenementis in magnis maneriis suis, questi fuerunt quod commodum suum facere non poterunt de residuo maneriorum suorum, sicut de vastis, boscis et pasturis, desicut ipsi feoffati sufficientem possent habere pasturam, quatenus pertineret ad tenementa sua; ita provisum est et a nobis concessum quod cum hujusmodi a quibus feoffati assisam nove disseisine deferant de communa pasture, si coram justiciariis cognoverint quod sufficientem pasturam habeant, quantum pertinet ad tenementa sua, et habeant ingressum et egressum de tenementis suis usque ad pasturam illam, tunc inde sint contenti, et illi de quibus questi fuerint quieti recedant de hoc quod commodum suum de terris vel vastis vel pasturis fecerint; si autem dixerint quod sufficientem pasturam habuerint vel sufficientem ingressum et egressum quantum pertinet ad tenementa sua; tunc inde inquiratur veritas per assisam, et si per assisam recognitum fuerit quod per eosdem in aliquo fuerit impeditus ingressus et egressus vel quod non habeant sufficientem pasturam, sicut predictum est, tunc recuperent seisinam suam per visum juratorum, ita quod per discretionem et sacramentum ipsorum habeant conquerentes sufficientem pasturam et ingressum et egressum sufficientem in forma predicta, et disseisitores in misericordia et dampna reddant sicut prius reddi solent ante provisionem istam. Si autem recognitum fuerit per assisam quod conquerentes habeant sufficientem pasturam cum libero ingressu et egressu, sicut predictum est, tunc licite faciant alii commodum suum de residuo et de assisa illa recedant quieti. Ita provisum est et a nobis concessum quod decetero non currant usure contra aliquem infra etatem existentem a tempore mortis antecessoris, cujus heres ipse fuerit, usque ad legitimam etatem suam; ita tamen quod propter hoc non remaneat solucio debiti principalis cum usuris ante mortem antecessoris sui. Et ideo tibi precipimus quod omnia predicta in pleno comitatu tuo legi facias et decetero firmiter teneri; ne quis de comitatu tuo pro

1236.
[m. 18d.] defectu tui in predictis casibus se possit per ignoranciam excusare. Teste rege apud Guldef', xxx. die Januarii.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus per totam Angliam et eciam justiciariis itinerantibus in comitatibus Suht' et Wilt'. Teste ut supra.

Dors'.—Ricardus de Syfrewast attornavit Robertum filium Reginaldi versus abbatem de Binedon' tenentem, de una carucata terre cum pertinentiis in Winterburn'. Teste rege apud Wintoniam, iij. die Februarii.

De quodam brevi in forma indebita concepto, ut dicitur.—Mandatum est justiciariis regis itinerantibus in comitatu Wilt' quod breve originale de loquela que est coram eis inter Adam le Ireys petentem et Richardum filium Aucheri tenentem, de x. virgatis terre cum pertinentiis in Cnuke, quod breve non est in debita forma conceptum ut dicitur, regi mittant, dictam loquelam tenentes in suspenso donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

1235.
Raleg'.—Rex Willelmo Marmium, salutem. Ostendit nobis Galfridus de Lucy quod occasione seisine, quam tibi fieri precepimus de terris que aliquando fuerunt in manu Wintoniensis episcopi in Thorenton,' et de quibus nobis dedisti intelligi quod disseisitus fuisti per voluntatem nostram, disseisivisti ipsum Galfridum et Nicholaam uxorem ejus de terris quas ipsi tenuerunt nomine dotis ipsius Nicholae in eadem villa. Et quia non debet aliquis injuste disseisiri de libero tenemento suo, set si aliquis crediderit se jus habere sibi perquirere debet per legem terre, tibi precipimus quod eisdem Galfrido et Nicholae seisinam suam sine dilatione rehabere facias, ne oporteat eos conqueri propter quod ad hoc manum opponere debeamus. Et si credideris te jus habere in terra illa per legem terre, tibi inde perquiras. Et si seisinam eorum eis rehabere non feceris secundum quod tibi precipimus, mandavimus vicecomiti nostro Linc' quod illam eis sine dilatione rehabere faciat. Teste rege apud Wintoniam, iij. die Decembris.

1236.
Rex venerabili patri in Christo —— eadem gratia archiepiscopo Auxitano salutem. Ut de communicatis vobis gaudiis et honoribus regiis gaudium paternitati vestre accrescat et exultatio, notum fieri volumus dilectioni vestre quod die Lune in crastino octabarum Epiphanie Domini desponsavimus apud Cantuariam Alienoram filiam comitis (*sic*) sororem regine Francie, quam die Dominica sequenti una nobiscum apud Westmonasterium sollempniter coronari fecimus; et ut hoc sit ad exaltationem et salutem nostram et regni nostri et omnium subditorum nostrorum communem utilitatem, divinam clementiam interpellare velitis pro eodem optinendo preces per provinciam vestrum generaliter fieri statuentes. Ceterum cum capte et assecurate sint treuge inter regem Francie et nos usque in quinque annos a festo Assumptionis beate Marie proximo preterito, quas quidem in presentia nuntiorum ipsius regis ad nos in Angliam propter hoc destinatorum nuper in animam nostram jurari fecimus, dilectionem vestram rogamus attentius quatinus treugas memoratas firmiter teneatis et a subditis vestris teneri faciatis. Teste rege apud Wintoniam, vij. die Februarii.

1236.

[m. 18*d*.] Eodem modo Lescar' episcopo, Lincor' episcopo, archiepiscopo Burdegalensi, Baionensi' episcopo, Vasatensi episcopo, episcopo de Cumenges et abbati de la Selve, Aquensi episcopo.

Wasconia. De treugis tenendis.—Rex dilecto consanguineo et fideli suo B. de Mastak', comiti Bygor', salutem. Ut de communicatis vobis gaudiis et honoribus regiis vobis accrescat gaudium et exultatio, dilectioni vestre significamus quod in uxorem duximus Alyenoram filiam comitis Provincie, sororem regine Francie, certam in Domino spem ponentes quod id cedat ad regiam exaltationem et communem subditorum nostrorum utilitatem. Ceterum cum capte et securate sint treuge inter regem Francie et nos usque in quinque annos a festo Assumpcionis beate Marie proximo preterito, quas quidem in presentia nuntiorum ipsius regis ad nos in Angliam propter hoc destinatorum nuper in animam nostram jurari fecimus; vobis mandamus firmiter injungentes quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, dictas treugas firmiter teneatis et a subditis vestis firmiter teneri faciatis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Seneburno de Lespair', Alexandro de Caumunt', Ernaldo de Blakeford', Emeryco de Lenebret, Reimundo Garsie de Naval', Elye Ridel', vicecomiti de Frunzac.

[m. 17*d*.] *Suhampt'.*—Mandatum est vicecomiti Suht' quod, assumptis secum xij. de legalioribus militibus de comitatu suo, accedat usque Froyle et la Welle et per sacramentum illorum fieri faciat perambulationem inter terram abbatisse Sancte Marie Wintonie in Froyl' et terram Hugonis de Wingeham in la Welle, ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divisas, quia tam predicta abbatissa quam predictus Hugo posuerunt se coram rege in perambulationem illam. Et predictam perambulationem distincte et aperte factam in scriptum redactam sub sigillo tuo et per quatuor legales milites ex hiis, qui perambulationi illi interfuerunt, habeat coram justiciariis regis ad primam assisam cum in partes illas venerint, per quas metas et divisas predicta perambulatio facta fuerit. Et habeat ibi nomina illorum xij. et hoc breve. Teste rege apud Wintoniam, viij. die Februarii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Eboraci quod fieri faciat perambulationem inter terram Johannis de Lascy, comitis Linc', in Sneth' et terras Thome de Poulinton', Ade filii Radulfi, Luce filii Alexandri, Willelmi filii Reginaldi, Ricardi et Ade molendinar' in Poulinton'.

Rex justiciariis suis itinerantibus apud Wilton', salutem. Quia Willelmus de la Hulle et Dionisius filius Thome, capti et in prisona nostra apud Sarrisburiam detenti pro morte Roberti filii Thome, quem rota cujusdam carecte transeuntis quam dicti Willelmus et Dionisius duxerunt oppressit ad mortem per infortunium, non sunt de morte illa culpabiles, sicut accepimus per litteras vestras; vobis mandamus quod ipsos Willelmum et Dionisium a prisona nostra deliberari et de morte predicta quietos esse faciatis. Teste ut supra.

Rex justiciariis suis itinerantibus in comitatu Wiltes', salutem. Mandamus vobis quod non obstante eo quod Baldewinus de Veer

1236.
[m. 17*d*.] vocat nos ad warantum de duabus carucatis terre et quadraginta solidatis redditus cum pertinentiis in Fitelton', quas Marsilius de Trowell' et Beatricia uxor ejus clamant versus predictum Baldewinum per breve nostrum de morte antecessoris, assisam inde aramiatam capiatis. Judicium autem pronuntiare differatis usque ad aliquem certum diem post Pascha, anno regni nostri xx. partibus terminum prefigentes quod ad diem quem statueritis post Pascha sint coram nobis, ut predictus Baldewinus tunc proferat coram nobis cartam nostram, si quam habuerit a nobis, de terra et redditu predicto, vel aliud inde nobis warantum ostendat. Teste ut supra.

Suhampt', de Judeo suspenso.—Mandatum est vicecomiti Sudhampt' quod permittat Judeos Wintonie sepelire Abraham Pinch', Judeum illum qui nuper tractus et suspensus fuit apud Wintoniam de licentia regis, ita tamen quod alibi non sepeliatur quam subtus furcas in quibus suspensus fuit. Teste rege apud Assel', x. die Februarii.

Rex vicecomiti Suht', salutem. Quia dilectus serviens noster Adam Salsarius nobis ostendit quod non misisti eum in seisinam omnium eorum que pertinent ad domum illam, que fuit Abrae Pinch', Judei Wintonie, nuper tracti et suspensi apud Wintoniam, et quam dedimus predicto Ade in villa Wintonie; tibi precipimus quod de omnibus pertinentiis ejusdem domus tam in redditibus quam in aliis in villa Wintonie, excepta scola, de qua dubitatur adhuc, eidem Ade plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Clarendon', xiiij. die Februarii.

Hibernia.—Mandatum est Roberto de Lexint' et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Wilt', salutem. Mandamus vobis quatinus mittatis nobis recordum et scire nobis faciatis occasionem quare amerciaverint coram eis (vobis *erased*) in itinere suo (vestro *erased*) Simonem de Monte Forti.

Rex domino Wigorniensi episcopo, salutem. Ex quo minus honestum vobis videbatur appropriare monachis vestris Wigornie ecclesiam de Bremegrave in forma quam intendebamus, videlicet ut augeretur numerus eorum, discretioni vestre relinquerimus (*sic*) ut, secundum quod videritis honestius, id fieri posse et anime bone memorie domini J. regis, patris nostri, cui super hoc subveniri cupimus, magis expediri, de appropriatione predicta disponatis secundum tenorem carte nostre; ita tamen quod vicaria mediocris sit et modum non-excedat, et quod provisionem vestram in hac parte per litteras vestras nobis plenius certificetis antequam ipsam promulgetis vel statuatis. Teste rege apud Wudest,' xxiiij. die Februarii.

Milesant' uxor Fretherici de Dicheford' attornavit Frethericum virum suum et Hugonem Pilet versus Adam Sturmy deforciantem, de consuetudinibus et serviciis que exiguntur a predicto Ada de libero tenemento suo in Brokeberwe.

Memorandum quod dominus rex concessit Galfrido Esturmy quod ad debita in quibus tenetur Benedicto Crespin solvenda rationabiles terminos habere faciat. Teste rege apud Wudest', xxvij. die Februarii.

1236.
[m. 16d.]

Oxonia.—Abbas de Eynesham attornavit Reginaldum Godebaud' et Gervasium de Vadis versus Aliciam Clement petentem, de dimidia hida terre cum pertinentiis in Horniton'. Teste rege apud Wudest', xxvij. die Februarii.

Alexander Blundus attornavit Johannem Lescot versus Thomam de Coningesholm' petentem, de tribus acris terre cum pertinentiis in Theletorp'.

Rex etc. Willelmo Talebot, salutem. Significavit nobis dilecta consanguinea nostra Alienora, commorans in castro nostro Glouc', per fratrem Ricardum de Becco quod licet aliquando erga uxorem vestram mota fuisset sive juste sive injuste, propter illud sacrum tempus nunc instans, cum eadem uxore vestra vellet reconciliari, et hoc non mediocriter affectaret. Et ideo vobis mandamus quod, non obstante aliquo mandato nostro quod vobis fecimus de ea vel aliis a consanguinea nostra predicta amovenda, eandem ad prefatam consanguineam nostram revenire faciatis, habituram cum ea colloquium et cum ea moraturam, quamdiu eidem consanguinee nostre placuerit. Teste me ipso apud Wud', xxviij. die Februarii.

Glouc'.—Abbas de Eynesham attornavit Willelmum de Warneburn' et Thomam de Eynesham versus Matillidem filiam Thome de consuetudinibus et serviciis que exiguntur ab ea de libero tenemento quod de eo tenet in Wigewald'.

Johanna uxor Ricardi Attenestan attornavit predictum Ricardum, virum suum, versus Willelmum de Burgo de consuetudinibus et serviciis que predicti Ricardus et Johanna exigunt ab eo de libero tenemento etc. in Sausinton'.

Buk'.—Maria de Salceto, uxor Simonis de Trop, attornavit Rogerum Gulafre loco suo ad lucrandum vel perdendum versus Robertum filium Hugonis in loquela que est coram rege inter predictum Hugonem et predictos Simonem et Mariam et participes suos de terra in Ykel'.

Robertus filius Nigelli et Alicia uxor ejus et Agnes de Draiton' venerunt coram rege die Mercurii proxima ante mediam Quadragesimam, anno etc. xx. et petierunt terram suam de Drayton sibi replegiari, que capta fuit in manum regis pro defalta quam fecerunt coram justiciariis de banco versus Elenam que fuit uxor Willelmi de Bessevill'. Et hoc significatum est predictis justiciariis. Teste rege apud Norht,' v. die Marcii.

Wallia.—R. Herefordensis episcopus, decanus Herefordensis Walterus de Clifford' et Walterus de Bello Campo iterum constituti sunt dictatores emendarum faciendarum et recipiendarum de interceptionibus factis, ut dicitur, L. principi de Abberf' etc. et Margan' de Carliun quoad castrum de Carliun, et eisdem dictatoribus associati sunt prior de Wenloc et Johannes Extraneus; et debent convenire in crastino Clause Pasche apud vadum de Muntgumery ad exequendum quod priori die ad hoc constituto debuisse[nt] fuisse executi. Teste rege apud Norhampt', vj. die Marcii.

1236.
[m. 16*d*.]

Postea per litteras predictas domini regis adhibitus est eis socius Johannes, abbas de Gratia Dei, ut dictis die et loco una cum eis intersit dictationi predictarum emendarum. Et mandatum est eis quod ipsum socium ad hoc admittant. Teste rege apud Walth', xxvj. die Marcii.

Et hoc significatum est Lewelin,' et mandatum est ei quod ipsum ad hoc admitti faciant. Idem mandatum est comiti Marescallo. Teste ut supra.

Oxonia.—Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Quia coram nobis testificatum est quod Amauricus de Suleham dat, vendit et alienat terras et tenementa sua et quod non est ita compos mentis sue quare collationes, venditiones vel alienationes sue stare vel valere debeant, tibi precipimus quod per totam balliam tuam clamari et ex parte nostra firmiter prohiberi facias, ne quis (Judeus vel Christianus *erased*) decetero de terra sua emat vel de dono vel ad terminum capiat ad exheredationem heredum suorum; quin si quis contra hanc prohibitionem nostram hoc facere presumeret, ad ipsum tamquam ad contemptorem mandati nostri nos caperemus. Teste rege apud Hegham, viij. die Marcii.

Hunt'.—Walterus de Deneford' et Sarra uxor attornaverunt Thomam de Deneford' versus Ivonem le Moyne et Willelmum de Cuweye et Feliciam uxorem ejus tenentes, de tercia parte duarum carucatarum terre cum pertinentiis in Graffham et Hemingeford'. Teste rege apud Hegham, viij. die Marcii.

Norht'.—Matillis uxor Willelmi Hay attornavit ipsum Willelmum virum suum versus Robertum filium Johannis tenentem, de uno mesuagio et duabus acris terre et una roda prati cum pertinentiis in Trapston'. Teste ut supra.

Oxonia.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod in presentia coronatorum regis Oxonie et illorum similiter de villa Oxonie, qui nuper fuerunt cum Johanne Gubaud et Magistro Symone de Steyland' ad inquirendum de vulneratis nuper apud Oxoniam, deliberari faciat a prisona regis et per plevinam dimitti omnes illos qui capti sunt et detenti sunt in eadem prisona pro vulneratis predictis, et omnes illos similiter qui nondum capti sunt et se ponere voluerint in prisonam regis statim postquam in eam se posuerint; nisi aliquis predictorum rettatus fuerit de tali vulnere de quo periculum evidens timeatur. Et si talis inveniatur, salvo custodiatur in eadem prisona, donec sciatur quid de taliter vulneratis eveniat. Teste rege apud Sanctum Neothum, ix. die Marcii.

Et hoc significat dominus rex Cancellario et toti universitati Oxonie, volens eos inde premuniri et rogans quatinus, si juris ordinem observat in hac parte, id patienter sine molestia sustineant, scituri quod postquam rex cum venerabilibus patribus E. Cantuarensi archiepiscopo, et R. Cicestrensi episcopo, cancellario regis, et aliis fidelibus regis inde colloquium habuerit, tranquillitati et paci eorum

1236.
[m. 16*d*.] ita providebit quod sufficienter erit eis satisfactum. Interim quidem rogat rex venerabilem patrem R. Lincolniensem episcopum, quod, quantum in ipso est, tranquillitati eorum intendat. Teste ut supra.

De justiciariis assignandis ad placita foreste.—Rex vicecomiti Essex', salutem. Summone per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et libere tenentes qui terras vel tenementa habent infra metas foreste nostre in baillia tua, quod sint coram dilectis et fidelibus nostris Johanne de Nevill', capitali justiciario foreste, Vitali Engaine et Elya Britone, clerico nostro, apud Chelemeresford' a die Pasche in xv. dies ad placita foreste nostre, sicut solent et debent venire. Summone etiam de qualibet villa comitatus tui infra metas foreste nostre existente quatuor homines cum preposito et forestariis villarum quod tunc sint ibi. Summone etiam omnes forestarios nostros et viridarios, tam illos qui modo sunt quam et illos qui fuerunt forestarii et viridarii post ultima placita foreste, quod ibi habeant omnia attachiamenta sua tam de viridi quam de venatione, videlicet, tam de illis attachiatis qui manent infra metas, quam de illis attachiatis qui manent extra forestam, post ultima placita foreste emersa et que nondum terminata sunt. Summone etiam omnes regardatores de ballia tua quod ibi habeant omnia regarda sua sigillis suis sigillata, et agistatores, quod ibi sint cum agistamentis suis. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste rege apud Bernewell', xiiij. die Marcii.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Norht', Buking' et Huntind' quod ad diem et locum quos ei scire facient justiciarij predicti eandem summonitionem fieri faciant in comitatibus suis in forma predicta.

Rex Vitali Engayne, salutem. Sciatis quod assignavimus vos, una cum dilectis et fidelibus nostris Johanne de Nevill', justiciario nostro foreste, et Elya Britone, ad itinerandum in comitatu Essex' ad placita foreste et ipsis Johanni et Elye ad hoc socium adhibuimus. Et ideo vobis mandamus quod a die Pasche anno regni nostri xx. predictis sociis vestris apud Chelemereford' occurratis huic negotio nostro una cum eis talem diligentiam adhibituri quod grates inde speciales nobis scire debeamus. Teste ut supra.

Consimili modo associatus est predictis Johanni et Elye Ricardus de Muntfichet ad itinerandum ad placita foreste in comitatibus Buking', Huntind' et Norht' ad diem et locum quos predicti Johannes et Elyas eis scire facient, et quod tunc eis occurrat ad predictum negotium exequendum. Teste ut supra.

Rex dilectis et fidelibus suis Johanni de Nevill', justiciario suo foreste, et sociis suis assignatis ad placita foreste, salutem. Mittimus ad vos dilectum et fidelem nostrum Rogerum de Essex' ad itinerandum una vobiscum ad placita predicta. Et ideo vobis mandamus quod ipsum tamquam socium ad hoc vobis adhibitum ad consilia et omnia alia predictum iter contingentia recipiatis. In cujus etc. Teste rege apud Kenyt,' vj. die Aprilis.

1236.
[m. 15*d*.]

Francia. Ne quis extraneus de Francia magnas vel potens applicet sine licentia regis.—Rex constabulario suo Dovr', salutem. Audivimus quod comes Augi, qui est de potestate regis Francie, jam applicuit in ballia tua. Quia vero non decet nec expedit nobis quod talis magnas vel alius potens qui fuerit de potestate regis Francie applicet in terra nostra sine licentia nostra vel speciali mandato nostro, tibi precipimus quod decetero non permittas quod aliquis qui fuit de potestate ipsius regis applicet in ballia tua sine licentia nostra vel mandato nostro, et si aliquem talem in ballia sine licentia nostra vel mandato nostro (*sic*) et si aliquem talem in ballia tua decetero contigerit applicare, scire ei facias quod statim revertatur. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xij. die Marcii.

Et mandatum est E. Cantuariensi archiepiscopo quod scire faciat omnibus ballivis portuum suorum quod non permittant decetero aliquem magnatem qui fuerit de ipsius regis potestate applicare in ballia sua sine licentia regis vel mandato regis, et si aliquem talem in ballia sua applicare contigerit, ei scire faciat quod statim revertatur. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Suht', salutem. Quia nolumus quod aliquis magnas decetero qui sit de potestate regis Francie applicet in terra nostra absque licentia nostra vel speciali mandato nostro, tibi precipimus quod non permittas decetero aliquem magnatem qui sit de ipsius regis potestate applicare in ballia tua sine licentia nostra vel speciali mandato nostro, et si aliquem talem in ballia tua applicare contigerit, ei scire facias quod statim revertatur. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis Suht'.

Essex'.—Robertus Passelewe venit coram rege apud Westmonasterium die Mercurii proxima ante Pascha et petiit terram suam sibi replegiari, que capta est in manum regis propter defaltam quam idem Robertus fecit in comitatu Essex' versus Galfridum Truch', ut dicitur. Et hoc significatur vicecomiti Essex'. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Marcii.

Essex'.—Alicia uxor Reginaldi de Buzo attornavit Robertum de Sexston' et Ricardum de Kertlinges contra magistrum hospitalis Sancti Thome extra Byssopesgat', de xl. solidatis redditus cum pertinentiis in Magna Tyllebir'.

Cantebrigia.—Galfridus de Randesworth' attornavit Nicholaum de Randeworth' versus Rogerum de la Haye et Juettam uxorem ejus tenentes, de tercia parte unius hide terre cum pertinentiis in Fordham.

Kancia.—Cecilia uxor Willelmi de Langham attornavit eundem Willelmum virum suum versus Ceciliam que fuit uxor Roberti de Eynebroc, petentem, de tercia parte decem acrarum terre cum pertinentiis in Fukestan'.

Pro Johanne Gubaud'.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Scias quod loco Johannis Gobaud, quem constituimus unum marescallorum

1236.
[m. 15*d*.] hospicii nostri et quem prius assignaveramus ad auxilium generaliter nobis concessum, scilicet, de scuto duas marcas colligendum in Kestefne, una cum Roberto Coffin, substituimus Willelmum de Herlaneston' et eidem Roberto ad hoc socium adhibuimus. Et ideo tibi precipimus quod ipsum loco ipsius Johannis ad hoc recipi et ei una cum predicto socio suo de predicto auxilio responderi facias secundum formam aliarum litterarum nostrarum inde tibi directarum. Teste rege apud Bernewell', xxij. die Marcii.

Pro archiepiscopo Tholetano.—Rex Reymundo, vicecomiti de Frunzac, salutem. Ad vestram non dubitamus noticiam pervenisse qualiter Poncius de Mirebel venerabilem patrem archiepiscopum Toletanum ex parte regis Castelle consanguinei nostri ad regem Francie transmissum apud Mirebel arestavit, et ipsum et suos contra formam treugarum equitaturis et bonis suis spoliavit ibidem, unde graviter moti nec immerito misimus ad partes illas dilectos et fideles nostros Reginaldum de Ponte et H. de Trublevill', senescallum nostrum Wasconie, ad dictam transgressionem emendandam et prefato archiepiscopo super premissis satisfaciendum. Dedimus etiam in mandatis eidem Poncio quod secundum arbitrium predictorum fidelium nostrorum id sine dilatione curet emendare. Hinc est quod fidelitati vestre mandamus rogantes quatinus, si prefatus Poncius in hac parte preceptis nostris non adquieverit super predicta transgressione satisfaciendo, vos una cum ceteris fidelibus nostris partium nostrarum, quibus idem mandavimus, ipsum distringatis ad id faciendum ; ita tamen quod per districtionem illam treuge non rumpantur et quod ex eo specialiter possitis commendari. Teste rege apud Weston', xviij. die Marcii.

Eodem modo scribitur domino Auxitano, Roberto de Sabloil', Bernardo de Cusan', Senebrun' de Lespair', Ernaldo de Blanckeford', Amaneo de Lenebret.

Mandatum est eodem modo Burdegalensi archiepiscopo, Vasatensi, hoc adjecto quod ad hoc personaliter intersint.

Burdegala.—Domino suo quando ei placuerit, L. Dei gratia etc. H. eadem gratia rex Anglie etc. salutem. Datum est nobis intelligi ex parte Columb', civis nostri Burdegale, quod comes March' ipsum capi fecit infra treugas inter vos et nos initas et etiam infra conductum nostrum per litteras nostras patentes ei factum, et similiter infra conductum ipsius comitis quem ei fecit per litteras suas patentes et ipsum coegit ad redemptionem xx. millia solidorum Turonensium, unde regiam excellentiam vestram duximus requirendam quatinus hujusmodi transgressionem contra formam predictarum treugarum attemptatam, ut dicitur, si placet, faciatis emendari. Teste rege apud Kyngest', viij. Aprilis.

Essex'.—Robertus Passelewe attornavit Willelmum de Cumpton' ad lucrandum etc. versus Galfridum Schruch petentem, de viginti et quatuor acris terre cum pertinentiis in Godithestr'. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Marcii.

1236.

[m. 15d.] *Essex'*.—Simon filius Radulfi attornavit Rogerum de Wudeham versus Willelmun filium Algar et Reginaldum le Cral tenentes, de tribus acris terre cum pertinentiis in Allingebir'.

Willelmus filius Hugonis de Nugun' venit coram rege apud Westmonasterium die Jovis proxima ante Pascha et petiit terram suam de Geyton', Northlen et de Clenchewartun' sibi replegiari, que capta est in manum regis propter defaltam quam idem Willelmus fecit coram justiciariis de Banco versus Reginaldum de Geyton', Alexandrum filium Katerine, Agnetem filiam Alani, Gilbertum de Walsok' et Julianam uxorem ejus, Hugonem de Wiberton' et Modinam uxorem ejus. Et hoc significatum est justiciariis predictis. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Marcii.

Mandatum est R. filio Nicholai, senescallo domini regis, quod secure et in bona pace regis veniat ad regem cum eo locuturus. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Marcii.

Mandatum est vicecomiti Devon' quod, assumptis secum xij. de discretioribus militibus comitatus sui, in propria persona sua accedat ad terras Rogeri la Zuch' et Archebaldi le Flemeng' in Normuton' et Bray et per sacramentum eorundem fieri faciat perambulationem inter terram ipsius Rogeri in Normuton' et terram predicti Archebaldi in Bray; ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divisas et perambulationem illam distincte et aperte in scriptum redactam habeat coram justiciariis regis ad primam assisam etc. sub sigillo suo et per iiij. legales milites ex eis qui perambulationi illi interfuerint. Et habeat ibi nomina militum etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxxi. die Marcii.

[m. 14d.] Mandatum est vicecomitibus London' quod mercatoribus illis a quibus nuper viginti lesta allecis ad opus regis ad elemosinas suas faciendas emerunt sine dilatione satisfieri faciant de allece predicto, ne rex amplius inde querimoniam audiat. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. die Marcii.

Matheus de Coudray venit coram rege apud Westmonasterium die Lune in crastino Pasche, anno etc. xx. et petiit terram suam in Alkerint', quam Adam de Belescot' et Alicia de Belescot' clamant per breve regis versus predictum Matheum, sibi replegiari, et que capta est in manum regis per defaltam ipsius Mathei, ut dicitur. Et hoc significatum est justiciariis regis de Banco. Teste rege ut supra.

Oxonia.—Willelmus Avenel' attornavit Thomam de Rakinton' versus Willelmum de Stanes et Johannam, uxorem ejus, et Hugonem le Butiller tenentes, de duabus carucatis terre cum pertinentiis in Wyvelecot'. Teste ut supra.

Glouc'.—Rogerus de Erneford' attornavit etc. Adam de Cumberwurth' versus Ricardum de Pancefot tenentem, de duabus acris terre cum pertinentiis in Deret et in Cores. Teste ut supra.

1236.
[m. 14*d*.]

Buk'.—Gilbertus Basset attornavit Symonem de Stonhom versus David de la Broke in loquela que est coram rege.

Pro Henrico de Sancto Elario.—Rex dilectis et fidelibus suis Roberto de Lexint' et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Sumers', salutem. Sciatis quod constat nobis per inspectionem rotulorum de Cancellaria nostra quod Gunnora de Sancto Elario venit coram nobis apud Guldeford' quinto die Marcii anno regni nostri xiij. et in presentia nostra se sponte dimisit de tota terra sua quam tenuit in Corfton,' et ad ipsius instantiam cepimus inde homagium Henrici de Sancto Elario, filii sui, et seisinam inde eidem inde (*sic*) fieri fecimus. Et ideo vobis mandamus quod in loquela quam Galfridus de Dynant, filius Olivery de Dynant, movit coram vobis in curia nostra versus predictam Gunnoram de terra predicta, de cetero non procedatis quia terram illam non potest lucrari nec perdere. Teste rege apud Kenyton', j. die Aprilis.

Prior Sancte Trinitatis Cantuarie attornavit Rogerum de Aldham et Radulfum de Burgo versus Petrum Bigge petentem, de xxx. acris terre cum pertinentiis in Illeg'.

Rex. De Adam filio Willelmi residendo ad Scaccarium.—Mandatum est Ade filio Willelmi quod statim visis litteris etc. accedat usque Westmonasterium ad residendum ibi una cum sociis suis justiciariis regis de Banco, solitam diligentiam adhibiturus negociis regis ibidem, per quod rex ipsum debeat non inmerito habere specialius commendatum. Teste rege apud Windes', xij. die Aprilis.

De dubitationibus coram justiciariis de Banco etc.—Mandatum est Thome de Muleton' et sociis suis, justiciariis regis de Banco, quod omnia placita et loquelas, in quibus continget aliquam oriri dubitationem coram eis et de quibus judicium non fuerit manifestum, teneant in suspenso donec assensum regis inde requisierint. In omnibus etiam loquelis et placitis coram eis motis dies partibus constituant diffusos, preterquam in placitis de dote, unde nichil habet, et in assisis ultime presentationis. Teste ut supra.

De itinere justiciariis proviso.—H. rex etc. R. de Lexinton' salutem. Sciatis quod de consilio nostro providimus quod, terminatis coram vobis et sociis vestris placitis et querelis in comitatibus Sumers' et Dors', Berk' et Wilt', que in eisdem comititatibus in itinere vestro ibidem remanserunt terminanda, cum hiis quos vobis duximus associandos, itineretis in comitatibus War' et Leic', Bedef' et Buk', ita quod in crastino Sancte Trinitatis anno etc. xx. incipiatis apud Covintr' in comitatu Warewic'. Et ideo vobis mandamus quod vobis in hac parte provideatis, ita quod ad terminum predictum in predicto comitatu Warewic' commodius itinerare possitis, sicut predictum est. Teste ut supra.

1236.
[m. 14d]

Rex dilecto et fideli suo Willelmo de Eboraco, salutem. Sciatis quod de consilio nostro providimus quod, peracto itinere vestro in comitatu Kancie, itineretis in comitatibus Glouc', Wigornie, Heref', Staff' et Salopie, Noting' et Derb', ad omnia placita una cum aliis quos vobis ad hoc associabimus. Et ideo vobis mandamus quatinus de tempore infra quod creditis vos posse expedire que ad iter vestrum pertinent in predicto comitatu Kancie per litteras vestras nos certificare non omittatis, ut extunc secundum quod inde acceperimus, fieri faciamus summonitiones in comitatu Glouc', ubi volumus quod predictum iter vestrum incipiatur. Teste ut supra.

Pro clero Oxonie.—Rex diem assignatam inter clerum et probos homines Oxonie prorogavit usque diem Dominicam aute Ascensionem Domini. Teste rege apud Windes', xiiij, die Aprilis.

Rex dilecto et fideli suo Mauricio filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod electioni facte de licentia vestra, ut dicitur, de Thoma, decano Cloenensi, in episcopum Cloenensem, licet fieri non debuisset sine licentia a nobis ipsis inde prius petita et optenta, pro paupertate tamen ecclesie Cloenensis hac vice regium adhibuimus assensum et favorem, mandantes venerabili patri D. Armacano archiepiscopo ut ipse quod suum est exequatur in hac parte. Et ideo vobis mandamus, quam cito predictus archiepiscopus per litteras suas patentes vobis loco nostro significaverit quod ipse dictam electionem auctoritate metropolitana confirmaverit, vos de omnibus terris et tenementis ad dictum episcopum Cloenensem pertinentibus, de quibus El' quondam Cloenensis episcopus, predecessor ejus, seisitus fuit die quo dictum episcopatum resignavit, prefato electo plenam seisinam habere faciatis. Teste me ipso apud Windles', xviij. die Aprilis.

Oxonia.—J. magister hospitalis Sancti Johannis Oxonie attornavit Willelmum de Mora contra Robertum filium Rogeri de j. mesagio in Oxonia.

Dorset.'—Ricardus Sifrewast attornavit Robertum filium Reginaldi versus abbatem de Binedon' tenentem, de una carucata terre cum pertinentiis in Winterburn' Guah'bon.

Quia venerabilis pater H. Elyensis episcopus, erit coram rege apud Westmonasterium per preceptum regis die Lune proxima post festum Sancti Marci Ewangeliste, mandatum est Johanni de Nevill' et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste in comitatu Huntind', quod occasione communis summonitionis facte coram eis ad diem illum predictum episcopum in nullo occasionent vel gravent. Omnes etiam loquelas, que predictum episcopum vel ecclesiam suam Elyensem contingunt in itinere suo in comitatu predicto, ponant in respectum usque in octo dies a die Lune predicto. Teste rege apud Kenyt', xxiij. die Aprilis.

1236.
[m. 14d.]

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Gilbertus Marescallus, comes Penbr', salutem. Sciatis quod concessi et firmiter promisi domino meo H. illustri regi Anglie, filio regis Johannis, quod Willelmum de Mariscis, Johannem Cabus, Walterum Sancmelle, Philippum de Dynant, Thomam de Erdinton,' Henricum de Columbar', Willelmum filium Willelmi de Ponte Arch', Eustachium Cumyn, vel Reginaldum de Mariscis, utlagatos pro morte Henrici Clement, clerici et nuncii justiciarii Hybernie, non receptabo nec pro posse meo permittam receptari in terra mea Anglie, Wallie, Hibernie vel Scocie, et si in aliqua terrarum mea receptati fuerint, eos sine dilatione inde amovebo. Et quod Nicholao de Sancta Brigida terram suam in Wallia, de qua disseisitus fuit per ballivos meos et quam postea recuperavit per preceptum ipsius domini regis, sine dilatione et difficultate reddi faciam, et de dampnis que sustinuit per disseisinam illam post pacem factam inter ipsum dominum regem et me, ei plene satisfaciam, ita quod inde erit contentus, et similiter omnibus Anglicis et Walensibus, qui sunt disseisiti per me vel per ballivos meos occasione guerre mote inter ipsum dominum regem et Ricardum Marescallum fratrem meum qui fuerunt in servitio ipsius domini regis in predicta guerra, terras suas reddam et eis firmam pacem decetero habere faciam de me et omnibus meis. Et preterea filiam primogenitam filii Nicholai le Seculer, quam ceperam in custodiam eo quod dictus Nicholaus tenuit de me, reddidi ipsi domino regi, ita quod vicecomes Hereford', qui eam prius habuit in custodia per dominum regem, eam recipiet et salvo custodiet, donec eam rehabere possim per pacem vel per legem terre. Et preterea concessi pro me et fratribus meis et pro omnibus meis quod nullus de meis pro posse meo decetero itinerabit in terra ipsius domini regis armatus vel alio modo pro malo faciendo contra pacem ipsius domini regis nec pro pace sua turbanda, set pacem suam firmiter pro viribus meis conservabo; et si aliquis ex meis contra formam illam decetero itineraverit, postquam ad me hoc pervenerit, illum non receptabo set ipsum pro posse meo gravabo tamquam pacis perturbatorem et domini regis inimicum, nisi recto stare voluerit in curia domini regis. Et preterea castrum cum pertinentiis quod cepi super Morganum de Karleol' infra treugas captas inter ipsum dominum regem et L. principem de Abberfrau et dominum de Snaudon', eidem domino regi reddidi ad faciendum inde voluntatem suam. Et quod haec omnia firmiter, fideliter et sine malo ingenio pro posse meo conservabo tactis sacrosanctis juravi coram ipso domino rege et venerabilibus patribus E. Cantuariensi archiepiscopo, R. Cycestrensi, domini regis cancellario, et W. Karleolensi episcopis, Willelmo, electo Valentino, Ricardo, comite Pictavie et Cornubie, J. comite Linc' et constabulario Cestr', Simone de Monte Forti, H. de Burgo, comite Kancie, W. comite Albemarl', Willelmo de Raï', Willelmo, Lungesp', Henrico de Trublevill', Hugone de Vivon', Herberto filio Mathei, Johanne de Veteri Ponte, Petro de Malo Lacu, Godefrido de Craucumb' et aliis. Et ad majorem securitatem huic scripto sigillum meum apposui testibus predictis.

1236.
[m. 13d.] *Wasconia.*—Rex venerabili in Christo patri G. eadem gratia Burdegalensi archiepiscopo, Sancti Andree et Sancti Severini decanis et capitulis, abbati et conventui Sancte Crucis Burdegale et omnibus aliis quorum signa appensa fuerunt in litteris ei transmissis continentibus querelas de injuriis eis factis super herbergagiis et aliis eis factis, salutem. Cum nuper venissent ad nos magister Vitalis, archipresbiter de Inter Duo Maria, preceptor totius Militie Templi in Wasconia et preceptor de la Grave ejusdem ordinis, et Almauvinus de Alhan, hospitalarius, ex parte vestra pro negotio totius terre nostre Wasconie communiter destinati, tamquam viri discreti causam adventus sui super molestiis et gravaminibus, que vos et alii de terra nostra Wasconie dicitis vos diu sustinuisse super herberbagiis* et aliis oneribus indebitis, nobis diligentur exposuerunt, nosque auditis querelis et gravaminibus, quibus ex parte vestra nobis supplicarunt quod consilium et remedium apponeremus, ut Deo et sancte ecclesie et vobis et aliis de partibus nostris conquerentibus satisfaceremus, de consilio nostro optulimus predictis nuntiis vestris quod coram venerabili patre archiepiscopo Auxitano et dilectis et fidelibus nostris Elya Ridel seniore, Senebruno de Lesparr', Amaneo de Lebret et Elya Gumbaud de Corsnac per sacramentum viginti et quatuor discretorum et legalium hominum non suspectorum et per quos rei veritas melius sciri poterit diligentem fieri faceremus inquisitionem a quibus hominibus nostris et alienis in Wasconia herberbagia* capi consueverunt temporibus H. regis, avi nostri, et R. regis, avunculi nostri, et tempore domini J. regis, patris nostri, a senescallis suis qui pro tempore fuerunt nomine eorundem regum et quas injurias dilectus et fidelis noster H. de Trublevill', senescallus noster Wasconie, vel alius senescallus noster, vobis vel aliis fecit capiendo aliter herberbagia* predicta tempore nostro quam capi consueverunt et debuerunt temporibus regum predictorum, et quando et qualiter et a quibus capi debuerant et consueverant a regibus predictis et eorum ballivis, similiter et a ballivis nostris nomine nostro. Verum licet pro veritate inde inquirenda et pro justitia vobis et aliis conquerentibus exhibenda post inquisitionem inde factam id fieri decrevissemus, predicti nuntii nostri inquisitionem talem secum deferre et gratiam nostram eis oblatam omnino recusarunt, eo quod de tempore predicti patris nostri fieri voluimus inquisitionem, qualiter ipse et senescalli sui herberbagia* predicta habere et homines partium illarum in hoc tractare consueverunt. Cumque aliam inquisitionem de herberbagiis* predictis et aliis gravaminibus quam predictum est, eis facere noluissemus sicut nec debuimus, prout consilio nostro videbatur tempore predicti patris nostri pretermisso, infecto negotio recesserunt; ut igitur vos certificemus quantam gratiam predictis nuntiis nostris optulerimus, vobis duximus significandum, quod si vacui ad vos redierunt, nobis aut alicui de consilio nostro id non poteritis aliquatenus imputare, cum velimus et parati simus modis omnibus, salvo jure et honore nostro, vobis et aliis conquerentibus justiciam exhibendo providere et sanctam Dei

* Sic in MS.

1236.
[m. 13d.] ecclesiam, quantum in nobis est, in sua libertate conservare indempnem. Teste rege apud Kenynt', xxij. die Aprilis.

Eboracum.—Warinus de Munchanes' et Dionisia uxor ejus attornaverunt Ricardum de Brampton' et Willelmum de Haull' versus Petrum de Malo Lacu et Isabellam uxorem ejus, de divisis faciendis inter terram predictorum Warini et Dionisie et predictorum Petri et Isabelle in Brideshal.'

Norf'.—Thomas filius Thome et Ela uxor ejus attornaverunt Patricium filium Thome versus Robertum de Essel' tenentem, de duabus partibus feodi unius militis cum pertinentiis in Stradeset'.

Stephanus de Poketorp' attornavit Willelmum Surreis. [*Unfinished and cancelled.*]

Cantebrigia.—Walterus de Ely attornavit Robertum de Sancto Edmundo versus Ricardum Sharp' deforciantem de consuetudinibus et serviciis que predictus Willelmus exigit a predicto Ricardo de libero tenemento suo quod de eo tenet in Bodkesham.

Warewic'.—Robertus Hasteng attornavit Ricardum de Wulurinton' contra Willelmum de Herdwic' de consuetudinibus et serviciis que ab eo exiguntur de tenementis in Herdwic'.

Norht'.—Willelmus de Ferar' attornavit Johannem de London' et Robertum de Forho versus Ricardum filium Roberti, Johannem Pincernam, Robertum Molendinarium, Robertum Illing', Robertum Strod, Ricardum Wulfric et Robertum filium Anselmi de consuetudinibus et serviciis de tenemento in Pery.

Mandatum est Willelmo de Eboraco et sociis suis itinerantibus in comitatu Kancie quod assisam de morte antecessoris quam Petrus filius Roberti aramiavit versus Adam filium Willelmi de xx. parte feodi j. militis et xx. solidatis redditus cum pertinentiis in Oteringebir' capiant apud Grenewic' ad diem quem viderint expedire in recessu suo de itinere suo Kancie, et diem partibus prefigant.

Noting'.—Frater Robertus, magister Milicie Templi in Anglia, attornavit Willelmum Balishal' versus Henricum filium Stephani deforciantem de consuetudinibus et serviciis de tenemento in Stok'.

Alvredus de Suleny attornavit Symonem de Ranby versus Thomam Pincebec de consuetudinibus et serviciis que abbas de Burgo ab eo exigit de tenemento in Undel'.

Devon'.—W. Exoniensis episcopus et Robertus de Curtenay posuerunt se in perambulatione de terra ipsius episcopi in Chedel' et terra ipsius Roberti in Ken. Teste etc. apud Westmonasterium, iiij. die Maii.

Norhumbr'.—Johannes filius Roberti attornavit Absolon' de Neuburn' et Adam Gule versus priorem de Brinkeburn' petentem, de dimidia carucata terre cum pertinentiis in Robir'.

1236.
[m. 13d.]

De Johanne Blancboylly.—Rex vicecomiti Berk' salutem. Quia Johannes Blancboilly nondum satisfecit mercatoribus de Normannia et Pictavia de roberia quam eis fecit, sicut eidem Johanni precepimus, tibi precipimus quod tam corpus ejusdam Johannis quam omnia catalla sua, que habet in ballia sua (*sic*), sine dilatione arestari facias et salvo custodiri, donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Maii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Suhampt' et majori et ballivis Suht'.

Midd'.—Matillis de Cadres attornavit Johannem filium suum versus Robertum Freman tenentem, de viginti et quatuor acris terre cum pertinentiis in Hakeneye.

Eboracum.—Priorissa de Swyne attornavit fratrem Willelmum le Chanoyne et Robertum de Stanhern versus Ricardum de Rugh'ton' petentem, de uno molendino cum pertinentiis in Rugh'ton'.

Buk'.—Prior de Caudewell' attornavit Eudonen canonicum ejusdem domus versus Walterum de Bergeveny et Matillidem uxorem ejus et Ricardum filium Agnetis deforciantes, de consuetudinibus et serviciis que idem prior exigit etc. de tenemento in Edofsebergh'.

Suff'.—Matheus de Lovan' attornavit Alexandrum de Westbrom contra Robertum Kneu tenentem, de xl. acris terre et i. mesuagio cum pertinentiis in Ratlesden'.

Leic'.—Ricardus de Rutinton' attornavit Galfridum de Langedon' contra Willelmum de Surnya, Petrum de Charl', Rogerum, personam ecclesie de Swythlund', priorem Sancti Johannis Jerusalem, Walterum de Staunton' et Robertum filium Johannis, de xix. virgatis terre in Stanton'.

Eboracum.—Petrus de Malo Lacu attornavit Hugonem de Waddewurth' versus abbatem Sancte Marie Eboraci, priorem de Kirkeham, Warinum de Muntchanes' et Dionisiam uxorem ejus, de divisis faciendis inter terram eorum in Fesseuall' et terram ipsius Petri et Ysabelle uxoris ejus in Brideshal'.

Buk'.—Walterus de Burgo attornavit Willelmum de Burgo versus Robertum de Greinvill' de consuetudinibus et serviciis que idem Robertus exigit a predicto Waltero etc. de tenemento in Chilton'.

Surr'.—Martha de Guldeford' et Robertus de Gammach' attornaverunt Johannem de Gammach' versus Robertum Heremann' tenentem, de dimidio mesuagio cum pertinentiis in Guldef'.

Hybernia. De constitutionibus novis apud Merton' factis decetero tenendis in Hybernia.—Constitutiones facte apud Merton' superius inrotulate scilicet viij. die Februarii, sigillate fuerunt sigillo domini regis, transmisse sunt in Hyberniam ut currant in partibus illis et teneantur, sicut in Anglia, et de hoc fit mentio in brevi directo justiciario Hybernie inferius inrotulato.

1236.
[m. 13d.]

H. dei gratia rex Anglie etc. venerabili patri L. eadem gratia archiepiscopo Dublinensi et dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Accedens nuper ad curiam nostram Georgius Desaffubl' nobis ex parte vestra supplicavit ut vobis scire faceremus quid juris sit secundum consuetudinem Anglie in casibus subscriptis, videlicet, cum contingat filium alicujus nobilis natum ex matrimonio movere questionem fratri suo in fornicatione ante matrimonium de eadem matre progenito super paterna hereditate; item, si contingat quod frater natus ante matrimonium defendendo se dicat se esse legittimum, utrum in tali casu sit mittendus ad forum ecclesiasticum etc.; item, si mittendus sit, in qua forma etc.; item, si contingat quod natus ante matrimonium fecerit homagium suum de terris suis post decessum patris sui et ratione homagii sic facti vocaverit dominum suum ad warantum, quid juris sit de illa vocatione et si warantizare debeat aut velit sponte; utrum duellum possit esse de jure inter natum ex matrimonio et dominum warantizantem, cum inter ipsos fratres esse non possit. Ad hoc autem vobis significamus de primo capitulo, quod si natus ante matrimonium cui movetur questio, cognoscat se natum esse ante matrimonium, nec petere potest hereditatem nec petitam retinere secundum Anglie consuetudinem, nec talis si dicat se natum esse post non est mittendus ad curiam Christianitatis, eo quod clerus talem habet pro legittimo. Cum autem de casu illo anno preterito tractatum esset coram venerabili patre archiepiscopo Cantuariensi et coepiscopis suis et magnatibus nostris Anglie, scilicet, utrum inquisitio de tali nato deberet fieri in curia nostra vel in curia Christianitatis, tandem predictus archiepiscopus et episcopi petierunt sibi dari potestatem inquirendi. Postea vero processu temporis quia in forma brevis nostri eis super hoc transmissi contentum fuit quod respondere deberent utrum talis natus esset ante matrimonium vel post, videntes hoc esse contrarium legibus suis noluerunt hoc respondere, set reliquerunt nobis et curie nostre hoc inquirendum et terminandum; et nondum provisum est in curia nostra sub qua forma hoc debeat inquiri, vel per sacramentum xij. juratorum vel per probationem a partibus producendam; item de domino, si debeat warantizare tenenti contra fratem suum, vobis respondemus quod non, eo quod tam natus post matrimonium quam ante uno et eodem jure utuntur et dominus in captione homagii potius circumventus fuit quam ratione astrictus; nec esse poterit duellum inter eos predicta ratione, et preterea quia dominus tenetur plus warantizare petenti nato post matrimonium quam tenenti nato ante matrimonium. Hiis igitur intellectis secundum quod predictum est in partibus vestris faciatis. Teste rege apud Mortelac', ix. die Maii.

Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Monstravit nobis lator presentium quod cum ipse nuper in curia nostra coram justiciariis nostris ad hoc nuper per vos constitutis in Hibernya recuperasset seisinam suam versus quendam hominem de libero tenemento suo, idem adversarius suus postea de

1236.

[m. 13d.] eodem tenemento iterum ipsum disseisivit. Et ideo vobis mittimus sub sigillo nostro constitutionem nuper factam coram nobis et magnatibus nostris Anglie de predicto casu, et similiter de aliis articulis ad emendationem regni nostri; mandantes quatinus de consilio venerabilis patris L. Dublinensis archiepiscopi constitutionem illam in curia nostra Hibernie legi et decetero firmiter observari faciatis. Et secundum eandem predicto conquerenti plenam justitiam exhiberi faciatis. Teste rege ut supra.

Memorandum quod in adventu regis Wintoniam dicendum est vicecomiti Suht' quod ultra altare Sancti Thome Martiris in capella regis Sancti Thome apud Wintoniam fieri faciat imaginem majestatis Domini.

Cornubia. Perambulatio.—Mandatum est vicecomiti Cornubie quod assumptis secum xij. legalibus et discretis militibus de comitatu suo in propria persona sua accedat ad terram prioris de Lazaveton in Treynh' et terram Roberti Pudding' in Treneggles. Et per sacramentum etc. Et perambulationem illam etc. scire faciat justiciariis ad primam assisam etc. Teste rege apud Wyntoniam, xviij. die Maii.

[m. 12d.] *Dors'. De perambulatione.*—R. vicecomiti Dors' salutem. Precipimus tibi quod assumptis tecum xij. de legalioribus et discretioribus militibus de comitatu tuo in propria persona tua accedas ad terram Johannis Mautravers in Wullecumb' et terram Bartholomei de Turbervill' in Mellebir', et per eorum sacramentum fieri facias perambulationem inter terras predictas, ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divisas, quia tam predictus Johannes quam predictus Bartholomeus posuit se coram nobis in perambulatione illa. Et eandem perambulationem distincte et aperte in scripto redactam habeas coram justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, sub sigillo tuo, et per iiij. legales milites ex illis qui perambulationi illi interfuerint per quas metas et divisas perambulatio illa facta fuerit. Et habeas ibi etc. Teste rege apud Wyntoniam, xix. die Maii.

Rex ballivo suo de Geres' salutem. Monstravit nobis Galfridus le Buver quod, cum Robertus Froulyn, tempore quo Philippus de Albiniaco habuit custodiam insularum nostrarum, abjurasset terram nostram, idem Galfridus jam quindecim annis elapsis post abjurationem ipsius Roberti emit de eodem ballivo terram quam idem Robertus tenuit de nobis in parochia Sancti Laurencii et accrevit redditum ejusdem terre. Quia vero idem Robertus postea posuit se super veredictum xxiiij. proborum et legalium hominum trium vicinarum villatarum ad purgandum se de crimine sibi imposito propter quod terram nostram abjuravit, qui quidem Robertus purgavit se de crimine illo per veredictum illorum xxiiij., ut dicitur, unde idem Galfridus occasione illius purgationis timeat sibi quod occasione predicta de predicta terra velis ipsum disseisire; tibi precipimus quod ipsum Galfridum propter hoc de terra illa non disseisias set terram illam eum in pace tenere permittas, donec aliud inde tibi preceperimus. Teste rege apud Merewell', xviij. die Maii.

1236.

[m. 12*d*.] *Staff'*.—Magister Symon de Wauton' attornavit Willelmum de Wolecote versus Aylard' filium Thome petentem, de una virgata terre et dimidia cum pertinentiis in Kinewaldeston'.

Surr'.—Jordanus de Hanhou attornavit Willelmum Faukes versus Stephanum filium Herberti petentem, de triginta acris terre cum pertinentiis in Wandleswurth'.

Prohibitiones facte:—Archiepiscopo Cantuariensi.—Rex venerabili in Christo patri E. eadem gratia Cantuariensi archiepiscopo etc. salutem. Ad aures nostras nuper pervenit quod, cum controversia mota sit inter priorem et monachos Cantuarie ex parte una et vos ex altera super advocationibus quarundam ecclesiarum, possessionibus, xenniis et serviciis quibusdam, predicti prior et monachi, spreto curie nostre remedio, ad quam spectant* hujusmodi placita, super predictis trahunt vos in placita in curiam Christianitatis auctoritate litterarum domini pape. Quia vero sine manifesto prejudicio regie dignitatis nullatenus sustinere possemus, sicut et nec deberemus, quod placita hujusmodi in curia Christianitatis ventilentur, vobis prohibemus firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini et sub debito fidelitatis nobis facte, quatinus, cum ad dignitates et jura regia conservanda sitis astricti, super premissis in foro ecclesie nullatenus respondeatis, pro certo scituri quod, si contra hanc prohibitionem nostram secus ageretis, credere non possemus quin ex certa scientia contra coronam et dignitatem nostram id attemptaretis, et sic in foro predicto respondendo regie dignitati manifeste denegaretis. Teste rege apud Merewell', xxiiij. die Maii.

Abbati de Boxl' et conjudicibus suis.—Rex abbati de Boxl', abbati Sancte Radegundis et abbati de Lesnes, salutem. Datum est nobis intelligi quod cum contentio mota sit inter priorem et monachos Sancte Trinitatis Cantuarie ex una parte et venerabilem in Christo patrem E. Cantuariensem archiepiscopum etc. ex altera parte super advocationibus quarundam ecclesiarum, possessionibus, xenniis et serviciis quibusdam, predicti prior et monachi super eisdem trahunt in placita predictum archiepiscopum coram vobis in curia Christianitatis auctoritate litterarum domini pape. Quia vero placita de advocationibus ecclesiarum et de possessionibus, xenniis et serviciis predictis spectant ad coronam et dignitatem nostram, nec sine manifesta lesione dignitatis regie in foro ecclesie deduci possent, vobis prohibemus firmiter injungentes ne in causa illa aliquatenus procedere presumatis. Teste ut supra.

Priori et monachis Sancte Trinitatis Cantuarie.—Consimiles fiunt predictis priori et monachis ne sequantur. Teste ut supra.

Hybernia. Pro rege Mann' et Insularum.—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Datum est nobis intelligi ex parte dilecti et fidelis nostri O. regis Mann' et

---

* 'Specta' in MS.

1236.
[m. 12*d*.] Insularum quod de annuo redditu centum crannocorum et quinque dolia (*sic*) vini et quadraginta marcarum quem percipere debet de dono nostro per manum vestram in Hybernia, minus sufficienter ei satisfecistis. Et ideo vobis mandamus firmiter precipientes quod id quod ei restat reddendum de predicto redditu sine dilatione ei taliter reddi faciatis, ne iterata inde querela ad nos pro defectu vestri debeat pervenire. Teste rege apud Merewell', xxiiij. die Maii.

Suhampt'.—Abbas de Tychef' attornavit fratrem Ysaac, canonicum suum, versus Willelmum le Kenteys de consuetudinibus et serviciis que idem Willelmus exigit ab eodem abbate de libero tenemento suo, quod de eo tenet in Cosham.

Johannes de la Mar' attornavit Wareys (*sic*) pro se ad recipiendum diem contra Willelmum de Mar'.

[m. 11*d*.] *Pro Galfrido filio Johannis* (*sic*) *et aliis.*—Quia non fuit intentionis regis quando injunxit Warnero Engayn et Waltero de Burgo de maneriis et dominicis regis capiendis in manum regis, quod aliquod manerium in manum regis caperent de quo aliquis esset feoffatus per cartam suam vel predecessorum regum; mandatum est eis quod in nullo se intromittant de manerio de Aylesbir' quod predictus Johannes habet de feofamento domini J. regis, patris hujus regis [nec de aliis maneriis et dominicis que de rege tenentur per cartam suam vel predecessorum],* nec impediant quin idem Johannes inde disponat in omnibus sicut prius disposuit ante seisinam quam inde fecerunt occasione predicta. Teste rege apud Merewell', xxix. die Maii.

Mandatum est Roberto de Crepping' quod occasione custodie maneriorum et dominicorum regis in comitatu Eboraci ei commisse, manum non mittat ad aliqua maneria vel dominica que de rege tenentur per cartam suam vel predecessorum suorum. Teste rege apud Merewell', xxx. die Maii.

Norht'.—David Garget attornavit Henricum filium Henrici et Petrum filium Willelmi versus Radulfum, personam de Erlyburwe, Stephanum filium Ricardi et Symonem le Clerc, de iiij. virgatis terre cum pertinentiis in Erliberwe.

Berk'.—Isabella de Mortuo Mari attornavit loco suo Radulfum le Deen et Johannem de Syvetoth versus Herbertum filium Petri de placito conventionis de dote ipsius Isabelle quod summonitum est coram rege.

Hybernia. Pro negotio L. Dublinensis archiepiscopi.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod habeat inspectionem carte domini J. regis quam fecisse dicitur Henrico, Dublinensi archiepiscopo, de terra de Okenauth et cum inspectionem ejusdem carte habuerit, transcriptum ejus sub sigillo suo et sigillis eorum qui secum

* The words bracketed are inserted between the lines in the MS., and there is no *caret* mark.

1236.
[m. 11*d*.]

interfuerint ad inspectionem predictam habendam domino regi significet de verbo in verbo cum data ejusdem carte, ut cum domino regi constiterit de tenore ejusdem carte, inde precipiat quod viderit faciendum. Teste rege apud Merewell', iij. die Junii.

Et mandatum est predicto archiepiscopo quod cartam predictam prefato justiciario exhibeat inspiciendam. Teste ut supra.

Judeus.—Firmius, conversus, dedit domino regi intelligi quod cum ipse adhuc in Judaica perfidia perseverans prolem suscitasset, quidam Judei Norht' ei subtrahunt pueros suos, ita quod visum ipsorum habere non potest. Et mandatum est constabulario Norht' quod Judeos detentores predictorum puerorum in ballia sua distringat ad representandum ipsos conspectui patris, ut ipsum sequantur si voluerint, vel in errore suo remaneant etc.

Oxonia.—Thomas Gredl' attornavit Johannem de Riston' et Rogerum de Leyc' versus Robertum de Periton et Philippum de Bello Monte deforciantes, de consuetudinibus et serviciis que idem Thomas ab eis exigit de libero tenemento suo quod de eo tenent in Goldor' et in Cleyore et versas Willelmum de Goldor' deforciantem, de consuetudinibus et serviciis de tenemento etc. in Goldor'. Teste rege apud Merewell', viij. die Junii.

De infidelibus compescendis.—Significavit regi frater A. prior ordinis Fratrum Predicatorum quod cum ipse quendam de articulis fidei male sentientem et pessime respondentem invenisset, eundem tamquam infidelem arestari fecit et carceri mancipari. Quia igitur prefatus prior nullam habet jurisdictionem secularia judicia exercendi nec aliquem arestandi vel carceri mancipandi; preceptum est vicecomiti Eboraci quod cum plures sint in partibus illis infideles et qui super heretica pravitate, sicut rex audivit, possint convinci, ad mandatum ejusdem infideles arestari faciat et carceri mancipari, nemini, vel in divitiis habundanti vel alii, aliquo favore deferens in hac parte, eosque salvo faciat custodiri, quousque rex aliud inde duxerit precipiendum. Teste rege apud Wintoniam, ix. die Junii.

Pro Baldewino de Veer.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam, que est inter comitem Cestr' petentem et Isabellam de Hocton' deforciantem, de custodia terre et heredis Willelmi de Hocton', et in qua loquela idem comes fecit attornatum suum Baldewinum de Veer, quem rex misit in nuntium suum ad partes transmarinas, ponant in respectum usque ad octabas Sancti Michaelis, anno etc. xx. Teste rege apud Wintoniam, ix. die Junii.

Quia rex misit Baldewinum de Ver ad partes transmarinas in nuntium suum, ita quod coram justiciariis proximo itineraturis in comitatu Leyrc' interesse non potest in itinere suo; mandatum est eis quod omnes loquelas in predicto itinere, [que] tangunt ipsum Baldewinum, nisi sint de dote unde nichil habet vel de nova disseisina, ponant coram justiciariis apud Westmonasterium in octabas omnium Sanctorum, anno etc. xxi. Teste rege ut supra.

1236.

[m. 11*d*.] *De vinis et catallis Ernaldi de Peregord'.*—Mandatum est Alexandro Bacun, custodi nundinarum Sancti Botulfi, sicut alias ei fuit mandatum, quod omnia vina et catalla Ernaldi de Peregod, qui super heretica pravitate convictus est, ut rex accepit, et que ad instantes nundinas predictas ventura sunt, per probos et legales homines appreciari et ad opus regis retineri faciat, et vina predicta liberet Johanni de Colemere vel ei quem Johannes loco suo attornaverit ad vina retinenda ad opus regis in nundinis predictis ad faciendum inde quod rex eis precepit; non obstante eo quod vina et catalla predicta aliquis sive ex parte majoris Burdegale sive aliunde sua esse dicat et ea tamquam sua velit warantizare, maxime cum bona dampnatorum infra regnum et potestatem suam inventa regi esse debeant. Teste rege apud Wintoniam, xj. die Junii.

Et mandatum est Johanni de Gisorz, civi London', sicut in terra regis salvo et secure receptari desiderat, de iiij^xx. et sex libris sterlingorum in quibus tenetur predicto Ernaldo, in nullo ei vel alicui de suis respondeat, set denarios predictos ad opus regis salvo custodiri faciat donec rex aliud inde ei preceperit. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod vina et catalla predicti Ernaldi que in balliam suam sive per terram sive per mare venire contigerit arestari et ad opus regis retineri faciat et illa salvo custodiat donec rex aliud inde ei preceperit; non obstante eo etc. sicut in brevi directo predicto Alexandro directo (*sic*). Teste rege ut supra.

Et quicquid continetur in brevibus tribus precedentibus significatum est Johanni de Colemere, cui rex litteras predictas misit. Et mandatum est ei quod litteras predictas predictis Alexandro, vicecomiti et Johanni habere faciat. Et si forte vina predicta receperit in nundinis predictis, tunc ex eis liberari faciat tot dolia vini carianda ad diversa loca que rex ei prius scire fecit quot per priores litteras regis ei prius inde directas dominus rex ei mandavit. Teste ut supra.

Sumers'.—Walterus de Ely attornavit Johannem de Eya versus Petrum de la Heye et Johannam uxorem ejus petentes, de xx. acris terre cum pertinentiis in Hessecumbe.

[m. 10*d*.] *Pro advocato de Bethun'.*—Mandatum est ballivis portus Dovor' quod R. advocatum de Bethun' euntem ad partes sua (*sic*) sine impedimento transfretare et inde in redeundo in partes istas liberum accessum ad regem habere permittat (*sic*). Teste rege apud Wintoniam, xiij. die Junii.

De respectu loquele. Pro J. comite Linc' et comitissa uxore ejus.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter J. comitem Linc' et Margaretam uxorem ejus et decanum de Winburn' de quodam mercato levato in Winburn' ad nocumentum

1236.

[m. 10*d*.] etc. predictorum comitis et Margarete in eadem villa, et loquelam que est coram eis per breve regis inter Petrum de Herton', Eudonem de Herton', Rogerum Walewer, Thomam de Wilton' et Rogerum Croker' et predictos comitem et Margaretam de communa quam exigunt in terra ipsorum comitis et Margarete in Kingeston', desicut etc., ponant in respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis anno etc. xx. Teste rege apud Clarendon', xvij. die Junii.

Bedef'.—Abbas de Abbendon' attornavit Reginaldum de Snellesmor' et Radulfum Pigun versus Galfridum de Bello Campo et Johannam uxorem ejus petentes, de consuetudinibus et serviciis que exigunt a predicto abbate de libero tenemento suo quod de eis tenet in Stratton' et Holm'.

Devon'.—Radulfus de la Bruer' attornavit Henricum le Priur versus priorem de Bernestaple, deforciantem, de consuetudinibus et serviciis que idem Radulfus exigit ab eo etc. de tenemento in Washef' et Derth'.

Noting'.—Johannes de Stutevill' attornavit Robertum Torgaz et Willelmum, personam de Kirkeb', versus Marsil' —— et uxorem ejus in assisa mortis antecessoris de una carucata terre in Bredemar', que summonita est contra predictum J.

De episcopo Lincolniensi.—Rex venerabili patri R. eadem gratia Lincolniensi episcopo, salutem. Ad aures nostras nuper pervenit quod cum temporibus predecessoribus (*sic*) nostrorum regum Anglie et tempore nostro clerici qui contra prohibitionem regiam in placitis ad regiam dignitatem pertinentibus processerunt in foro ecclesiastico, ea occasione attachiati secundum legem et consuetudinem regni in curia regia inde respondere consueverint, nosque ea semper gavisi sumus libertate et adhuc in eisdem possessione; vos in grave prejudicium dignitatis regie libertatem predictam nobis intenditis auferre, non permittentes clericos aliquos de diocese vestra post contemptum prohibitionis nostre inde in curia nostra respondere, de quo cogimur vehementer et moveri; cum igitur tantam et tam enormem injuriam non possimus, sicut nec debemus, equanimiter tollerare, vobis mandamus rogantes et bona fide consulentes quatinus possessionem libertatis memorate nobis relinquentes illesam, nichil contra coronam et dignitatem nostram attemptetis in hac parte propter quod asperius erga vos moveri debeamus, scituri indubitanter quod nullo modo permittemus pro defectu defensionis sufficientis juri nostro aliquid deperire. Teste rege apud Clarendon' xvij. die Junii.

Et mandatum est justiciariis de Banco quod quantum in eis[sit] dominum regem [ponant] in seisina libertatis predicte, sicut ea usus est hucusque, non permittentes quod pro defectu sui aliquid juri regio depereat. Teste ut supra.

De auxilio comitatus Wilt'.—Mandatum est Reginaldo de Caun' et Willelmo Gerebert, collectoribus auxilii etc. in comitatu Wilt',

1236.

[m. 10*d*.] quod visis litteris etc. usque Sarrisburiam venire non omittant denarios quos receperunt de auxilio predicto in comitatu Wilt' et qui sunt in custodia sua in castro Sarrisburie, vicecomiti Wilt' ibidem liberaturi, cui rex mandavit quod denarios predictos usque Shireburn' cariari faciat; ita quod rex illos habeat ibidem die Nativitatis Sancti Johannis Baptiste vel alibi, si rex ibidem non fuerit. Et cum rex denarios illos receperit eis habere faciet per eundem vicecomitem litteras suas de allocatione eis facienda ad Scaccarium regis de denariis predictis. Teste rege apud Wintoniam, xix. die Junii.

Devon'.—Abbas de Cadamo attornavit priorem de Frompt' et Ricardum le Esquier versus Ricardum Pincernam petentem, de duabus ferlingis terre cum pertinentiis in Esserug', et versus Rogerum Giffard, Willelmum de Abernun et Archenbald' de Pilleland' petentes, de una carucata terre cum pertinentiis in Norham'.

Sumers'.—Prior de Stoke Curs' attornavit fratrem Rogerum de Kaham, monachum suum, et Willelmum de Sknapelok versus Jordanum de Mari tenentem, de dimidia ferlinga terre cum pertinentiis in Perdredeham.

De respectu. Pro ballivis Bristolli.—Ballivi Bristolli habent diem ad faciendum visum de firma ville sue coram baronibus de Scaccario ab octabis Sancti Johannis Baptiste in xv. dies, eo quod in octabis Sancti Johannis, scilicet die eis assignato ad predictum visum coram eis faciendum, eos esse oportebat coram domino rege. Teste rege apud Well', xxviij. die Junii.

Mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Buk' quod assisas et alia placita, si que forte summonita coram rege in itinere suo contra Henricum de Trublevill', senescallum Wasconie, ponant in respectum quousque rex aliud inde preceperit exceptis assisis nove disseisine et ultime presentationis et placitis de dote unde nichil habet. Et scire regi faciant que assise et que placita summonita sint coram eis contra eundem Henricum. Teste rege apud Bristollum, xxviij. die Junii.

[m. 9*d*.] *Pro Galfrido Bauzan.*—Mandatum est Thome de Muleton' et sociis suis, justiciariis de Banco, quod si Galfridus Bauzan' retrahat se de appello suo quod coram eis fecit, tunc justitiam, que de ipso facienda est secundum legem et consuetudinem regni regis, ponant in respectum quousque a rege aliud inde habuerint mandatum, quia rex ipsum coram se vult audire loqui; et diligenter provideant quod idem Galfridus et Galfridus de Bureghers' bene et salvo et separatim custodiantur quod meliorem et diligentiam (*sic*) custodiam habeant, quam hucusque habuerunt, ut rex audivit; et quod nullus cum eis aliquod colloquium habeant preterquam custodes sui; et quod tales sint eorum custodes, de quibus certam habeant fiduciam quod fideliter et salvo eos custodient; ita quod pro defectu custodie nullum possit periculum de eis evenire nec contingat eos a prisona regis evadere. Teste rege apud Bristollum, xxix. die Junii.

1236.
[m. 9d.] *Plegii Ricardi Bauzan et Stephani patris sui.*—Plegii Ricardi Bauzan et Stephani patris sui de pace domini regis servanda, ita quod occasione Galfridi fratris eorum, qui captus est, nullum malum facient in regno nec Willelmo de Ral' nec suis nec alicui alii de regno, nec pacem domini regis perturbabunt. Almaricus de Sancto Amando, Godefridus de Craucumb', Willelmus de Albiniaco, Willelmus Talebot, Johannes filius Philippi, Radulfus Russell', Willelmus de Mariscis, Willelmus de Putok', Robertus de Monasteriis, Robertus Gouiz, Henricus de Sancto Hillario, Thomas de Cirencestr', Johanne (*sic*) le Brun, Ricardo (*sic*) de Sancto Johanne, Ricardus de Grenvill', Robertus Walerand', Robertus de Mucegros, Ricardus frater ejus, Petrus de Malo Lacu, Hugo de Vivon', Johanne (*sic*) de Lexint', Willelmus de la Lund', Thomas de Ducton', Reginaldus Walensis, qui omnes presentes sunt et hoc manucapiunt. Actum apud Bristollum, xxviij. die Junii, anno etc. xx.

De malefactoribus reprimendis. Misse Berk', Wilt', Oxon', Suht'.—Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Quia audivimus quod malefactores in pluribus partibus regni nostri contra pacem nostram itinerant cum equis et armis ut pacem nostram perturbent, viatores occidendo et depredando et insidias ponendo quibusdam fidelibus nostris ad manifestam pacis nostre et regni nostri perturbationem; tibi precipimus quod in fide qua nobis teneris et sicut te ipsum diligis et omnia tua, et sicut nolueris quod propter negligentiam tuam nos graviter ad te capere debeamus, sine dilatione clamari facias per totam balliam tuam quod omnes tam libere tenentes quam milites et alii, qui jurati sunt ad arma, parati sint et muniti armis illis de mane ad vesperam ad predictos malefactores insequendos, capiendos et destruendos; et quod cum ipsi malefactores inventi fuerint sive de nocte sive de die, uthesium levetur et illos sequantur tam villani quam libere tenentes cum armis suis quousque malefactores capiantur, sicut noluerint teneri pro receptatoribus eorum vel nequitie eorum consentientibus et consimiliter puniri. Facias etiam vigilias fieri in singulis villis in ballia tua singulis noctibus de sex hominibus, qui neminem transire permittant de nocte nisi sciant quod fideles sint et fideliter se habeant; et si aliqui de quibus dubitetur per eos transierint, tunc eos arestent usque mane et donec sciatur utrum fuerint ad pacem nostram vel non. Et si fuerint ad pacem nostram, tunc dimittantur, alioquin in prisona nostra salvo custodiantur donec aliud inde preceperimus. Facias etiam clamari per totam balliam tuam, tam in civitatibus quam alibi, quod nullus sit tam audax quod aliquem extraneum hospitetur nisi veniat de die, et si de die venerit, non permittat eum recedere a domo sua ante diem, set de die veniant et de die recedant. Et preterea quod nullus vendat cibum vel potum vel de dono mittat extraneis extra villas deferenda, nisi manifeste sciant quod fidelibus hominibus et notis deferantur. Et preterea quia certi sumus quod predicti malefactores non posunt itinerare, sicut predictum est, sine consensu aliorum et sine receptatoribus; tibi precipimus quod

1236.
[m. 9*d*.] diligenter inquiras qui sint illi consentientes et receptatores, et quos inveneris per legalem inquisitionem inde fore culpabiles, illos capias et in prisona nostra salvo custodias quousque aliud inde tibi preceperimus. Et ita te habeas in prefato negotio ut pax nostra decetero firmiter observetur, et ne per negligenciam tuam vel per defectum ad te tamquam ad precepti nostri contemptatorem et malefactoribus consentiantem nos graviter capere debeamus.* Scire etiam facias omnibus qui libertates habent in comitatu tuo quod omnia predicta et singulos articulos predictos infra libertates suas firmiter faciant observari, sicut voluerint libertates suas illesas custodiri, et ne ad libertates eorum manum apponere debeamus et sicut noluerint respondere de transgressionibus factis in liberatibus suis. Teste etc.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Berk', Wilt', Suht'.

Glouc'.—Galfridus de Aunou attornavit Walterum Jordan versus Everard' filium Walteri, Willelmum Cap' et Willelmum Glis' tenentes, de v. mesuagiis et xj. solidatis et octo denaratis redditus cum pertinentiis in suburbio Bristollie.

Pro Ricardo Suward', de respectu loquele.—Mandatum est Roberto de Lexinton' et sociis suis, justiciariis regis itinerantibus, quod omnes loquelas et assisas, que in itinere vestro (*sic*) tangunt Ricardum Suward', quem rex nuper arestari et in prisona sua apud Glouc' fecit detineri, ponant in respectum quousque idem Ricardus a prisona regis liberetur, exceptis assisis nove disseisine. Teste rege apud Glouc', iij. die Julii.

De Galfrido de Burghers et Galfrido Bauzan.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod Galfridum de Burghers et Galfridum Bauzan, prisones, quos justiciarii de Banco eis (*sic*) liberabunt per preceptum regis, recipiat et salvo custodiat in predicta Turri, ita quod uterque eorum per se ponatur et neuter cum alio loquatur nec aliquis sive predicator sive frater minor sive alius cujuscunque religionis sive alia quecunque persona cum eis loquatur preter predictos justiciarios regis et custodes eorundem prisonum quos tales eos adhibeat ad ipsos custodiendos de quibus constabularius confidat tamquam de corpore suo. Et talem diligentiam apponat ad eos custodiendos quod ad corpus suum pro defectu sui rex ad ipsos se capere non debeat. Teste rege apud Theok', iiij. die Julii.

Pro burgensibus Bristolli.—Rogerus Aylard et ceteri burgenses de Bristollo supplicant regi ut ad eorum electionem possint facere majorem et eum removere quolibet anno; et quod habere possint pondus London'.

* In MS. the words 'Teste rege apud Brist', xxx. die Junii,' are cancelled here

1236.
[m. 9d.]

Hybernia.—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Significastis nobis una cum venerabili in Christo patre L. Dublinensi archiepiscopo, quod dilecta nobis Roesia de Verdun firmavit quoddam castrum bonum et forte in terra sua propria super Hibernienses, quod nullus predecessorum suorum potuit facere, et adhuc aliud castrum firmare proponit ad magnam securitatem terre nostre. Quia vero prefata Roesia operationem predictam absque subsidio bene non poterit consummare, de consilio nostro vobis mandamus quatinus servitium nobis debitum de Myde et Uriel ei per quadraginta dies habere faciatis ad operationem predictam faciendam, si sine indempnitate nostra hoc fieri non possit. Teste rege apud Theok', vj. die Julii.

Pro priorissa de Eton'.—Mandatum est Roberto de Lexinton' quod ad diem quem viderit magis idoneum, postquam negotia regis itineris sui apud Bedeford' expedita fuerint, assumptis secum aliquibus de sociis suis transitum faciat per Norhampt' ad capiendum ibidem assisam nove disseisine quam priorissa de Eton' aramiavit versus J. comitem Cestr' et Hunt', et Willelmum de Cantilupo juniorem, de tenemento in Haringworth'; ita per litteras suas significet vicecomiti Norht' ad quem diem poterit intendere ad predictam assisam capiendam apud Norhampt', cui rex mandavit quod ad diem quem ei per litteras sua (*sic*) significaverit assisam predictam coram eis ibidem venire faciat. Teste ut supra.

Pro Galfrido Bauzan.—Mandatum est justiciariis de Banco quod, si Galfridus Bauzan retrahat se de appello suo, tunc judicium suum ponant in respectum quousque post instans colloquium quod rex habiturus est apud Salopiam eis rex aliud inde significaverit. Teste ut supra.

Hereford'.—Philippus de Thame attornavit Martinum de Twyford' versus Alexandrum le Seculer tenentem, de xxxij. acris terre et dimidia cum pertinentiis in Hendrehaches.

Pro Ricardo Suward'.—Mandatum est J. de Nevill', justiciario foreste, et sociis suis justiciariis itinerantibus etc. quod si loquele de foresta emerse sint in itinere suo, que tangant Ricardum Suward', qui est in prisona regis, eas ponant in respectum quousque idem Ricardus a prisona predicta deliberetur. Teste rege apud Theok', ix. die Julii.

Mandatum est vicecomiti Staff' et Salopie quod per sacramentum etc. fieri faciat perambulationem inter terram Rogeri la Such' in Tonge in comitatu Salopie et terram Hugonis de Weston' in Weston' in comitatu Stafford', quia tam idem Rogerus quam dictus Hugo posuit se etc.

Mandatum est G. comiti Marescallo, quod in fide qua regi tenetur et sicut honorem regis et suum diligit, sit apud Wenlac in

1236.
[m. 9*d*.] festo Sancti Kenelmi anno etc. xx. in occursum E. Cantuariensis archiepiscopi, et R. Herefordensis episcopi, R. de Mortuo Mari, W. de Clifford' et decani Herefordensis ad emendas faciendas in eorum presentia de interceptionibus factis Morgano de Carleon' et aliis infra treugas ultimo captas inter regem et L. principem de Abbefrau et dominum de Snaudon', et quod eidem comiti emendetur si quid infra treugas predictas erga eum fuerit interceptum. Teste rege apud Theok', xj. die Julii.

Et mandatum est episcopo et decano Herefordensibus, W. de Clifford' et R. de Mortuo Mari quod nullo modo omittant quin die illo sint ibidem ad videndum quod dicte emende fiant de interceptionibus predictis.

Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, et G. de Turvill', thesaurario Dublin', inter cetera quod, cum consuluerint regem super pluribus articulis, primo scilicet de quingentis et lj. libris quas promptas habent et de denariis receptis ad terminum Sancti Johannis Baptiste, quod omnes denarios illos mitti faciant sub salvo conductu usque Bristollum in hoc instanti autumpno et liberari constabulario Bristolli ad opus regis custodiendos, cui rex mandavit quod eos recipiat cum ad eum venerint. Item, rex vult quod omnes illi qui de aliquo regi respondere debent, utpote firmarii, vicecomites, castellani, constabularii et alii ballivi in Hibernia respondeant decetero de omnibus redditibus, firmis, misericordiis et omnibus aliis perquisitis et exitibus regem contingentibus, ad Scaccarium Dublin' juxta consuetudinem ballivorum regis in Anglia, et inde mittit eis rex litteras suas patentes directas predictis ballivis vicecomitibus et aliis tam Connac' et Todmund' quam aliunde in Hibernia. Item, de dominicis regis traditis ad firmam per Ricardum de Burgo et dictum G. de Turvill' Ricardum (*sic*) Duket usque ad terminum vij. annorum, qui nunc preteriti sunt; placet regi quod adhuc tradantur ad firmam usque ad terminum trium annorum, dummodo sicut ipsi melius viderint expedire. Item, firmationem castri quod expediens esset firmare in v. cantredis Connac' prorogat rex usque ad alium annum. Item, placet regi quod dominicum regis quod Macchiteroc Hiberniensis tenuit juxta Waterford', tradatur dicto G. de Turvill' ad faciendum inde commodum regis. Item, de fine quem W. de Lascy fecit cum J. rege et postea cum H. rege isto reddendo ad Scaccarium Lond', facta inde inquisitione, si quid ibi reddiderit, libitum suum eis inde signabit. Item, mittit eis rex litteras suas directas J. Fernensi episcopo, quod rotulos regis de Scaccario de tempore quo fuit thesaurarius Hibernie eis reddat. Item, castra regis in Hibernia committant ad certum forum custodienda et ad minus quod poterunt. Item, rex mandavit omnibus Waterford' et Droghed' quod villis suis claudendis viriliter intendant. Item, rex mandat eidem justiciario quod ad forestam suam in valle et in montanis Dublin' salvo custodiendam curam apponat, salva libertate archiepiscopi Dublinensis. Teste rege apud apud (*sic*) Theok', xj. die Julii.

1236.
[m. 8*d*.]

Glouc'.—Rogerus de Derneford' attornavit Adam de Cumbeworth' versus Ricardum Pancefot tenentem, de duabus acris terre cum pertinentiis in Wygrege, et versus Rogerum de Wykregg' tenentem, de sexta parte unius acre terre cum pertinentiis in eadem villa.

Mandatum est Thome de Muleton' et sociis suis, justiciariis de Banco, quod nullum judicium faciant de Gaufrido Bauzan' antequam rex redeat personaliter versus partes Lond' circa festum Sancti Michaelis anno etc. xx. vel dominus rex aliud inde eis mandaverit. Et interim ipsum G. in bona et salva teneri faciant custodia in Turri London'. Teste rege apud Theok', xiij. die Julii.

Wallia. De treugis.—Rex venerabili patri E. Cantuariensi archiepiscopo, totius Anglie primati, salutem. Auditis et intellectis litteris vestris quas dilecto et fideli nostro Willelmo de Ral' misistis; vobis mandamus rogantes quatinus formam treugarum nuper captarum apud Theok' per archidiaconum de Sancto Asaph', ad quam observandam idem archidiaconus se vobis obligavit, faciatis modis omnibus observari. Quod si nullo modo facere possitis, tunc inde faciatis id quod dilecti et fideles nostri H. Dispens' et frater G. elemosinarius noster vobis dicent ex parte nostra. Teste rege apud Theok', xiiij. die Julii. Per W. de Raeleg'.

De itinere justiciariorum. De placitis summonitis in comitatu Bedeford'.—Rex justiciariis itinerantibus in comitatu Buk', salutem. Sciatis quod placita de itinere justiciariorum in comitatu Bedeford' que sumoneri fecistis in crastino Sancti Petri ad Vincula prorogavimus usque in crastinum Exaltationis Sancte Crucis. Et mandavimus vicecomiti Bedef' quod ea sumoneri faciat apud Bed'. Et diem predictum et hoc vobis significamus, ut tunc ibidem conveniatis ad placita illa teneda, quia volumus quod placita illa in hoc autumpno teneantur. Teste rege apud Evesham, xv. die Julii.

Et mandatum est vicecomiti Bed' quod placita illa sumoneri faciat in crastino Exaltationis sicut predictum est. Teste ut supra.

Wigornia.—Willelmus filius Edwini attornavit Willelmum filium Edwini fratrem suum versus Adam Parker' tenentem, de ij. acris terre cum pertinentiis in Elvydherth', et Editham que fuit uxor Willelmi Parker, tenentem, de una acra terre cum pertinentiis in eadem villa.

Pro nepote Ricardi Suward'.—Mandatum est constabulario Glouc' quod sine dilatione mittat ad regem Philippum de Sancto Phileberto nepotem Ricardi Suward' qui est in custodia sua, accepto prius ab eo sacramento quod directe veniet ad regem et quod a curia regis non recedet donec predictus Ricardus invenerit in plegium de fideli servitio Gilbertum Basset et Herbertum filium Mathei, Radulfum de Haha una cum eodem Gilberto. Teste rege apud Evesham, xvj. die Julii.

1236.
[m. 8*d*.] *Pro episcopo Coventrensi et Licheffeldensi.*—Mandatum est W. de Eboraco et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Stafford', quod omnes loquelas motas coram eis que tangunt venerabilem patrem A. Coventrensem et Licheffeldensem episcopum, qui profectus est in nuntium regis ad partes Salopie per preceptum regis, et de quibus idem episcopus nondum aliquem fecit attornatum, exceptis assisis nove disseisine et ultime presentationis et placitis de dote unde nichil habet, ponant in respectum in itinere suo quousque idem episcopus redierit de nuntio predicto. Teste rege apud Feckeham, xvj. die Julii.

Mandatum est Roberto de Lexinton' et sociis quod non obstante captione Ricardi Suward', propter quam loquele mote versus ipsum posite fuerunt in respectum in itinere suo per perceptum regis, procedant in loquela quam Thomas, comes Warewic', movit erga ipsum Ricardum ante captionem suam et in aliis loquelis motis erga ipsum, eo quod idem Ricardus a prisona deliberatus est. Teste rege apud Feckeh', xvij. die Julii.

Staff' et War'. De divisis faciendis.—Rex justiciariis suis itinerantibus in comitatu Staff', salutem. Quia volumus quod certe divise et mete sint inter comitatus War' et Staff' circa partes de Eston' in comitatu War' et Hamewurth' in comitatu Staff', de quibus dubitatur; precepimus vicecomiti War' quod venire faciat coram vobis die Dominica proxima post festum Sancti Jacobi Apostoli apud Lucheffeld' duodecim discretos et legales milites de comitatu suo ad metas predictas et divisas faciendas in partibus predictis super sacramentum suum. Et quia expedit quod totidem milites assumantur de comitatu Staff' in quo itineratis ad predictum negotium expediendum, vobis mandamus quod ad diem predictum venire faciatis coram vobis xij. milites de comitatu Staff' et una cum predictis xij. militibus de comitatu War' declarari faciatis per sacramentum militum predictorum utriusque comitatus que sint mete et divise in partibus predictis et eas postea stare faciatis. Teste rege apud Wigorniam, xix. die Julii.

Et mandatum est vicecomiti War' quod venire faciat etc. Teste ut supra.

De divisis faciendis Salop' et Staff'.—Eodem modo mandatum est predictis justiciariis quod venire faciant coram eis predictis die et loco xij. etc. de comitatu Staff' et totidem de comitatu Salop' ad faciendum divisas inter comitatus Staff' et Salop' circa partes de Claverl' in comitatu Salop' et Seydon' et Trethel in comitatu Stafford'.

Prior Wigorniensis attornavit Robertum de Alveston' et Willelmum de Bikerton' versus episcopum Wigorniensem de eo quod idem episcopus vel ballivi sui distringant predictum ad faciendum ei consuetudines et servitia etc.

Idem prior attornavit eosdem contra Ricardum de Benetleg' et Bernman deforciantes, de consuetudinibus et serviciis in Alveston'.

Mandatum est vicecomiti Devonie quod loquelam que est in comitatu suo inter Robertum Burnel, petentem, et abbatem de Majori Monasterio, qui jam translatus est in abbatem de Cluniaco, ut

1236. [m. 8*d*.] dicitur, tenentem, de dimidia carucata terre cum pertinentiis in Westcot', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post quindenam Sancti Hillarii anno regni nostri xxj.; et si idem abbas defaltam aliquam fecit post predictam translationem suam in comitatu suo occasione predicte terre, nolumus ipsum propter hoc in aliquo esse perdentem, quia defaltam ipsam pro nulla reputamus. Teste rege apud Wigorniam, xx. die Julii.

Mandatum est custodi portus Dovor' quod passagium prioris de Wenloc, quem dominus rex mittit in nuntium suum ad partes transmarinas, quantum poterit accelerari faciat, nec aliquod paagium hac vice ab eo vel hominibus suis pro passagio predicto capiat. Teste rege ut supra.

Salopia.—Amilia uxor Roberti de Clifton' attornavit eundem Robertum versus Adam de Shenetan' et Julianam uxorem ejus, Danielem de Harleye et Richoldam uxorem ejus, Ricardum de Harleye et Sarram uxorem ejus, deforciantes, de consuetudinibus et serviciis que predictus (*sic*) Robertus et Amilia ab eis exigunt de libero tenemento, quod de eis tenent in Beleswurth'.

Glouc'.—Johannes le Flemmeng' attornavit Ricardum le Flemmeng' versus Adam de Tenacr' et Aliciam uxorem ejus deforciantes, de consuetudinibus et serviciis que idem Johannes exigit a predictis Ada et Alicia de tenemento in Rissindon'.

Mandatum est G. de Turrevill', archidiacono Dublinensi et thesaurario regis, quod in fide qua tenetur domino regi omni studio et diligentia qua poterit caute investiget de statu Magistri Walteri clerici domini Imperatoris, qualiter se gerat in partibus illis et quid intendat et que fuerit causa adventus sui in Hiberniam, et circa quem sive quos familiarius conversetur et si quid exploret quod nos vel terram nostram tangat et cujus sive quorum consilio properetur; et quod inde inquisierit, sub festinatione secretius domino regi scire faciat, investigationi predicte taliter insistentes quod inde merito possit commendari. Teste rege apud Wigorniam, xxiij. die Julii.

Rex dilecto et fideli suo Simoni de Roppel' et sociis suis ad gaiolam Linc' deliberandam, salutem. Quia audivimus quod Johannes filius Baldr' et Henricus filius Toly et Agnes uxor ejus detinentur in prisona nostra apud Linc' per appellum cujusdam mulieris que eos apellat de morte Laurentii filii Baldr' viri sui, et de quibus nichil actum fuit cum producti essent coram dilecto et fideli nostro Willelmo de Eboraco et sociis suis, justiciariis qui ultimo itineraverunt in comitatu Linc', eo quod tunc testatum fuit quod predictus Laurentius peregre profectus fuit apud Bromholm et nunquam mortuus visus fuit; vobis mandamus quod de illis nichil agatis coram vobis ad presens, set illos per ballium dimittatis xij. probis hominibus usque ad adventum justiciariorum ad primam assisam in partes illas venerint (*sic*), ut interim sciri possit utrum idem Laurentius occisus fuerit vel non, et utrum ipsi de eadem morte culpabiles sint vel non. Teste ut supra.

1236.
[m. 7d.]

Leicestr'.—Ivo de Veteri Ponte attornavit Willelmum de Crogelyn et Willelmum de Kirketon' in loquela que est inter Stephanum de Anvers petentem, et Alexandrum Bacun tenentem, de quinque virgatis terre et sex solidatis redditus cum pertinentiis in Frolleswurth', unde idem Alexander vocavit ipsum Ivonem ad warantum, qui ei warantizavit. Teste rege apud Persor', xxiiij. die Julii.

De Johanne Blancbully.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod ubicunque Johannes Blancbuly inventus fuerit in ballia sua, corpus suum arestari faciat et salvo custodiri donec illud regi scire fecerit et rex inde voluntatem suam ei scire fecerit. Teste rege apud Persor', xxvj. die Julii.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Suht, Cornubie, Devonie, et ballivis Suht' pro eodem negotio. Teste ut supra.

Wallia, de dictatoribus treuge.—Rex dilecto fratri et fideli suo L. principi de Abberfrau, domino Snaudon', salutem. Sciatis quod constituimus venerabiles* patres R. Herefordensem et Landavensem episcopos et dilectos et fideles nostros Walterum de Baskervill' et Willelmum filium Warini in partibus Suthwallie, et dilectos fideles nostros Henricum de Alditheleg', Fulconem filium Warini et Hervicum Bagod in partibus Northwallie, dictatores treuge nuper capte inter nos et vos a festo Sancti Jacobi Apostoli anno regni nostri vicesimo usque in unum annum, ad emendandum interceptiones que fient ex parte nostra contra treugam predictam et ad emendandum similiter ea que intercepta sunt contra dilectum et fidelem nostrum G. Marescallum, comitem Penbr', per vos et Morganum de Carlyun et alios inprisios vestros in alia treuga precedenti. Et ideo vos rogamus quod vice versa tales ex parte vestra dictatores ejusdem treuge assignetis, qui sciant et possint, cum necesse fuerit, interceptiones factas et faciendas una cum predictis fidelibus nostris prout justum fuerit emendare, non omittentes quin ea facilitate qua predicto Morgano fecimus emendari ea que contra ipsum intercepta fuerunt in treuga alia faciatis emendari predicto comiti et aliis que ab ipso Morgano sunt contra ipsos intercepta, ne debeat ea occasione, quod nollemus, inter ipsum comitem et predictum Morganum oriri contentio. Significetis etiam nobis quos ad negotium memoratum exequendum ex parte vestra duxeritis assignare, injungentes vestris quod caveant sibi pro viribus suis de interceptione aliqua facienda contra nos et nostros, et nos idem faciemus de nostris, volentes quod treugam predictam firmiter observent. Teste rege apud Persor', xxvj. die Julii.

Rex venerabili in Christo patri R. eadem gratia Herefordensi episcopo, salutem. Sciatis quod constituimus vos et venerabilem patrem Landavensem episcopum et dilectos et fideles nostros Walterum de Baskervill' et Willelmum filium Warini dictatores treuge capte inter nos et L. principem de Abberfrau, dominum Snaudon', a festo

*In MS. ' venerabili.

1236.
[m. 7*d*.] Sancti Jacobi Apostoli anno regni nostri xx. in unum annum, ad emendandum in partibus Suthwallie interceptiones que fient ex parte nostra contra treugam predictam, et ad emendandum smiliter ea que intercepta sunt a Lewelino et suis contra dilectum et fidelem nostrum G. Marescallum, comitem Penbr', in alia treuga precedenti. Et ideo vobis mandamus rogantes quod quotiens necesse fuerit propter interceptionem emergentem in partibus predictis contra treugam predictam et requisiti fueritis a predicto vel dictatoribus treuge predicte assignatis ex parte sua, conveniatis ad faciendum de interceptionibus factis quod justum fuerit, negotium memoratum ea diligentia exequentes quod exinde debeatis merito commendari et a nobis grates reportare speciales. Ex quo etiam dictus L. dictatores ex parte sua assignaverit, nomina eorum nobis scire faciatis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur singulis dictatoribus.

Dictatores treuge capte inter regem et Lewelinum etc. R. Herefordensis, Landavensis, episcopi, Walterus de Baskervill', Willelmus filius Warini, in partibus Suthwallie.

Henricus de Alditheleg,' Fulco filius Warini, Hervicus Bagod, in partibus Nortwallie.

Et hoc significatum est G. Marescallo, comiti Penbr'. Et mandatum est ei quod treugas predictas tam a se quam a suis firmiter faciat observari, ne ipsas treugas per eum contingat infringi.

Postea mandatum fuit predictis episcopis et predicto Willelmo quod, quia idem Marescallus habet dictum Walterum suspectum, sine presentia ipsius Walteri, certis die et loco conveniant ad emendas faciendas ipsi comiti de dampnis et injuriis que sibi dicit esse irrogatas (*sic*) per Leulinum et Morganum de Karlyon et suos; ita quod dictus Walterus alias emendas dampnorum et interceptionum factorum et faciendorum infra treugas illas una cum eis dictet et emendet.

De salsa regis.—Mandatum est ballivis de Wych' quod non permittant quod aliqua salsa vendatur in villa de Wich' antequam salsa regis quam habet in eadem villa pertinentem ad maneria de Feckeham et Bremesgra' vendita fuerit. Teste rege apud Wudest', xxvij. die Julii.

Matillis uxor Johannis medici attornavit Gilbertum Crispun et Willelmum Russel in loquela que est [inter] Willelmum de Bello Campo et Emmam uxorem ejus, Henricum de Ayrel et Johannam uxorem ejus, et predictos Johannem et Matillidem, petentes, versus Johannem filium Henrici de Braybroc tenentem, de decem sellionibus terre cum pertinentiis in Hersenden.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Thomam Kutel de Cudelinton quem Simon de la Porte trahit ad warantum de quadam equa furrata venire faciat ad hundredum de Bolesden' in octabis Sancti Petri ad Vincula ad respondendum eidem Symoni de waranto predicte eque. Teste rege apud Wudest', xxix. die Julii.

1236.

[m 7*d*.] *Hybernia.*—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod audiat loquelam de appello, quod Willelmus de Harewud', Henricus et Johannes [fratres] ejusdem Johannis faciunt versus Elyam de Wardon', Johannem et Alexandrum fratres ipsius Elye et Adam de Cusac pro morte Roberti de Harewud', consanguinei predictorum Willelmi de Harewud' et fratrum suorum, et tam prefatis appellantibus quam appellatis secundum legem et consuetudinem Hibernie justicie plenitudinem exhibeant, proviso quod predicti appellantes firmam pacem regis habeant dum sunt in prosecutione appelli sui, nisi aliquid prius fecerint propter quod pacem regis habere non debeant. Teste rege apud Wudestok', ij. die Julii.

Bedeford'.—Willelmus de Clinton' attornavit Thomam de Rakinton' et Johannem de Sutwich versus Radulfum de Bayous et Simonem de Bayous et priorem de Kaldewell' tenentes, de una carucata et dimidia, dimidia virgata et sex acris terre et xx. acris bosci cum pertinentiis in Clopham et in Acl'.

[m. 6*d*.] Mandatum est ballivo de Feckeham quod convocatis hominibus regis de manerio regis de Feckeham per sex probos et legales homines ejusdem manerii et per sex probos et legales homines extra manerium illud appreciari faciat bladum existens in terra in dominico regis in manerio predicto secundum rationabilem estimationem, ut in optione sit hominum ejusdem manerii vel quod rex retineat bladum illud ad opus suum per precium ad quod appreciatum fuerit vel quod homines ejusdem manerii bladum illud retineant ad opus suum, salvo regi furragio inde proveniente ad opus averiorum regis; et rex de furragio illo eis respondebit. Et precium predicti bladi regi scire faciat. Teste rege apud Wudest', iiij. die Julii.

Oxonia. De quodam submerso.—Rex justiciariis suis proximo itineraturis in comitatu Oxonie, salutem. Sciatis quod, cum circa festum Sancti Petri ad Vincula anno regni nostri xx., cum essemus apud Wudestok', quidam garcio, scilicet Anselmus Hurtald de Paris' per infortunium submersus esset inventus ibidem, ipsum a vicecomite nostro Oxonie et quibusdam hominibus ejusdem comitatus fecimus videri et corpus ipsius sepulture tradi precepimus. Et ideo vobis mandamus quod in itinere vestro villatam de Wudest' vel aliquem occasione mortis predicte in nullo occasionetis vel occasionari permittatis. Teste rege apud Wudest', v. die Augusti.

Wasconia.—Mandatum est Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, quod albergagias aliquas non capiat ab aliquibus in partibus Wasconie vel ab alio capi permittat que de jure capi non debeant vel capi consueverunt temporibus predecessorum regum Anglie; et cum in locis ad hoc obligatis illas ceperit, cum tanta modestia et mensura id fieri faciat tam ab ei (*sic*) quam ab aliis quibus albergarie debentur, quod gravis eis non existat vel onerosus. Teste rege apud Wudest', vj. die Augusti.

1236.

[m. 6*d*.] Mandatum est Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, quod dominium cujusdam partis ville de Buglun, quam cepit in manum domini regis occasione felonie quam Willelmus Reymund' de Pinbus fecit, retineat in manu ipsius domini regis et nulli illud dimittat.

Leic'.—Radulfus de Nevill' attornavit Robertum de Paris contra Radulfum filium Gileberti, Willelmum filium Ricardi et alios quos clamat nativos suos.

Memorandum quod Willelmus filius Hugonis de Melkesham summonitus fuit coram rege die Jovis proxima post festum Sancti Petri ad Vincula ad ostendendum quo waranto tenet duas carucatas terre et dimidiam cum pertinentiis in Melkesham, que sunt de dominico regis. Qui venit et dixit quod non tenet nisi vj. bovatas, et quod antecessores sui et ipse habuerunt terram istam de dono regis Henrici, avi H. regis, avi domini regis et sine carta. Et datus est ei dies a die Sancti Michaelis in xv. dies. Dominus cancellarius breve penes se.

Rex vicecomiti Leic', salutem. Monstravit nobis Robertus de Petlinges quod, cum dedissemus in mandatis justiciariis nostris ad custodiam Judeorum assignatis quod ei terminos facerent habere rationabiles ab Ysaac, Judeo Noting', de debito quod idem Robertus ei debet, et justiciarii illi postea diem darent prefato Roberto similiter et prefato Judeo in crastino Animarum anno regni nostri xxj. ad finem faciendum de debito memorato, idem Judeus protulit tibi litteras nostras impetratas antequam dies predictus eis daretur, per quas tu seisiri fecisti ipsum Judeum de terra predicti Roberti in Petling' et de bladis, bobus et aliis bonis suis in terra illa inventis, ut de vadio suo. Et quia in facto illo manifeste injuriatum est predicto Roberto, si ita est, tibi precipimus quod diligenter inquiri facias utrum littere predicte, quarum auctoritate predictus Judeus missus est in saisinam predicte terre, impetrate essent antequam dies predictus prefixus esset eis ad finem predictum faciendum vel etiam postea per fraudem et deceptionem, et si tibi constiterit quod ante diem predictum impetrate fuerint vel post per deceptionem, tunc ipsum Robertum de terra sua resaisiri facias cum omnibus rebus et catallis suis per prefatum Judeum inde amotis, et si quid inde distractum fuerit vel amotum, id ei reddi facias, non permittens quod idem Judeus manum mittat ad terram predictam vel ad aliqua catalla sua ante diem predictum sine speciali precepto nostro. Teste rege apud Wudestok', vij. die Augusti.

Norhamton'.—Prior Hospitalis de Brackel' attornavit fratrem Simonem de Brackel' contra Magistrum Reginaldum de Hauso de xxiiij. acris terre in Wutefeld'.

[m. 5*d*.] Mandatum est justiciariis de Banco quod appellum quod Matheus de Lovano facit versus Willelmum le Enveyse, Hugonem le Serjant, Rogerum de Scogh'lund', Walterum de Groten', Gilebertum de Groten', Odinell' le Clerc, Johannem de Fakenham, Petrum Hog,

1236.
[m. 5d] Laurentium de Meauling' et Johannem de Ikewurth', caretarium, et alios de pace nostra fracta, in respectum ponat usque in xv. dies a die Sancti Hyllarii, anno xxj.

Buk'.—Johanna uxor Henrici de Ayrel attornavit ipsum Henricum contra Johannem filium Henrici de x. sellionibus terre in Pyrycroft.

Magister Ricardus Cocus attornavit Gervasium de Horton' contra Ricardum de Greinvill', Ricardum le Bastard', Edwardum de Stowa, Jordanum Fabrum, Ricardum de Spretesland'.

Leic'.—Radulfus Peverel attornavit Hugonem Peverel fratrem suum contra Johannem filium Johannis de terra in Musel'.

Norhamt'.—Amabilia uxor Johannis Passelewe attornavit eundem Johannem contra Ricardum filium Mathei, Gilebertum de Preston' et Nicholaum de Hortun' tenentes, de duabus partibus duarum virgatarum terre in Quenton' et de duabus virgatis terre in Hortun'.

Dereb'.—Ricardus de Watervill' attornavit Robertum de Brunesl' et Hugonem de Astun' contra Aliciam de Roland' de j. bovata et dimidia et tribus acris terre in Middeltun'.

Rotel'.—Hugo filius Michaelis attornavit Galfridum de Rokingh' contra Robertum filium Galfridi, Adam filium Ricardi et Martinum filium Galfridi de duabus bovatis terre et tertia parte unius mesuagii cum pertinentiis in Luffenham.

Linc'.—Ketelburnus de Keles attornavit Herebertum de Salfleteby contra priorem de Markeby de j. bovata terre in Markeby.

Huntindon'.—J. comes Cestr' et Hunt', attornavit Nicholaum Scissorem et Valentinum Clericum contra Simonem de Sancto Licio de manerio de Conninton' et contra abbatem Rames' de communa piscarie in Foderingheya.

Linc'.—Prior de Spalding' attornavit Thomam de Totinton' et Robertum de Halton' contra Willelmum filium Radulfi et Luciam uxorem ejus tenentes, de dimidia bovata terre cum pertinentiis in Pincebec.

Derb'.—Clementia, comitissa Cestr' et Linc', attornavit Walterum de Bereford' et Radulfum de Cestr' versus Stephanum de Segrave de divisis faciendis inter terram ipsius Stephani in Smesby et terram ipsius comitisse in Tykehal' et Rependon', et contra Nicholaum de Wilinton' petentem, de duabus bovatis terre cum pertinentiis in Wilinton.'

Linc'.—Willelmus de Vernun attornavit Philippum Cocum et Ricardum de Heriz contra Willelmum de Sancto Quintino de consuetudinibus et serviciis etc.

1236.

[m. 5d.] Alicia uxor Willelmi de Vernun attornavit predictum Willelmum, virum suum, et Philippum Cocum contra predictum Willelmum de Sancto Quintino etc.

Noting'.—Willelmus filius Radulfi attornavit Walterum filium Johannis contra Michaelem de Wivel' deforciantem, de xviij. denariatis redditus cum pertinentiis in Wivesl'.

Eboracum.—Willelmus de Vescy attornavit Johannem de Salleye et Robertum de Kirketon' contra Robertum de Brokobein tenentem, de duobus thoftis cum pertinentiis in Ripun.

Matillis uxor Galfridi de Weldeboef attornavit ipsum Galfridum, virum suum, contra Thurston' de Ravenesfeld' de consuetudinibus et serviciis de libero tenemento in Ravenesfeld'.

Linc'.—Radulfus de Normanneby attornavit loco etc. Hugonem de Weyern' et Philippum de Well' contra Rogerum de Normanneby et Agnetem uxorem ejus de uno thofto cum pertinentiis in Normanneby.

Dors'.—Matillis de Coudray attornavit Galfridum Cruble contra Robertum de Mordon' de consuetudinibus et serviciis de tenemento in Tillingden' et Letsinton'.

Rex dedit respectum Johanni Blancoilly veniendi coram eo a die Sancti Bartholomei in unum mensem anno etc. xx. ad satisfaciendum Johanni Saladin' et sociis suis, mercatoribus de potestate regis Francie, de contencionibus quibusdam inter ipsum et predictos mercatores ortis. Et preceptum est vicecomiti Bark' quod in ipsum nullam manum mittat interim occasione precepti regis quod eidem alias misit. Teste rege apud Noting', xxiiij. die Augusti.

[m. 4d.] *Wallia*.—Rex dilecto et fideli suo G. Marescallo, comiti Penbr', salutem. Significavit nobis L. princeps de Abberfrau et dominus Snaudon' graviter conquerendo quod vos terras et tenementa et bona Morgani de Carliun, que restituisse debueratis secundum quod in captione ultime treuge inter nos et ipsum principem provisum et statutum fuit, hactenus restituere distulistis, unde non immerito mirari possumus. Hinc est quod vobis mandamus firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini quatinus citra crastinum festi Nativitatis beate Marie id facere non omittatis, ita quod decetero non contingat nos pro defectu vestri super hoc sollicitari quo non mediocriter moveremur. Volumus enim vos non latere quod, si citra terminum illum id facere non curaretis, ulterius non dissimularemus [nec] possemus quin quod nostrum esset exequeremur. Et similiter mandavimus domino Cant' quod ipse quod suum est in hac parte exequatur secundum provisionem predictam. Ad hoc sciatis quod cum magister Ricardus Lumvill' clericus noster esset in presentia nostra constitutus tempore delationis prefate querele, ipse firmiter manucepit pro vobis quod taliter id quod minus actum est faceretis emendari, quod iterata querela inde ad nos minime perveniet. Teste rege ut supra.

1236.
[m. 4*d*.] *Pro rege de tela russeti.*—Mandatum est majori et ballivis Leic' rogando quod Germano scissori regis faciant habere ad opus regis unam telam boni russeti; per quem etiam regi significent pretium predicte, tele, ut illud eis reddi faciat. Teste rege apud Noting', xvij. die Augusti.

Pro quibusdam disseisitis per G. Marescallum.—Rex dilecto et fideli suo G. Marescallo, comiti Penbr', salutem. Bene recolitis, ut credimus, quod in fine guerre mote inter nos et R. Marescallum, quondam comitem Penbr,' fratrem vestrum, in forma pacis provisa concessum fuit quod quotquot desseisiti essent occasione guerre predicte, tam ex parte nostra quam vestra, seisinam terrarum et reddituum suorum recuperassent, et quia contra formam predictam disseisistis Gerardum de Prendegast, Adam de Keting, Robertum Hurscall' et Johannem de Valle de quibusdam terris et redditibus suis in Wallia et ipsos adhuc occasione predicta tenetis exclusos; vobis mandamus quod omnes predictos occasione predicta disseisitos sine difficultate aliqua de terris et redditibus suis reseisiri facias cum omnibus rebus et catallis suis que de terris predictis recepistis, permittentes ipsos sine impedimento et gravamine in seisina sua pacifice permanere; et ita vos habeatis in hac parte ne debeat ad nos inde querela iterata pervenire. Scire etiam vos volumus quod plurimum movemur et miramur quod contra formam predictam talia attemptastis et quod ipsam non servatis. Quapropter vobis mandamus quod per litteras vestras nobis significetis si formam pacis predictam observare volueritis. Teste rege apud Notingh', xxvij. die Augusti.

Stephanus de Segrave attornavit magistrum Radulfum de Lenton' contra Clementiam, comitissam Cestr', de divisis faciendis inter terram ipsius Stephani in Smitheby et terram ipsius comitisse in Tykenhal'.

Linc'.—Johannes de Essex' attornavit etc. Radulfum de Brechel' et Hugonem de Prille contra Graciam de Saleby, quod reddat ei catalla etc.

Hybernia. Consultationis regis.—H. Dei gratia rex Anglie etc. dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Milites de partibus vestris Hibernie nuper ad nos accedentes nobis ostenderunt quod, cum hereditas devoluta sit ad sorores in regno nostro Hibernie, justiciarii nostri in eisdem partibus itinerantes incerti sint utrum postnate sorores tenere debeant de primogenita sorore et ei facere homagium de portionibus suis vel de capitali domino et ei facere homagium. Et quia predicti milites a nobis petierunt inde certificari qualiter in regno nostro Anglie in casu consimili hactenus usitatum sit, ad instantiam eorundem vobis significamus quod in regno nostro Anglie semper talis fuit lex et consuetudo in hoc casu quod, si quis teneret de nobis in capite et haberet filias heredes, ipso patre defuncto antecessores nostri et nos semper habuimus homagia de omnibus filiabus et singule earum tenent de nobis in

1236
[m. 4*d*.] hoc casu in capite; et si infra etatem fuerint, nos habemus custodiam earum et maritagium. Si autem de alio quocunque tenuerint quam de nobis et ipse sorores infra etatem fuerint, dominus illarum habebit custodiam et maritagium singularum, et primogenita tantum faciet homagium domino pro omnibus sororibus, et alie sorores cum ad etatem venerint facient servitia dominis feodi per manum primogenite, nec poterit primogenita ea occasione petere a postnatis sororibus homagium vel custodiam vel aliquam aliam subjectionem hac ratione, quia cum omnes sorores sint quasi unus heres de unica hereditate, si primogenita posset habere homagium aliarum sororum et custodiam, tunc esset eadem hereditas divisa, ita quod primogenita soror fieret simul et semel de una hereditate domina et heres, heres scilicet sue partis et domina sororum suarum; quod quidem in hoc casu fieri non poterit, cum ipsa primogenita nichil petere possit plus quam minor, nisi capitále mesuagium nomine aesnescie. Et preterea cum primogenita sit heres omnium aliarum sororum si obierint sine herede de se, si ipsa habere posset custodiam sororum suarum vel puerorum suorum, hoc esset quasi committere agnum lupo devorandum. Et ideo vobis mandamus quod predictas consuetudines in hoc casu quas habemus in regno nostro Anglie secundum quod predictum est, in regno nostro Hibernie clamari et firmiter teneri faciatis. Teste rege apud Noting', xxx. die Augusti.

Hybernia. De applicatione navium in terra G. comitis Penbr'.—Rex dilecto et fideli suo M. etc. justiciario Hibernie, salutem. Cum villa nostra Waterford', sicut audivimus, plurimum deteriorata sit per applicationem navium que omisso portu ejusdem ville [applicant] apud Ros et Insulam in terra G. Marescalli, comitis Penbr'; mandavimus eidem comiti quod, cum nulle naves in terra sua predicta applicare debeant nisi ille solummodo que sint de terra sua propria et hoc de permissione nostra, prohiberi faciat quod naves alique nisi naves hominum suorum de terra sua propria decetero non applicent apud Ros vel apud Insulam per quod predicta villa nostra dampnum incurrat; quod nisi facere voluerit, id per vos fieri faceremus. Et ideo vobis mandamus quod si idem comes ad mandatum nostrum applicationem navium predictarum impedierit et prohibuerit in locis quibus videritis expedire, clamari faciatis et firmiter prohiberi ne aliqua navis, que non sit de propria terra ejusdam comitis, apud Ros vel Insulam applicare decetero presumat super forisfacturam nostram, set magistri navium tendant et accedant cum navibus suis et mercandisis usque Waterford' si voluerint ibidem negociari, sicut se ipsos voluerint indempnes servare. Teste rege apud Peverel Thorp', ij. die Septembris.

De assisis nove disseisine in comitatibus Eboraci et Norhumbrie. Eboracum.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod omnes assisas nove disseisine de comitatu que aramiande sunt coram justiciariis ad primam assisam etc. venire faciat coram rege apud Eboracum die Sabbati proxima post festum Exaltationis Sancte Crucis anno etc. xx. Teste rege apud Pontemfractum, iij. die Septembris.

1236.

[m. 4*d*.] *Norhumbria.*—Eodem modo mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod assisas nove disseisine que aramiande sunt coram justiciariis ad primam assisam etc. venire faciat coram rege apud Novum Castrum super Tynam die Sabbati proxima post festum Nativitatis beate Marie anno etc. xx. Teste ut supra.

Linc'.—Eodem [modo] mandatum est vicecomiti Linc' quod assisas nove disseisine que aramiande sunt coram justiciariis ad primam assisam etc. et que interim aramiande sint venire faciat coram rege apud Linc' in recessu de Novo Castro ad diem et locum quem rex ei scire faciet. Teste etc.

Eboracum.—Johannes de Rofa et Agnes uxor ejus attornaverunt Galfridum de Carleton' contra Nicholaum de Treyton', Eudonem de Sutton' et Aliciam uxorem ejus tenentes, de tertia parte unius mesuagii et sexaginta et octo acris terre cum pertinentiis in Holm', Ouston et Ulverherst'.

Dionisia que fuit uxor Symonis filii Raimundi et Matillis uxor Ade de Bokeden' attornaverunt predictos Simonem et Adam contra Willelmum de Arch', Herebertum, Rogerum et Petrum, fratres ejus, et Ricardum de Arch' tenentes, de xvij. bovatis terre cum pertinentiis in Shadowell' et in Smitheton'.

Eboracum.—Willelmus de Picheford' attornavit Adam de Picheford' contra Johannem de Torinton' petentem, de manerio de Elreton' cum pertinentiis. Teste rege apud Eboracum, vj. die Septembris.

Lanc'. De assisis nove disseisine captis coram W. de Eboraco.—Willelmus de Eboraco constitutus est justiciarius ad assisam mortis antecessoris capiendam quam Editha de Cungrave et Isolda soror ejus aramiaverunt versus Andream Blund', Johannem Teveray et Aliciam uxorem ejus, de tenemento in Cungrave. Et mandatum est eidem W. quod in recessu suo de de Noting' versus Salopiam capiat infra comitatum Staff' assisam predictam ad die et loco (*sic*) quos ad hoc viderit expedire et diem et locum. Et mandatum est vicecomiti Staff' quod assisam illam etc. Teste rege apud Pontem Fractum, iiij. die Septembris.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod assumptis secum xij. de legalioribus et discretioribus militibus de comitatu suo in propria persona sua accedat ad maneria de Barton' et Apelton' et per sacramentum eorundem fieri faciat perambulationem inter terram Ricardi de Gray in Barton' et terram Willelmi Paynel in Apelton', ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divisas, quia tam predictus Ricardus quam predictus Willelmus posuit se coram rege in perambulatione illa. Et perambulationem illam distincte et aperte in scriptum redactum (*sic*) habeat coram justiciariis regis ad primam assisam etc. Teste rege apud Eboracum, v. die Septembris.

1236.
[m. 3*d*.]

Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod fieri faciat perambulationem inter terram Rogeri Bertram in Hellesden' [Suarrusdelf' *erased*] et terram Aline de Kauz in Harewud', ita quod perambulatio fiat etc., quia predicti Rogerus et Alina posuerunt se in perambulatione illa. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, xv. die Septembris.

Et quod fieri faciat perambulationem inter terram Jordani Heyrun in Haddeston' et terram Hugonis de Morewic' et Ricardi Mautalent in Estchyv[i]nton'.

De prohibitione ripariarum.—Rex vicecomiti Wigornie, salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione clamari facias et firmiter prohiberi ex parte nostra ut nullus decetero eat ad riveandum in ripariis nostris in baillia tua, que in defenso fuerunt tempore H. regis avi nostri. Et scire facias omnibus de comitatu tuo qui ab antiquo et de jure facere debent pontes ad riparias illas, quod provideant sibi de pontibus illis faciendis, ita prompti sint et parati in adventu nostro quando eis scire faciemus. Teste rege apud Novum Castrum super Tynam, xv. die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Oxonie, Stafford', War' et Leic', Kantebrigie et Huntind', Rotel', Norhamt', Surr', Bedef' et Buk', Wilt', Noting' et Dereb', Suhamt', Glouc', Essex' et Herford', Berk', Dors', Sumers'.

Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod faciat perambulationem inter terram Hugonis de Morwic' in Chivinton del West' et terram Ricardi Mautalent in Chivinton del Est, et habeat perambulationem illam coram justiciariis itinerantibus in partibus illis. Teste ut supra.

Eboracum.—Robertus de Dayvill' attornavit Walterum de Kylleburn' et Willelmum de Alingeflet' loco suo contra Johannem de Halg' et Aliciam uxorem ejus de i. bovata terre cum pertinentiis in Aunestan'.

Priorissa de Swyne attornavit fratrem Willelmum Sacristan et Robertum de Stanern' contra Ricardum de Rugh'ton' de j. molendino in Rugh'ton'.

Marmaduc Darol attornavit Robertum de Nunnewic' contra Ricardum de Percy de divisis faciendis inter terram ipsius Marmaduc in Elvetemer' et terram predicti Ricardi in Topclive.

Eboracum.—Henricus de Dayvill' attornavit Gaudinum clericum contra Agnetem Genne de consuetudinibus et serviciis de tenemento in Gergrave.

Ysabella de Plumton' attornavit Serlonem de Plumton' contra Robertum de Stiveton' et Hawisiam uxorem ejus de terra in Ribbeston'.

Rex magistro W. officiali P. Wintoniensis episcopi, salutem. Ad nostram pervenit noticiam quod, cum quidam piscis regius nuper applicaret in terra prioris Sancti Swithuni Wintonie et confluentibus illuc tam baillivis nostris quam baillivis ipsius prioris manu communi

1236.

[m. 3*d*.] esset ad terram tractus et unanimi assensu baillivorum nostrorum et ipsius prioris esset in quadam domo depositus et sale conditus; quia baillivi nostri tandem non permiserunt dictum priorem pro voluntate sua de dicto pisce disponere, reservantes eum ad opus regium, debita inde vobis querela per prefatum priorem sententiam excommunicationis in baillivos nostros precipitastis, unde si miremur et moveamur minime mirari debetis, cum nullus in regno nostro jus habeat hujusmodi regium piscem vendicandi ubicumque applicuerit, nisi de jure speciali a nobis vel predecessoribus nostris ei fuerit indultum. Et licet baillivi nostri graves exstitissent ipsi priori vel alicui super concessa ei a regia potestate libertate, ob regiam tamen reverentiam requirendi essemus ut id emendare faceremus, et tunc demum si negligentes essemus in hac parte, posset in baillivos nostros honestius animadverti. Et ideo vobis mandamus rogantes quatinus prefatos baillivos nostros a dicta sententia excommunicationis faciatis absolvi, et si memoratus prior ostendere velit quod jus habeat in hujusmodi regio pisce, parati sumus ipsum audire et ei per considerationem curie nostre justiciam exhibere. Teste rege apud Donecastr', xxvij. die. Septembris.

Linc'.—Robertus de Beivill attornavit Willelmum de Ulehal' contra Robertum et Ketelbertum de Keles', Thomam le Ostricer, Henricum Bec, Antonium de Ratheb', Alanum Simenhorn' et Antonium de Michingby de consuetudinibus et serviciis que predicti Ketelbertus, Henricus, Thomas, Antonius, Alanus Smenhor' et Antonius a predicto Roberto exigunt in Tibethu.

[m. 2*d*.] *Linc'*.—Prior de Cruce Roesie attornavit fratrem Eustachium, canonicum suum, et Henricum de Pelham de terra in Ouresby, Thorneton, Campthorp et Angoteby.

Gratia de Insula attornavit Herebertum de Salfleteby contra Thomam de Scotiny de consuetudinibus et serviciis de tenemento in Heynton' et Barewurth'.

Eadem Gratia attornavit eundem Herebertum contra Durand' de Grymesby et Agnetem uxorem ejus de dimidio tofto in Grimesby.

Willelmus de Vernun attornavit Galfridum de Ouneby contra Willelmum de Sancto Quintino de consuetudinibus et serviciis, et contra eundem Willelmum de Sancto Quintino de averiis ipsius Willelmi captis et contra vadium et plegium detentis.

Eboracum.—Abbas de Thorniton' attornavit fratrem Willelmum de Hedon' et Robertum le Clerc contra Ranulfum de Faxflet' de c. et xl. acris terre in Faxflet'.

Linc'.—Hugo Paynel attornavit Adam Tuschet et Gilebertum filium Radulfi contra Johannem filium Willelmi de xiij. bovatis terre et dimidia in Westrasun.

1236.
[m. 2*d*.] Hugo filius Radulfi attornavit Ricardum Lupum contra Johannem filium Hugonis de consuetudinibus et serviciis de tenementis in Ringedon', Kyrkeby et Reppingehal'.

Linc'.—Alexander de Pointon' attornavit Stephanum de Horbiling' contra Alinam que fuit [uxor] Johannis Mar' de terra in Greyb'.

Kantebrigia.—Rogerus, prior Huntind', attornavit Oliverum de Rames' et Henricum de Norhamt' de consuetudinibus et serviciis, que Radulfus Sanzaveir ab eo exigit de tenemento in Croxton'.

Leic'.—Idem prior attornavit eosdem contra Hugonem de Boby de consuetudinibus et serviciis.

Bedeford'.—Willelmus de Bello Campo attornavit Willelmum Britonem contra magistrum Simonem le Bel de Bedeford' coram domino rege a die Sancti Michaelis in xv. dies de quadam conventione inter eos facta.

Linc'.—Sapientia uxor Laurentii de Gyrlington' attornavit ipsum Laurentium contra Willelmum de Wegelond de terra in Thorp'.

Alrc' de Hamerton' et Roesia uxor ejus attornaverunt Willelmum de Westun' contra Thomam Tracy et Leticiam uxorem ejus, Henricum de Impingeham et Cristianam uxorem ejus, et Beatriciam filiam Rogeri, de terra in Hamerton'.

Essex'.—H. episcopus Elyensis, attornavit Matheum Christien et Eudonem de Shelfangr' contra Johannem de Litlebir', Ricardum filium Emme, Josceum filium Matild', Agnetem de Wicheford', Godmar' de Trumpinton' et Edelinam uxorem ejus, de terra in Hadestok'.

Mandatum est vicecomiti Noting' quod in pleno comitatu suo et per totam bailliam suam clamari faciat quod nullus impediat volentes ire ad passagium de Torkes' et aquam de Trent' ibi transire, quominus illuc ire possint et ibi transire; et quod nullus consuetudinem ibi vel alibi per aquam de Trent' pro passagio debitam vel etiam theloneum regis injuste presumat asportare. Teste rege apud Sanctum Neothum, x. die Octobris.

Mandatum est H. de Path', thesaurario regis, quod provideat sibi de compoto suo reddendo apud Keninton' coram rege die Veneris proxima post octabas Sancti Dionisii de omnibus receptis et exitibus Scaccarii de tempore suo quo exstitit thesaurarius.

Mandatum est Willelmo Mauduit et Margarete de Ripar' quod tunc sint ibi cum thesaurario et rotulis suis et militibus qui toto tempore illo loco suo residerunt ad Scaccarium.

[m. 1*d*.] David Gargat attornavit loco suo Ricardum Swetbon' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Norhampt' per breve de recto inter ipsum Radulfum (*sic*) petentem et abbatem de Burgo, Radulfum, personam de Irtligburg', Stephanum filium Ricardi

1236.

[m. 1*d*.] Aliciam que fuit uxor Roberti de Adinton', Aliciam matrem ejus, Symonem le Clerk et Julianam uxorem ejus, de vij. virgatis terre in Irtliburgh'.

Willelmus de Ripariis attornavit Radulfum de Elfeton' contra Evam de Tracy et Reginaldum de Albo Monasterio. [*Cancelled.*]

Surr'.—Johannes de Geldeford' attornavit Johannem de Norton' contra Robertum Gamasch' et Agnetam uxorem ejus et Marsanam la Here de medietate j. mesagii in Geldeford'.

Hertford'.—Alicia uxor Willelmi de la Gren attornavit ipsum Willelmum contra Margaretam de Ripariis de terra in Sabrichewurth et contra abbatem Rading' de terra in eadem villa et contra Jordan' de Eynho de ij. acris prati in eadem villa et contra Willelmum Fabrum et Cristianam uxorem ejus de terra in eadem villa.

H. Dei gracia etc. L. principi de Abberfrau et domino Snaudonie, salutem. Memoriter tenemus quod delata nobis per magistrum J. petitione vestra de comite Marescallo super eo quod emendas non fecit sicut provisum fuit super dampnis Morgano de Carl' erogatis per occupacionem castri sui, dedimus vobis diem ut post festum Sancti Michaelis jam preteritum commissarios ad nos mandaretis ut plenas emendas super premissis fieri faceremus unde plurimum miramur quod hactenus ad [presens] facere distulistis. Nichilominus [ipsum] predictum comitem Marescallum in presencia nostra constitutum super predictis rigide convenimus. Qui tandem bonam securitatem nobis fecit per dilectos et fideles nostros. W. comitem Warenn', W. comitem de Ferrariis, H. comitem Essexie et Herefordie, et H. de Ver, comitem Oxonie, quod ipse [marescallus ad nonnull]a que restant emendanda ad certum diem dignas faciet emendas sicut facere debebat [et volentes] quod emende predicte taliter fiant assignavimus dilectum et fidelem nostrum priorem de Wentlok qui die et loco quos mandare facietis nunciis vestris ad hoc mittendis a latere vestro [inter erit proviso quod] locus sit ita tutus et dies ita diffusus ut predictum comitem Marescallum de loco et die certificare possit, qui illuc veniet vel nuncios suos mittet ad emendas premissas faciendas, sicut predictum est. Vos igitur ipsum priorem de predictis die et loco per litteras vestras certificetis, hoc non omittentes quod locus nec prefato comiti nec predicto priori merito debeat esse suspectus et quod vos ita sic [scribatis quod] prior predictum comitem possit certificare, sicut predictum est. Teste rege apud Kenint', xxj. die Octobris. [*The original is decayed, and the text, as above printed, somewhat conjectural throughout.*]

21 HENRY III.

1236.
[m. 22.] *Pro rege. De vinis retinendis apud Suhampt'.*—Dominus rex mittit Johannem Mansel usque Suhampt' ad retinendum xx. dolia vini ad opus suum.

Pro Johanne de Gray.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod demandam quam facit Johanni de Gray de sectis comitatus et hundredi de terra ipsius Johannis in Eston', ponat in respectum quousque rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Octobris.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto servienti nostro Radulfo de Sancto Sampsone cui dedimus maritagium Willelmi filii et heredis Roberti de Bruer' ad opus Johanne filie sue, l. et vj. libras que nobis debebantur de terra que fuit predicti Roberti in Warl' de debito Walteri de Leycestr', de quibus nobis reddi consueverunt iij. marce per annum ad Scaccarium nostrum, ita quod si predictus heres suscitet prolem de predicta filia ipsius Radulfi, qui vivat et succedat in hereditate predicta, ipse Willelmus de Bruer' et heredes sui in perpetuum sint quieti de debito predicto. Si vero contingat ipsum Willelmum mori antequam prolem de predicta Johanna suscitet qui in hereditate predicta succedat, tunc debebitur et reddetur nobis vel heredibus nostris totum predictum debitum de terra predicta. Et ideo vobis mandamus quod ita fieri et inrotulari faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. die Octobris. [*Cancelled*] *Quia non habuit.*

Devon'. Pro Ricardo de Langeford'.—Ricardus de Langeford' habet unum mercatum apud Brawurthy, manerium suum, singulis septimanis per diem Veneris quod prius teneri solet per diem Mercurii ibidem, et unam feriam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancte Trinitatis, que prius ibidem solet teneri in vigilia et in die et in crastino Decollationis Sancti Johannis Baptiste. Et mandatum est vicecomiti Devon' quod ita clamari et teneri faciat per totam balliam suam. Teste rege apud Westmonasterium, secundo die Novembris. Per W. de Ralegh, per preceptum regis.

Pro Roberto de Muscegros.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Roberto de Muscegros duos capreolos in ballia sua, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Novembris.

Pro Johanne comite Cestr' et coheredibus suis.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod demandam quam per summonitionem Scaccarii nostri facitis Johanni, comiti Cestr' et Hunt', et participibus suis et coheredibus R. quondam comitis Cestr' et Linc',

1236.
[m. 22.] de debitis que idem comes R. nobis debuit, ponatis in respectum usque in xv. dies a die Sancti Hyllarii, anno regni nostri xxi., ita quod nisi tunc inde nobis fuerit satisfactum, statim distringantur ad solutionem predictorum debitorum. Teste rege ut supra.

De mercatoribus mittendis usque Westmonasterium.—Dominus rex quandam falsam monetam inventam cum quibusdam mercatoribus de partibus transmarinis in nundinis de Gernemutha, quam probi homines de Gernemutha domino regi miserunt, illam remisit eis mandantes eis quod ipsos cum quibus inventa fuit illa moneta salvo venire faciant usque Westmonasterium coram baronibus suis de Scaccario et justiciariis de Banco ad recipiendum ibi quod inde recipere debuerint. Teste rege ut supra.

Quod barones et justiciarii de Banco ipsos recipiant.—Et mandatum est baronibus et justiciariis predictis quod mercatoribus predictis in presentia sua constitutis, et visa moneta illa, fieri faciant eis quod secundum merita sua fuerit eis faciendum. Teste rege ut supra.

Pro Radulfo le Foun.—Mandatum est vicecomiti Staff' quod utlagariam que ad proximum comitatum suum debuit promulgari in Radulfum le Foun pro morte Roberti filii Matildis, unde rettatus est, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post Purificationem Beate Marie, anno regni nostri xxj., et interim diligenter inquirat per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo utrum idem Radulfus rettatus sit de morte illa odio et athia et quo odio et qua athia; an, si eum occiderit, ipsum occidit in felonia vel in se defendendo. Et inquisitionem inde factam sub sigillo et sigillis eorum etc. Teste rege ut supra.

Pro Judeis Oxonie deliberandis.— Mandatum est constabulario Oxonie quod omnes Judeos quos cepit et captos tenet in castro Oxonie occasione cujusdam pueri conversi et baptizati qui dicebatur per ipsos Judeos raptus esse et qui jam inventus est apud Exoniam, sine dilatione deliberet. Teste ut supra.

De puero rapto a Judeis Oxonie mittendo usque Oxoniam.—Mandatum est constabulario Exonie quod puerum qui dicebatur raptus esse per Judeos Oxonie occasione conversionis sue et inventus est et penes eum moram facit, ut rex audivit, sine dilatione mittat usque Oxoniam liberandum ibidem fratri Roberto Bacun ad custodiendum. Teste ut supra.

Pro decano et capitulo Rotomagi.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam fieri fecimus, quod homines decani et capituli Rotomagi de Cler' semper extiterunt quieti de tallagio postquam manerium de Cler' eis collatum fuit per Henricum quondam regem Anglie, avum Henrici regis avi nostri; vobis mandamus quod de tallagio quod ab eis exigitis per summonitionem Scaccarii nostri ipsos quietos esse faciatis. Teste rege apud Windes', vj. die Novembris.

1236.
[m. 22.] *Pro J. de Gatesden'.*—Mandatum est Alano de Geudeford' quod liberet J. de Gatesden' palefridum liardum quem habet in custodia sua quem Abbas de Evesham dedit Alianore regine, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro rege.—Mandatum est probis hominibus Wall' quod mittant domino regi prepositos suos et duos de majoribus et melioribus ex suis apud Westmonasterium in octabis Sancti Hyllarii ad loquendum cum rege et providendum qualiter status mercatorum, tam de terra regis quam forinsecorum in regno suo, possit meliorari. Teste rege ut supra.

Pro J. comite Linc'.—Mandatum est Ricardo marescallo quod a latore presentium recipiat equum quem dominus rex donavit J. comiti Linc', et habere faciat eidem latori equum balidinum qui lesus fuit in genu in navi ad opus ipsius comitis de dono regis. Teste rege apud Windles', vij. die Novembris. Per fratrem G.

Pro abbate de Persor'.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis sicut alias mandavimus per venerabilem patrem R. Cycestrensem episcopum, cancellarium nostrum, quod pacem habere faciatis abbati de Persor' de murdro quod ab eo exigitis per summonitionem Scaccarii nostri; unde quietantiam habet per libertatem ei concessam per cartas predecessorum nostrorum, regum Anglie. Teste rege ut supra.

**Pro executoribus Thome, quondam Norwicensis episcopi.*—Mandatum est Roberto de Sotindon', custodi episcopatus Norwicensis, quod accepta bona et sufficienti securitate coram vicecomite Norf' et Suff' ab executoribus testamenti Thome, quondam Norwicensis episcopi, quod satisfacient regi de debitis que idem episcopus regi debuit, plenam seisinam habere faciat eisdem executoribus de omnibus bonis que fuerunt ejusdem episcopi et sunt in manu regis pro debitis predictis ad testamentum predictum exequendum; ita tamen quod boves et carucas et blada sufficientes retineat ad terras predicti episcopatus excolendas et seminandas et ad servientes sustentandos, per certum pretium per probos et legales homines appositum, quod quidem vult rex eisdem executoribus in debitis predictis allocari. Teste rege apud Windes', vij. die Novembris.

Pro R. de Blunvill, archidiacono Norf' et Suff'.—Rex Johanni Gubaud, salutem. Mandamus vobis quod, accepta bona et sufficienti securitate a Radulfo de Blunvill', archidiacono Norf', de xx. et v. libris nobis reddendis de terra illa cum pertinentiis quam Thomas de Blunvill', quondam Norwicensis episcopus, habuit de perquisito in Glenham, prefato archidiacono plenam seisinam habere faciatis, salvo jure cujuslibet qui inde loqui voluerit. Teste rege ut supra. [*Cancelled.*]

* This and the next entry are cancelled '*quia sunt in rotulo finium anni xxj*.'

1236.
[m. 22.] *Pro Ricardo Siward.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt Ricardo Siward per summonitionem Scaccarii ponant in respectum usque in crastinum Sancti Andree Apostoli, anno regni xxj. Teste rege apud Windes', viij. die Novembris.

Pro Ricardo de Gray.—Mandatum est eisdem quod, ex quo Ricardus de Gray, cui diem prefixerunt reddendi compotum suum de comitatu Northumbrie, a Scaccario regis recessit non licentiatus et compoto suo non reddito, quod secundum consuetudinem ejusdem Scaccarii procedant ad judicium de facto suo proferendum. Teste rege ut supra.

Pro Symone Percefoil.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Mandamus vobis quod extendi faciatis terram Symonis Percefoill' in comitatu Bed', quantum valeat per annum in dominicis redditibus et omnibus aliis exitibus terre, et eidem Symoni secundum extentam illam rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciatis de debito quod debet Aaroni filio Abraham, Aaroni Blundo et Elye fratri ejus, Judeis Lond', et David' filio Vives et Isaac filio David, Judeis de Norhampt'. Teste rege ut supra. Per W. de Ralegh'.

Pro probis hominibus Lond'.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod de debitis que per summonitionem Scaccarii nostri exigitis a probis hominibus nostris de Lond' pacem eis habere permittatis usque ad octabas Sancti Hyllarii, anno regni nostri xxj. Teste rege ut supra.

Pro Anketillo Malure.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam xxiij. marcarum ix. solidorum et ix. denariorum quam per summonitionem Scaccarii facitis Anketillo Malure pro bladis emptis in manerio de Erleh', pacem ei habere permittant usque ad octabas Purificationis Beate Marie, anno regni xxj. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo de Ken.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Ken v. damas in foresta regis de Rokingeham, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Dunolmensi episcopo.—Mandatun est Ricardo de la Lade quod habere faciat R. Dunolmensi episcopo, v. damas in [haya de *cancelled*] Blakedon' contra instans festum Natalis Domini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ken.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod plenam seisinam habere faciat Willelmo de Ken de terra quam Philippus de Albiniaco tenuit de rege aliquando in Wylitun', salvo termino R. comitis Cornubie, ad quem predictus Philippus illam dimisit antequam profectus fuit in Terram Sanctam.

1236.
[m. 22.] *Pro Willelmo de Ken.*—Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod plenam seisinam habere faciat eidem Willelmo de terra quam Fulco de Mungomery tenuit de rege in Codreye, salvis eidem Fulconi catallis suis et bladis que habet in predicta terra de autumpno proximo preterito. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo de Ken.—Et mandatum est vicecomiti Cantebr' quod de terra quam idem Fulco tenuit de rege in Mordon' plenam seisinam habere faciat eidem Willelmo, salvis eidem Fulconi catallis et bladis suis que habet in predicta terra de autumpno proximo preterito. Teste rege ut supra.

Wiltes'. De finibus et ammerciamentis.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod illos de comitatu suo qui liberaverunt fines et ammerciamenta sua de ultimo itinere justiciariorum in comitatu suo J. Bathoniensi episcopo, per libertatem quam ei concessit rex per cartam suam, non distringat pro predictis finibus et ammerciamentis sibi reddendis; et si quid inde ceperit, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste rege ut supra.

Pro Henrico de Muneghedeu'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, inspectis rotulis regis de Scaccario, diligenter inquirat (*sic*) quantum a retro fuerit Henrico de Muneghedeu' de annuo feodo suo xx. marcarum quod percipit ad Scaccarium de dono regis, et secundum inquisitionem inde factam eidem Henrico allocet arreragia sua de annuo feodo suo predicto in debitis que regi debet et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii regis. Teste rege ut supra.

De palefrido liberando comitisse Penbr'.—Mandatum est Alano de Geudeford' quod nigrum palefridum quem rex habuit de dono domini W. Eboracensis archiepiscopi, qui est in custodia sua, sine dilatione liberet presentium latori ad opus dilecte sororis sue comitisse Penbr', de dono regis.

[m. 21.] *De clamore faciendo apud Suht' de vinis vendendis.*—Mandatum est majori et ballivis Suht' quod per totam villam suam clamari et firmiter prohiberi ex parte regis faciant quod nullus super forisfacturam regis vendat sextercium vini rubei carius quam pro x. denariis nec sextercium vini albi Gallici carius quam pro viij. denariis, et hanc assisam ita teneri faciant ne pro transgressione sua rex ad eos capere debeat. Teste rege ut supra. [*Cancelled.*]

Eodem modo scribitur ballivis Bristolli et ballivis Glouc', majori et vicecomitibus Lond' set sub alia forma, et vicecomiti Sumers' et Dors', vicecomiti Devonie, vicecomiti Kancie, majori et ballivis Wintonie, majori et ballivis Exonie, ballivis Novarum (*sic*) Sarr', ballivis Wiltonie, constabulario Merleberg'. [*Cancelled*] *quia in tergo istius ejusdem rotuli.*

De Radulfo de Pesehaul'.—Rex vicecomiti Norf', salutem. Quia, sicut nuper nobis significasti, non potuisti salvum conductum facere Radulfo de Pesehaul' qui est in prisona nostra apud Norwicum ad

1236.
[m. 21.]

eum ducendum coram justiciariis apud Westmonasterium, sicut tibi precepimus, mittimus ad te Petrum de Lungevill', se decimo servientum equitum armatorum, precipientes quod ipsum Radulfum predictis servientibus liberes ducendum usque Westmonasterium coram justiciariis nostris, sicut predictum est; et eisdem servientibus nostris de gente tua succursum facias et auxilium ad eum salvo conducendum. Teste rege ut supra.

Pro Judeis.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Sciatis quod respectum dedimus Judeis usque in xv. dies a die Sancti Hyllarii anno regni nostri xxi. de arreragiis que nobis debent de tallagio x. mille marcarum super eos assiso. Et ideo vobis mandamus quod respectum illum eis inde habere faciatis, et interim districtionem fieri faciatis pro arreragiis predictis per consilium proborum hominum Judeorum, sicut fieri consuevit. Teste rege apud Windes', ix. die Novembris.

Pro comitissa Penbr'.—Dominus rex commisit A. comitisse Penbr', custodiam parci sui de Odyham et forinceci bosci sui pertinentis ad idem manerium et viridis et venationis sue ibidem. Et manuceperunt R. comes Cornubie, et J. comes Linc', quod ipsa salvo custodiet et viride et venationem. Et mandatum est Reginaldo de Albo Monasterio quod de predicta custodia ei plenam seisinam habere faciat. Teste rege, ut supra.

Pro Baldewino de Ver.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Baldewino de Ver v. damas in ballia sua extra parcos regis et extra forestam regis de Waberg', de dono regis. Teste rege apud Windes', x. die Novembris.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod rex perdonavit Baldewino de Ver misericordiam in quam incidit coram justiciariis suis ultimo itinerantibus in comitatu Leyc' pro defalta quam fecit coram ipsis tempore quo fuit in servicio regis in partibus Alemannie per preceptum regis prosequendo loquelam suam versus Willelmum de Carleton', a quo exigebat compotum rationabilem ei reddi. Et ideo mandatum est eis quod tam ipsum Baldewinum quam plegios suos inde quietos esse et a rotulis Scaccarii regis extrahi faciant. Teste rege ut supra.

Pro Radulfo de Wilton'.—Mandatum est eisdem quod nullum compotum exigant a Radulfo de Wilton' de tempore quo fuit ballivus Petri de Rivall', nec ipsum occasione illius compoti distringi faciant donec rex aliud inde preceperit; quia idem Radulfus litteras regis habet de quietantia ne compotum reddat de tempore predicto. Teste rege apud Windles', xj. die Novembris.

Pro Hugone de Bolebec.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod seisinam habere faciat Hugoni de Bolebec de toto dominico regis Cnareburg' cum pertinentiis per extentam inde factam, si rationabiliter facta fuerit; et, nisi fuerit rationabiliter, per aliam

1236.
[m. 21.] extentam quam ipse fieri faciat, ad dominicum illud habendum a festo Sancti Michaelis, anno regni xx. usque in unum annum completum. Ita quod extenta predicti dominici computetur eidem Hugoni in cc. marcis quas percipit per annum pro custodia comitatus regis Northumbrie et castris de Novo Castello super Tynam et de Bamburc'* custodiendis. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo Talebot, vicecomite Glouc'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod Petrum de Eggeswurth' et Thomam de Sancto Martino, clericum, admittant ad respondendum ad Scaccarium regis loco Willelmi Talebot, vicecomitis Glouc', de exitibus ejusdem comitatus et de aliis que ad balliam suam pertinent. Teste rege ut supra.

Pro Eboracensi archiepiscopo.—Mandatum est Thome de Langel' quod faciat habere Eboracensi archiepiscopo x. quercus cum omnibus excaetis in foresta regis de Quichelwud ad postes faciendos ad quoddam stabulum faciendum apud Otingtun' ad opus suum et regis, de dono regis. Teste rege apud Windes', xj. die Novembris. Per fratrem G.

Mandatum est Thome de Sandford' quod habere faciat eidem archiepiscopo vj. quercus in foresta regis de Bradon' cum omnibus excaetis aptos ad pannos faciendos ad quoddam stabulum faciendum ad opus suum et regis, de dono regis. Teste rege ut supra. Per fratrem G.

Pro W. de Kirkeham, decano Sancti Martini Lond'.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere W. de Kirkeham, decano Sancti Martini Lond', tres damas in ballia sua in foresta Essex', de dono regis. Teste rege apud Windes', xij. die Novembris.

Et mandatum est Waltero de Burg' quod habere faciat eidem Waltero l. bremias in vivario regis de Neuport, de dono regis. Teste rege ut supra.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod ex quo W. de Kyrkeham, decanus Sancti Martini Lond', compotum reddiderit ad Scaccarium de custodia garderobe domini regis de tempore quo nondum reddidit, litteras patentes domini regis de quietantia compoti quas eis mittit, predicto decano liberent. Teste rege apud Windles', xij. die Novembris.

Pro Galfrido de Chauseye.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod appellum quod David de Cauntelay facit versus Galfridum de Chauseye de morte Johannis de la Mare, scilicet de precepto, venire faciat coram justiciariis regis apud Westmonasterium in octabis Sancti Hillarii anno regni xxj. et interim ipsum Galfridum in comitatu suo interrogari non faciat, quia venerabilis pater W. Karleolensis episcopus, manucepit coram rege quod ipsum Galfridum tunc habebit ad standum inde recto coram eisdem justiciariis; et quod habeat ibi attachiamenta illius appelli et hoc breve. Teste rege ut supra.

* Corrected from 'Knareburc.'

1236.

[m. 21.] *Pro hominibus de Roffa.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt hominibus de Roffa de vj. libris de firma ville sue de Roffa, de quibus contentio est inter Cantuariensem archiepiscopum et ipsos homines de Roffa pro libertate ipsius archiepiscopi, in respectum ponant usque a festo Sancti Hillarii in xv. dies anno regni xxj. et tunc inquiri faciant utrum dicti homines dictas vj. libras regi reddere debeant ad Scaccarium in firma predicte ville, an inde quieti esse debeant per libertatem ipsius archiepiscopi, ut dicunt. Teste rege ut supra.

Pro executoribus T. quondam Norwicensis episcopi.—Mandatum est Johanni Gubaud quod de omnibus bonis que fuerunt T. quondam episcopi Norwicensis, in Wikes, Blaketon' et in Glenham, plenam seisinam habere faciat executoribus ejusdem episcopi ad testamentum ipsius episcopi exequendum et sunt in manu regis, retentis in manu regis bobus et averiis et carucis de predictis maneriis de Wikes et de Blaketon ad terras eorundem maneriorum excolendas et blado sufficienter ad terras ipsas seminanda (*sic*) et servientes sustentandos, que cum sint retenta appreciari faciat per sacramentum proborum et legalium hominum, quia pretium illud vult rex eisdem executoribus in debitis in quibus idem episcopus ei tenebatur allocari. De manerio de Glenham nichil vult rex ad opus suum retinere sed quod omnia catalla ibidem inventa eisdem executoribus liberentur. Teste rege ut supra.

De vinis regis apud Lincoln' vendendis.—Mandatum est majori et ballivis Linc' quod, quia significaverunt domino regi quod pro vj. doliis vini putrefacti venditioni expositis capere potuerunt tantum vj. libras et non plus, quod sex libras pro predictis vj. doliis vini capiant et ad opus regis custodiant donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra. [*Cancelled.*] *Quia est in rotulo finium anno xxj.*

Pro Henrico de Cokeham.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod septies xx. libras l. et iiij. solidos et unum denarium, in quibus Henricus de Cocham tenebatur comiti Britannie, et quos ab eo exigunt per summonitionem Scaccarii regis, reddat regi unam medietatem ad Pascha anno regni xxj. et ad festum Sancti Michaelis anno eodem aliam medietatem; et quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Windes', xiij. die Novembris.

Pro Roberto de Mapeldurham.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod demandam quam facit per summonitionem Scaccarii regis Roberto de Mapeldurham de tempore quo fuit vicecomes Berk' sub Petro de Rivall' ponat in respectum usque ad festum Sancti Hillarii, anno regni xxj. Teste rege ut supra.

Allocate pro vicecomite Eboraci.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Allocate vicecomiti nostro Eboraci in exitibus ejusdem comitatus c. libras pro custodia ejusdem comitatus et castri nostri de Scardeburg' a primo die Maii anno regni xx. usque in unum annum completum. Teste rege ut supra.

1236.
[m. 21.]

De navi del Dam et marinellis in ea existentibus deliberandis.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod navem del Dam quam arestaverunt eo quod quidam Robertus le Porter, volens exire de eadem navi, per infortuniam cecidit in aquam de Tamisia et submersus est, deliberari faciant una cum marinellis in eadem navi existentibus; quam quidem navem et predictos marinellos ad instantiam Roberti, advocati Bethunie, concessit deliberari. Teste rege ut supra.

Pro Rogero de Cressy.—Mandatum est Roberto de Sotindon', custodi episcopatus Norwicensis, quod iiij. solidos, quo cepit de terra que fuit bone memorie Thome, quondam Norwicensis episcopi, in Glenham, quam idem episcopus tenuit de Rogero de Cressy in feodo, eidem Rogero sine dilatione reddat. Teste rege ut supra.

Pro abbate de Cyrencestr'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod rex concessit Philippo de Albiniaco per litteras suas patentes, antequam iter peregrinationis arriperet versus Terram Sanctam de voluntate ipsius regis, invadiare posset manerium de Bamptun', quod tenuit de ballio suo, cui vellet, usque ad terminum trium annorum, et dimissionem suam gratam haberet et acceptam. Et quia dominus rex* quod manerium illud invadiavit abbati Cyrencestrie usque ad terminum predictum, †quod ipsum abbatem permittat tenere predictum manerium in pace usque ad terminum trium annorum plene completorum, sicut predictum; et si ipsum inde disseisivit per mortem predicti Philippi, plenam seisinam inde ei habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro reclusa Sancte Margarete as Patines.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Sciatis quod perdonavimus recluse Sancte Margarete *as Patines* xij. solidos quos debet Sclune et Pyum, Judeis Lond', et quod ipsam reclusam de predicto debito quietam esse faciant. Et vadia que predicte Judee pro predicto debito detinent ei sine dilatione deliberari faciant. Teste rege ut supra.

Pro monachis de Stanleg'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt monachis de Stanleg' in Wiltesyr' de murdro, unde quieti esse debent, ut dicunt, per cartam Ricardi regis, avunculi nostri, et confirmationem nostram, ponant in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii, anno regni xxj. Teste rege apud Windles', xiij. die Novembris.

De Ricardo de Gray.—Mandatum est baronibus de Scaccario et thesaurario suis quod rex habet gratum et acceptum id quod fecerunt de Ricardo de Gray, ipsum pro defalta sua primo die condempnando ad c. solidos, et consimiliter duobus diebus sequentibus, et quarto die judicando ipsum incidisse in misericordiam domini regis; et quod ea que ad ipsos pertinent secundum constitutionem Scaccarii regis exequantur. Teste rege ut supra.

* *sc.* certior factus est. † [mandat.]

1236.
[m. 21.]

Pro Thoma de Cyrencestr', vicecomite Sumers' et Dors'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, quia Thomas de Cyrencestr', vicecomes regis Sumers' et Dors', pro negotiis regis quibus intendit in partibus suis per preceptum regis, coram eis comparere non potuit ad diem ei prefixum de compoto suo reddendo, quod de eodem compoto reddendo respectum ei habere permittant usque ad festum Sancti Hillarii, anno regni xxj. Teste rege ut supra.

Pro Ricardo de Stanes.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Ricardi de Stanes in comitatu Buk', quantum valeat per annum in dominicis redditibus et omnibus exitibus terre; et eidem Ricardo secundum extentam illam rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant de debito quod debet Aaron' filio Abraham', Abraham' filio Vive, Elye Blundo, Leoni filio Isaac, Judeis Lond', et Sampsoni filio Aaron', Judeo de Norwico. Teste rege ut supra.

Pro Emma que fuit uxor Johannis Molendinarii.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, si Johannes Molendinarius et Godardus le Macun, qui jam defuncti sunt, plegii fuerunt Roberti Stilling' de xx. et iij. solidis et iiij. denariis ad quos idem Robertus ammerciatus fuit coram justiciariis itinerantibus ad placita foreste in comitatu Oxonie, quod non distringant Emmam que fuit uxor predicti Johannis et Aliciam que fuit uxor Godardi le Macun pro debito predicto, sed capitali debitori demandam faciant et predictas Emmam et Aliciam inde quietas esse faciant. Teste rege ut supra.

Pro Galfrido de Mariscis.—Rex perdonavit Galfrido de Mariscis xx. marcas ad quas ammerciatus fuit pro defalta coram justiciariis suis ultimo itinerantibus ad communia placita in comitatu Buk'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis xx. marcis ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Windes', xiiij. die Novembris.

Pro magistro Willelmo de Waltham.—Rex vicecomiti Berkes,' salutem. Quia concessimus Bertramo de Gartlip' quod, in auxilium peregrinationis sue faciende in Terram Sanctam, possit invadiare manerium de Geinch' quod de nobis tenuit in capite usque ad terminum trium annorum a festo Sancti Michaelis anno regni xix. ita quod ipse cui idem manerium invadiaret illud teneret usque ad terminum predictum quicquid de ipso Bertramo contingeret; tibi precipimus quod magistrum Willelmum de Waltham, cui predictus Bertramus manerium illud invadiavit, ut dicitur, tenere permittas usque ad terminum predictum. Teste rege ut supra.

Pro Johanne le Estrange.—Mandatum est Johanni le Estrange quod recipiat a Roberto de la Haye castra regis de Bruges et Salop' cum omnibus pertinentiis suis, custodienda quamdiu rex placuerit. Et mandatum est eidem Roberto quod castra predicta cum omnibus pertinentiis suis eidem Johanni liberet. Teste rege ut supra.

1236.
[m. 21.] *Pro Galfrido de Mariscis.*—Rex Mauricio filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Ostendit nobis dilectus et fidelis noster Galfridus de Mariscis quod, cum Willelmus de Mariscis, filius ejus, qui utlagatus est pro morte H. Clement', teneret de ipso Galfrido terram de Kylmen Halloc' in Hybernia, et ipse Galfridus eandem terram teneret de episcopo Limiricensi, idem episcopus terram prefatam in manu sua tamquam excaetam suam per vos saisiri fecit. Verum quia dicta terra excaeta ipsius episcopi secundum consuetudinem terre nostre nullatenus esse potest, nisi predictus Willelmus eam de ipso episcopo immediate tenuisset; vobis mandamus quod, si ita est, de prefata terra ipsi Galfrido plenam seisinam habere faciatis. Teste rege ut supra.

Pro Galfrido de Baggeshet'.—Rex custodi foreste de Windles', salutem. Precipimus tibi quod demandam xl. solidorum quam facitis Galfrido de Baggeshet' de firma ballie sue ponas in respectum usque in Octabas Sancti Hillarii anno regni nostri xxj.; quam quidem firmam idem Galfridus dicit se non posse reddere occasione libertatum episcopo Wintoniensi et abbati Westmonasteriensi concessarum. Teste rege apud Windes', xiiij. die Novembris.

[m. 20.] Mandatum est Reginaldo de Blancmustr' quod habere faciat custodi pontis Windes' v. quercus in foresta de Windes', sparsim per loca ubi commodius capi poterunt, ad maeremium faciendum ad operationem et sustentationem ejusdem pontis, de dono regis. Teste rege ut supra.

Mandatum est Roberto de Crepping' quod, de terris et boscis quos Henricus de Helyum aliquando tenuit de dono regis in foresta de Esingwaud quamdiu manerium de Esingwaud fuit in manu ipsius Henrici, assartari, frussiri et excoli faciat ducentas acras ad opus regis in dominico. Teste rege apud Windes', xvj. die Novembris. [*Cancelled*] *quia aliter in rotulo computorum.*

De loquela inter Hubertum Hoes' et decanum et capitulum Ebor' (sic) *ponenda in respectum.*—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod assisam ultime presentationis de ecclesia de Stapelford' que summonita est coram rege die dominica in festo Sancti Clementis inter Hubertum Hoes' et decanum et capitulum Sar' ponat in respectum ut de die in diem usque ad diem Veneris proximam sequentem. Teste rege ut supra.

De Symone filio Petri de Wivelingham.—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod Symonem filium Petri de Wyvelyngham, quem dominus rex mittit ei, recipiat et in prisona regis salvo custodiat et in pleno comitatu suo ipsum videri et per probos et legales homines et coronatores de eodem comitatu inquiri faciat utrum idem Symon fuerit utlagatus necne; et si fuerit utlagatus, quod de eo faciat quod secundum consuetudinem Anglie inde fuerit faciendum. Teste rege ut supra.

1236.
[m. 20.] *Pro priore Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia.*—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que summonita est coram eis a die Sancti Martini in xv. dies inter priorem Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' in Anglia et R. Lincolniensem episcopum, quare idem episcopus non admisit idoneam personam ad presentationem ejusdem prioris ad ecclesiam de Bukemunistr' que vacat et ad suam spectat donationem, ut dicit, ponant in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii. Teste rege ut supra.

Pro Johanne de Baillol.—Mandatum est ballivis portus de Dovr' quod permittant Johannem de Baillol transfretare cum hominibus, equis, et hernesio suo, accepta ab eo debita et securitate consueta. Teste rege ut supra.

Hybernia. De loquela inter Henricum de Truberill' et Willelmum filium Alani et Agnetem uxorem ejus ponenda in respectum.—Rex M. filio Geroldi justiciario suo Hybernie, salutem. Mandamus vobis quod assisam mortis antecessoris, que summonita est coram justiciariis nostris in curia nostra Dublin' inter Willelmum filium Alani et Agnetem uxorem suam petentes, et Henricum de Trublevill' tenentem, de manerio de Ballimadun cum pertinentiis, poni faciatis in respectum usque ad octabas Sancte Trinitatis, anno regni nostri xxj. Teste rege apud Windles, xvij. die Novembris.

Pro custode pontis de Stanes.—Mandatum est Reginaldo de Blancmuster, custodi foreste de Windles', quod in foresta predicta faciat habere custodi pontis de Stanes duas quercus ad reparationem ejusdem pontis, de dono regis. Teste rege ut supra.

De vinis regis vendendis apud Heref'.—Mandatum est ballivis Hereford' quod iiij. dolia vini que sunt in custodia vicecomitis Hereford' et que idem vicecomes eis liberabit ab ipso recipiant, et per visum et testimonium ejusdem vicecomitis ea vendant sicut melius poterunt ad commodum regis, salvo reservantes denarios donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. [*Cancelled*] *quia est in rotulo finium anno xxj.*

Pro vicecomite Norhumbrie.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod compotum vicecomitis Norhumbrie, si fieri possit, sine dilatione audiant, ut, ipso audito, ad partes suas pro quibusdam negotiis regis que presentiam suam requirunt in eisdem redire valeat cum festinatione. Alioquin assignetis ei diem in quindenam Pasche ad compotum ipsum reddendum. Teste ut supra.

Pro Huberto Hoese.—Mandatum est Ricardo de Munficheth [*substituted for* Johanni de Plesset] quod habere faciat dilecto et fideli suo Huberto Husee duos damos et octo damas in foresta nostra de Melkessam [*substituted for* ballia vestra] ad parcum suum de Badmyntun' instaurandum, de dono suo. Teste rege apud Windlesor', xvij. die Novembris, anno regni nostri xxj. Liberatum per Almaricum de Sancto Amando.

1236.
[m. 20.]

Pro abbate Westmonasterii.—Mandatum est vicecomiti Surr' et Sussex' quod nullam districtionem faciat in terris abbatis Westmonasterii occasione generalis precepti nostri de pontibus et passagiis reparandis super riparias comitatuum suorum, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Rading', xviij. die Novembris.

Pro Johanne filio Galfridi.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod faciant habere respectum Johanni filio Galfridi de summa sua audienda de tempore quo fuit vicecomes regis de Eboraco usque ad octabas Sancti Hillarii, anno regni xxj. quia Adam de Hilton' subvicecomes suus est in partibus Eboraci. Teste rege ut supra.

Pro G. comite Penbr'.—Et mandatum est [eisdem *erased*] vicecomiti Oxonie quod demandam quam facit G. comiti Penbr' [per summonitionem Scaccarii regis *erased*] de murdro in Kavereshain, ponat in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii anno xxj. Teste ut supra.

Pro Laurentio Kokerel.—Et mandatum est eisdem quod demandam quam faciunt per summonitionem Scaccarii regis Laurentio Kokerel de firma ballie sue de Bageset' quam reddere consuevit ad Scaccarium regis, et que fere excidit, ut dicit, per libertates quas concessimus abbati Westmonasterii, ponant in respectum usque in octabas Sancti Hillarii, ut tunc provideatur quid inde fieri debeat. Teste rege apud Rading', xix. die Novembris.

Eodem [modo] scribitur eisdem pro Gregorio de la Dune de ballia sua foreste de Windes' de Surreye. Teste ut supra.

De coquina de Windlesor' et aliis emendandis.—Mandatum est custodi foreste de Windles' quod in foresta predicta faciat habere Symoni, carpentario regis, duos tortos postes, vj. latios et iv. clavuns ad emendationem unius coquine apud Windles', et maerennium ad unam gutteram faciendam in alia coquina regis ibidem, et vj. punzunos et vj. clavuns ad recaciandum warderobam regis ibidem que inclinata est in unam partem, et maerennium ad unam gutteram ad cameram regis, canteras ad superponenda vina regis in celario regis ibidem, unum bugonem findendum ad iij. pulinos faciendos ad discarcanda vina regis ibidem. Teste rege ut supra.

Pro Engelardo de Cygoyne.—Mandatum est custodi foreste de Windles' quod faciat habere Engelardo de Cygoyne duas damas in foresta predicta, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro collectoribus quadragesime in comitatu Berkes'.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Quia collectoribus quadragesime nostre in comitatu Berkes' non vultis, ut dicunt, allocare predictam quadragesimam quam liberaverunt, ut dicunt, dilecto et fideli nostro Stephano de Segrave, dum fuit constabularius Turris nostre Lond', salvo reponendam in eadem Turri, eo quod non constat vobis si idem Stephanus eam recepisset, sicut predictum est, necne, vel quo devenerit predicta pecunia; vobis mandamus quatinus diem eisdem

1236.
[m. 20.]

collectoribus prefixum ad habendum inde warantum suum prorogetis usque in octabas Sancti Hillarii anno regni nostri xxj., ut tunc sciatur per predictum Stephanum quo devenerit pecunia predicta. Teste rege ut supra.

Pro Bartholomeo de Podio.—Mandatum est Henrico de Trublevill' quod, secundum tenorem litterarum nostrarum patentium ei nomine senescalli regis Wasconie nuper directarum, plenam seisinam habere faciat Bartholomeo de Podio de terra que fuit comitis Engolism' in insula Oleron' cum affeagiis navium ibidem, quam terram et que affeagia ei commisit rex pro dampnis que passus est per disseisinam quam ei fecit de terra quam eidem Bartholomeo rex commiserat in eadem insula, et pro quibus finem fecit cum eo pro xl. libris Turonensibus, habenda quousque predictas xl. libras inde preceperit; et si quid receperit de terra illa sive de affeagiis predictis postquam alias litteras regis inde recepit, eidem Bartholomeo sine dilatione reddi faciat, ita ut iteratum clamorem inde pro defectu ejus non audiat rex. Teste rege apud Walingford', xx. die Novembris.

Pro Radulfo de Wyliton'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam sex spervariorum quam faciunt Radulfo de Wylyton' pro arreragiis servicii quod debet regi per annum de terra quam de rege tenet in Walloc, ponant in respectum usque in octabas Sancti Hillarii anno regni xxj. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo de Gardinis.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod Henricus filius Nicolai, cui concesseramus custodiam terre et heredis Gilberti le Bret per finem xl. marcarum quem fecit nobiscum pro eadem custodia, eandem custodiam dimisit ad petitionem nostram Willelmo de Gardinis, et nos ipsum Henricum quietum clamavimus de predictis xl. marcis. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Henricum de ipsis xl. marcis quietum esse faciatis. Teste me ipso apud Oxoniam, xxij. die Novembris.

Et mandatum est vicecomiti Dors' quod ipsum Henricum de predictis xl. marcis [pacem] habere permittat. Teste ut supra.

Pro Thoma de Wyberton'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod ad petitionem R. comitis Pictavie, fratris nostri, concessimus Thome de Wiberton' quod de debitis que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii nostri de debitis patris sui, et de quibus reddere consuevit per annum x. libras ad Saccarium nostrum, reddat de cetero x. marcas ad eosdem terminos ad quos reddere solebat predictas x. libras, donec predicta debita nobis persolvantur. Et ideo vobis etc. Teste rege apud Oxoniam xxiij. die Novembris.

Pro rege, de vinis.—Mandatum est Johanni Maunsel quod de vinis que nuper emit ad opus regis apud Suht' liberet ballivis regis Suht' tria dolia carianda usque Oxoniam et liberanda Roberto Mynnot et sociis suis pro iij. doliis vini que capta fuerunt ab eis ad opus regis post Pascha anno regni xxj. Teste rege ut supra.

1236.
[m. 20.]

Pro rege. Glouc'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod, occasione et dilatione postpositis, habeat apud Wintoniam in instanti festo Natalis Domini anno regni xxj. denarios de xxxj. doliis vini que empta fuerunt apud Bristoll' per Jacobum la Warre et tres alios burgenses Bristoll', et que postea liberavit probis hominibus suis Bristoll', videlicet, quedam retinenda ad opus suum et quedam aliis liberanda, sicut alias ei precepit rex; et quod habeat tunc ibidem denarios de v. doliis vini que habuit de vinis regis, pro quolibet dolio predictorum vinorum iiij. marcas, liberandas in garderoba regis. Teste rege ut supra.

De vinis.—Mandatum est Johanni Maunsel quod xx. dolia vini que emit ad opus regis apud Suht' liberari faciat ballivis Suhampt', quibus rex mandavit quod ea a vobis (*sic*) recipiant et sub festinatione cariari faciant usque Wintoniam contra instans festum Natalis Domini. Teste ut supra.

De denariis ad acquietanda vina empta ad opus regis.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod habere faciant Willelmo Hardel circiter trescentas libras ad acquietanda vina capta ad opus regis a festo Ascensionis Domini anno regni xx. usque ad festum Apostolorum Symonis et Jude anno regni regis xxj., et ad acquietandos pannos sericos et alios et alia necessaria empta ad opus regis et liberata in garderoba nostra. Et cum rex sciverit particulas illas et nomina eorum quibus tenetur et etiam certam summam, breve de liberate eis inde habere faciet. Teste ut supra.

De vinis pro rege.—Mandatum est Johanni Maunsel quod de vinis que emit apud Suht' ad opus regis liberari faciat ballivis regis Suht' x. dolia vini carianda quo eis precepit, scilicet iiij. usque Merleberge, iiij. usque Clarendon', et ij. usque Wodestok'. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Andre.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, quia Johannes filius Andree intendit negotiis regis in partibus Windles' cum Waltero de Burgo, perdonavit eidem Johanni unam marcam ad quam amerciatus fuit pro defalta sua coram justiciariis regis ultimo itinerantibus apud Eyleber'. Et ideo mandatum est eis quod ipsum de predicta marca quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne de Tiwe, vicecomite Oxonie.—Et mandatum est eisdem quod demandam viij. librarum quam faciunt Johanni de Tiue, vicecomiti Oxonie, pro blanciatura comitatus Oxonie ponant in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii. Teste rege ut supra.

Pro quodam converso.—Mandatum est Joc' filio Petri, civi Lond', quod habere faciat Ricardo, latori presentium, custodi Willelmi quondam Judei et nuper ad fidem conversi, liberationem ad opus ipsius Willelmi sicut uni de aliis conversis. Teste ut supra.

1236.
[m. 20.]

Pro abbate de Dorkecestr'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus abbati de Dorkecestr' quod v. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii nostri de auxilio nobis generaliter concesso reddat nobis unam medietatem ad Pascha anno regni nostri xxj. et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis anno eodem. Et ideo vobis mandamus quod respectum illium etc. Teste rege apud Wodestok', xxiiij. die Novembris.

Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod abbatem predictum ipsum respectum habere permittat. Teste ut supra. [*Cancelled*] *quia in rotulo finium anno xxj.*

Pro Willelmo Champeneis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod si Willelmus Champeneis captus et detentus in prisona regis Oxonie eo quod inventus fuit in foresta regis de Brehull' cum quodam arcu et duabus sagittis tantum, ut dicitur, invenerit ei bonos et salvos plegios quod erit coram justiciariis regis proximo itineraturis ad placita foreste responsurus de transgressione illa, tunc ipsum Willelmum per plevinam dimittat usque ad adventum predictorum justiciariorum, nisi forte aliter transgressus fuerit in predicta foresta quare non sit replegiabilis secundum assisam ejusdem foreste. Et habeat ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste rege apud Wodestok', xxvij. die Novembris.

Pro Gerardo de Lambersard'.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod de demanda quam facit per summonitionem Scaccarii regis Gerardo de Lambersard' occasione terre que fuit Ade de Retherefeld' convicti de felonia, et quam eidem Gerardo commisit rex ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, pacem ei habere permittat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Wodestok', xxvij. die Novembris.

Pro magistro Symone de Langeton'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod Magistrum Symonem de Langeton', archidiaconum Cantuariensem, permittat habere pacem de sectis comitatuum et hundredorum et de wapentachiis et treingis, pro quibus ipsum distringit, usque ad festum Sancti Johannis Baptiste, anno regni xxj. Teste rege apud Wodestok', ut supra.

De cera et aliis emendis pro rege.—Mandatum est Radulfo Assewy et Johanni de Gisorz quod emi faciant ad opus regis ij. millenas cere, v. buillones amigdale, l. parva fraella ficuum vel de majoribus ad equalem quantitatem, j. millenam dactilorum, xxv. cophinos uvarum passarum, iiij. duodenas toailliarum, iiij. pecias de tela Legen', v. vel vj. butisellos gingibratti boni, et de predictis mitti faciant domino regi cum festinatione usque Merleberg xl. libras dactilorum, vj. fraella ficuum, iiij. cophinos uvarum passarum et predicta toaillias, telam, et gingibrattum, et residuum penes se retineant donec rex aliud inde preceperit, et custum quod ad hoc posuerint scire faciant regi et inde eis respondebit. Et mandatum est vicecomitibus Lond' quod ad hoc cariagium eis inveniant. Teste ut supra.

1236.
[m. 20.] *Pro Roberto de Curtenay et Maria uxore ejus.*—Mandatum est Waltero de Burg' quod de illis xx. libratis terre quas Robertus de Curteney et Maria uxor ejus tenuerunt in Seftbere in excambium xx. libratarum redditus quas predicta Maria percipere consuevit per annum de manerio domini regis de Aulton' nomine dotis de dono Petri de Pratellis, quondam viri sui, qui manerium de Aluton' aliquando tenuit, et quas xx. libratas terre cepit in manum regis occasione generalis mandati regis quod ei fecit rex de omnibus dominicis regis in manum regis capiendis, eidem Roberto et Marie sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wodest', xxviij. die Novembris.

Mandatum est vicecomiti Wigornie quod ad diem quem frater Galfridus, elemosinarius domini regis, scire faciet, assumptis secum iiij. probis et legalibus hominibus, militibus vel aliis liberis hominibus, veniat usque Bromesgrave et Fecham ad providendum una cum predicto Galfrido qualiter essarta et dominica regis eorundem maneriorum que nuper per inquisitiones factas per preceptum regis devenerunt in manum regis melius assideantur hominibus ad commodum regis. Teste ut supra. [*Cancelled*] *quia est in rotulo finium anno xxj.*

Pro Nicolao de Havershan et Galfrido le Chamberleng.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam xx. et iij. solidorum et iiij. denariorum quam faciunt per summonitionem Scaccarii regis Nicolao de Haversham et Galfrido le Chamberleng pro murdro ponant in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii anno regni xxj. Teste rege apud Wodestok', xxix. die Novembris.

Pro abbate de Evesham.—Mandatum est Thome de (Langel' *struck out*) Sandford' quod de venatione regis capta in pinguedine preterita et que est in custodia sua apud Haston' habere faciat abbati de Evesham septem damos ad festum suum tenendum. Teste ut supra.

Pro rege de venatione.—Et mandatum est eidem quod totam venationem regis que est in custodia sua venire faciat usque Merleberge; ita quod sit ibi hac die Sabati proximo instanti. Et custum quod in cariagio ejusdem venationis posuerit, ibidem faciet rex ei acquietari. Teste ut supra.

Pro Galfrido Dispensario.—Mandatum est Alano de Gulford' quod liardum palefredum quem abbas de Beland' dedit regi et est in custodia ipsius Alani liberet presentium latori, nuncio Galfridi Dispens', ad opus ipsius Galfridi, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia non habuit.*

Pro Willelmo de Ireby.—Rex vicecomiti Cumberl', salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Willelmo de Ireby quod ipse et heredes sui habeant inperpetuum unum mercatum singulis septimanis per diem Jovis apud manerium suum de Ireby et quod habeant in perpetuum unam feriam ibidem singulis annis duraturam in vigilia, in die, et in crastino Sancti Michaelis; ita tamen quod

1236.

[m. 20.] predicta mercatum et feria non sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Et ideo tibi precipimus quod ita clamari et teneri per totam balliam tuam facias. Teste ut supra.

[m. 19.] *Pro Willelmo de Eboraco.*—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat Willelmo de Eboraco quatuor quercus ad focum suam et quatuor damas in foresta regis de Wicchewud', de dono regis. Teste rege apud Wodestok', xxx. die Novembris.

Pro Radulfo de Norwico.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Radulfo de Norwico viij. quercus in foresta regis de Brehull' ad maeremium, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro tenentibus de honore Peverel.—Mandatum est Rogero de Essex' quod demandam quam facit militibus et aliis liberis hominibus tenentibus de honore Peverel in comitatu Norht' de sectis faciendis ad predictum honorem et aliis ad eundem honorem pertinentibus, ponat in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii anno regni xxj. ut tunc, de communi consilio magnatum regis, videat rex quid inde fuerit faciendum. Et interim precepit rex quod respondeant vicecomiti regis Norhampt' de hiis que ad predictum honorem pertinent. Teste ut supra.

Pro hominibus de Colonia.—Mandatum est ballivis de Jernemowe quod si, occasione libertatum quas habent homines de Colonia per cartam predecessorum regum Anglie, vel per cartam regis, quibus hucusque usi sunt, aliquid eis abstulerint contra libertates predictas, id ei (*sic*) reddi faciant. Teste ut supra.

Pro rege. De pannis.—Mandatum est constabulario regis Wintonie quod recipiat pannos ad elemosinam regis quos presentium lator ei liberabit et salvo custodiat usque ad adventum regis ibidem. Teste rege ut supra.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod Hugo filius Radulfi attornavit coram rege Robertum le Vavassur vicecomitem suum Notingh' et Dereb' ad respondendum pro eo ad Scaccarium regis de comitatibus predictis et quod ipsum loco suo ad hoc recipiant. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia in rotulo finium anno xxj.*

Pro Hugone filio Radulfi.—Mandatum est Roberto de Everingham quod in foresta regis de Shirewod' extra haias regis faciat habere Hugoni filio Radulfi iij. damos et vij. damas vivas ad parcum suum de Elkedon instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Wodestok', iij. die Decembris.

Pro advocato Bethun'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in parco regis de Hanleg' faciat habere advocato Bethun' iiij. damas, de dono regis. Teste ut supra.

1236.
[m. 19.]

Pro Willelmo de Raleg'.—Et mandatum est eidem quod in foresta regis de Bernwud' faciat habere Willelmo de Raleg' ij. damas et ij. bissas, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario Dovr' quod quotiens Robertus, advocatus Bethun', decetero venerit ad portum Dovr' ad transfretandum versus partes suas vel in veniendo in Angliam de partibus suis, non impediat ipsum quin versus partes suas transfretare et in portu suo applicare possit cum illuc venerit. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Godestowe, de venatione.—Mandatum est Rogero vadletto Rogeri de Assewell', custodi venationis sue apud Wodestok', quod habere faciat de venatione regis que est in custodia sua apud Wodestok' et ibidem capta fuit nuper, dum ibidem moram faceret rex, decimam bestiam abbatisse et conventui de Godestowe nomine decime. Teste rege apud Bampton', iiij. die Decembris.

Pro abbate de Furneis'.—Rex Rogero de Essex', salutem. Intimatum est nobis ex parte prioris et monacorum de Furneis' quod, occasione mandati nostri quod vobis fecimus de capienda in manum nostram baroniam quam abbas de Furneis' tenuit de nobis in capite occasione mortis ejusdem abbatis, vos seisiri fecistis in manum nostram totam abbatiam de Furneis cum pertinentiis. Et ideo vobis mandamus quod retenta in manu nostra sola custodia servitii Willelmi filii Michaelis, quod idem abbas habuit in manu sua dum vixit et quod dicitur baronia ipsius abbatis, ipsos monacos abbatiam suam cum omnibus pertinentiis suis in pace tenere permittatis. Teste rege ut supra.

Pro Johanne de Balun.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Datum est nobis intelligi quod vos de fine quem Johannes de Balun nobiscum fecit antequam desponsaremus reginam nostram fere biennio elapso aurum regine nostre exigitis per sommonitionem Scaccarii nostri. Et quia iniquum esset ab ipso exigere ad quod non tenetur, cum nullam haberemus reginam tempore quo finem nobiscum fecit, vobis mandamus quod de demanda illa ipsum Johannem pacem habere faciatis. Teste me ipso apud Merleberge, vij. die Decembris.

Pro rege. De gallinis emendis.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod emi faciat in ballia sua quingentas gallinas contra instans festum Natalis Domini et eas habeat apud Wintoniam in vigilia predicti festi tempestive liberandas ballivis regis ibidem. Et custum quod ad hoc posuerit rex ei reddi faciet ibidem. Teste me ipso apud Merleberg', vij. die Decembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Suhampt' et Dors' utrique de d. gallinis.

Pro G. Marescello, comite Penbr'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de debitis que exigunt a G. Marescallo, comite Penbr',

1236.
[m. 19.] per summonitionem Scaccarii regis, pacem ei habere permittant usque ad octabas Sancti Hillarii, anno regni nostri xxj. Teste rege apud Merleberge, viij. die Decembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Gloucestr'.

Pro Johanne Extraneo.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod de c. solidis quos exigit a Johanne Extraneo per summonitionem Scaccarii de ammerciamentis factis coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu Norf', pacem habere permittat usque ad octabas Sancti Hillarii, anno regni xxj. Teste ut supra.

Pro nuntiis domini Imperatoris.—Mandatum est ballivis portus Dovr' quod, cum aliqui nuntii domini Imperatoris applicuerint in portu Dovr' vel illuc venerint ad transfretandum in partes transmarinas, nichil ab eis capiatis vel capi permittatis. Et si quid competierit capiendum ab eis et non capiatur occasione hujus mandati nostri, unde aliquis dampnum aliquid incurrat, illud nobis significetis et dampni quantitatem et nos inde satisfaciemus eis qui dampnum illud passi fuerint. Teste ut supra.

Hybernia. Pro priore de Carmel'.—Mandatum est justiciario Hybernie quod permittat hac vice priorem de Carmel' ducere de blade suo proprio de manerio suo de Kylros ducentos crannocos frumenti ad domum suam in Anglia sine impedimento. Teste rege apud Merleberge, ix. die Decembris.

Pro Jacobo filio Benedicti Judeo Lond'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod demandam quam faciunt Jacobo filio Benedicti Levesk', Judei (*sic*) London', de taillagio super eum nuper assiso, ponant in respectum usque in xv. dies a die Sancti Hillarii in xv. dies (*sic*) anno regni xxj. Teste ut supra.

Pro priore de Bradenestok'.—Mandatum est (constabulario Divis' *struck out*) custodi foreste de Chipeham quod in foresta regis de Chipeham faciat habere priori de Bradenestok' v. bona robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Breve de perambulatione.—Rex vicecomiti Dors', salutem. Precipimus tibi quod assumptis tecum xij. de legalibus et discretioribus militibus de comitatu tuo in propria persona tua eas usque Upwymburn' et Pentric' et per sacramen tum eorundem fieri facias perambulationem inter terram Nicholai Malesmeins in Upwimburn' et terram Hamonis filii Ricardi in Pentric', ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divisas; quia tam idem Nicholaus quam predictus Hamo posuerunt se in perambulatione illa. Et perambulationem illam, distincte et aperte in scriptum redactam sub sigillo tuo et per iiij. legales milites ex hiis qui perambulationi illi interfuerint habeas coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, et hoc breve. Teste rege apud Merleberge, x. die Decembris.

1236.
[m. 19.]

De vinis ad opus regis capiendis.—Mandatum est ballivis Suht' quod de vinis que sunt apud Suht' capiant ad opus regis xx. dolia vini et ea reponi et salvo custodiri faciant in celario regis donec aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni Mansel quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud Suhampt' liberet ballivis regis Suht' vij. dolia vini carianda quo eis rex precepit. Teste ut supra.

Pro Andrea Finamur.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod in foresta regis de Savernak' faciat habere Andree Finamur de Merleberge, hospiti comitis Lincoln' et constabularii Cestr', xx. cheverones ad quandam cameram faciendam ad opus ipsius comitis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro rege. De piscibus et picheris mittendis usque Wintoniam contra Natale.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod trescentos cungros salsos emat et mitti faciat usque Wintoniam, ita quod ibidem sint die Lune proximo ante hoc instans Natale Domini; et ibidem rex de denariis ei inde respondebit. Teste rege apud Merleberge, xj. die Decembris.

Eodem modo mandatum est ballivis de Winchels' quod dictis die et loco venire faciant tria millearia merlingorum. Eodem modo mandatum est vicecomiti Suht' quod dictis die et loco mitti faciat quingentos picherios. Eodem modo mandatum est ballivis Glouc' quod dictis die et loco mitti faciant xl. salmones. Eodem modo mandatum est vicecomiti Glouc' quod dictis die et loco mitti faciat xl. salmones; et omnibus ibidem de denariis rex inde respondebit.

Pro Willelmo de Ferrariis.—Mandatum est Waltero de Burgo quod in vivariis regis de Selveston' faciat habere Willelmo de Ferrariis decem matrices bremas ad vivarium suum de Buckebroc' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro archiepiscopo Rotomagensi.—Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Scias quod electioni facte de Magistro Petro de Colle Medio in archiepiscopum Rotomagensem quam dominus papa confirmavit regium adhibuimus assensum et favorem. Et ideo tibi precipimus quod de terris et tenementis ad archiepiscopum predictum pertinentibus in ballia tua et de quibus proximus predecessor suus ejusdem loci archiepiscopus obiit seisitus, Magistro Gileberto de Comanvill' nomine ejusdem electi plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Merleberg', xij. die Decembris.

Eodem modo scribitur [vicecomiti Suht' *struck out*] ballivis de Odyham de terris et tenementis in ballia sua.

Mandatum est Magistro Petro de Colle Medio, electo Rotomagensi, et capitulo ejusdem loci quod propter specialem et fidelem amicitiam quam dominus rex invenit in predicto electo et propter affectionem

1236.

[m. 19.] quam sperat ipsum erga dominum regem velle continuare, quod petitioni sue quam fecerunt ut fidelitatem a Magistro Gileberto de Commevill' vice ipsius electi juraret in animam ipsius electi benigne condescendit. Set dominus rex vult eos scire quod quoties decetero continget ecclesiam suam vacare, a nullo alio fidelitatem recipiet dominus rex quam ab eo qui prefate ecclesie preficietur. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus.—Mandatum est constabulario Bristoll' quod in bosco regis de Furches faciat habere Fratribus Predicatoribus Bristoll' xv. robora de dono regis ad focum suum, nisi ea habuerint per aliud mandatum regis predecessori suo directum. Teste ut supra.

Pro Cycestrensi episcopo, domini regis cancellario.—Mandatum est Alano de Geudeford' quod de duobus palefridis quorum unum dedit abbas de Jerevall' domino regi et alterum abbas Rivall' de partibus aquilonis, meliorem et competentiorem regi mittat ad opus R. Cycestrensis episcopi, cancellarii regis, cui illum dedit rex. Teste ut supra.

De prisonibus vicecomiti Essex' tradendis.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod iij. prisones quos prepositus magistri Milicie Templi de Wyham captos tenet et ei liberabit, recipiat sine dilatione et salvo in gaiola regis custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Merleberge, xiij. die Decembris.

De quercubus prosternendis ad opus regis.—Rex custodi foreste de Bere, salutem. Mittimus ad te Hurtard' servientem nostrum ad faciendum prosterni in predicta foresta xl. quercus et cariari usque Wintoniam contra instans festum Natalis Domini ad focum nostrum, precipientes quod in aliquo certo loco ubi melius capi possint preter cariagium ei facias predictas quercus liberari, et sis ei auxilians ad homines perquirendos ad eas prosternendas et cariandas ad denarios nostros. Teste ut supra.

De equis regis.—Mandatum est Ricardo marescallo quod equos regis qui sunt in custodia sua sine dilatione ducat usque Theokesbyr', et eos liberet Alano de Geudeford', custodi aliorum equorum regis ibidem. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Alano quod dictos equos ab eo recipiat, et ballivo domini regis de Theokesbyr' quod ad ipsos equos, sicut ad alios qui sunt in custodia sua, necessaria eidem Alano inveniat. Teste ut supra.

De castro Roffe liberando J. de Cobeham.—Rex Bertramo de Crioyl, salutem. Bene recolitis, ut credimus, quod nuper vobis dedimus in mandatis de castro nostro Roffe liberando fideli nostro Johanni de Cobeham, cui illud custodiendum commisimus quamdiu nobis placuerit; et quia, eodem Johanne nobis intimante, audivimus quod nondum castrum illud ei liberastis, de quo plurimum admiramur, et quod wardas ejusdem castri de termino Sancti Andree recepistis, vobis

1236.
[m. 19.] iterato mandamus quod, si ita est, sine ulteriori dilatione eidem Johanni castrum illud liberetis custodiendum est (*sic*) sicut predictum est, et id quod de wardis predictis ejusdem termini recepistis, ei similiter reddatis ad respondendum inde ad Scaccarium nostrum. Teste ut supra.

Pro hominibus abbatis de Hal'.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod demandam quam per summonitionem Scaccarii facit hominibus abbatis de Hal' de amerciamentis de ultimo itinere justiciariorum regis in comitatu Salop' et que idem abbas habere debet, ut dicit, per libertates ei concessas per cartas domini J. regis, patris domini H. regis, et per confirmationem ejusdem regis Henrici, ponat in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii anno regni xxj., ut tunc sciatur coram baronibus regis de Scaccario utrum amerciamenta illa habere debeant (*sic*) per predictas cartas, necne; et averia ipsius abbatis ea occasione capta interim deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro hominibus prioris Sancti Swithun' Wintonie.—Mandatum est collectoribus quadragesime sue in comitatu Dors' quod de quadragesima quam exigunt ab hominibus prioris Sancti Swithun' Wintonie de Wyka et de Porlanda et quam idem prior reddidit ad Scaccarium regis, ut dicit, pacem eis habere permitta[n]t usque ad octabas Sancti Hillarii anno regni xxj. ut tunc inquiratur ad Scaccarium utrum illa quadragesima reddita sit ibidem vel non, et averia eorum ea occasione capta eis interim deliberari faciant. Teste ut supra.

De tallagio Judeorum.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de arreragiis tallagii Judeorum de x. milibus marcarum que colligi precepit rex nullos Judeos quietos esse permittant, nisi tallagium illud ad Scaccarium regis pacaverint, vel litteras regis de quietantia inde habuerint, vel aliud rationabile warantum protendant quod eis de jure sufficere debeat. Teste ut supra.

De piscatione facienda contra Natale Domini.—Mandatum est Johanni de Venuz quod admittat Willelmum de Theyden', vadlettum regis, ad piscandum in piscaria regis de Wulvemar' contra instans Natale Domini, et retia et alia necessaria ad piscandum ei habere faciat, et assistat ei in piscatione illa, et piscem quem una cum eo capere poterit in aliquo deposito vivum reservet, et in vigilia Natalis Domino tempestive usque Wintoniam salvo venire faciat, liberandum ibidem senescallo regis. Teste rege apud Merleberg', xiiij. die Decembris.

De pullo dando G. Dispensario.—Mandatum est Alano de Geudeford' quod nigrum pullum quem burgenses Novi Castri super Tynam regi nuper dederunt liberet presentium latori ad opus Galfridi Dispensarii, de dono regis. Teste rege apud Merleberge, xv. die Decembris.

1236.
[m. 19.]

Pro hominibus priorisse de Ambresbyr'.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod demandam quam per summonitionem Scaccarii regis facit hominibus priorisse de Ambresbyr' in ballia sua de amerciamentis ultimi itineris justiciariorum regis in comitatu Wiltes', et que ipsa priorissa habere debet, ut dicit, per libertates ei concessas per cartas predecessorum regum Anglie et confirmationem regis, ponat in respectum usque in xv. dies a die Sancti Hillarii anno regni nostri xxj., ut tunc sciatur coram baronibus regis de Scaccario utrum rex amerciamenta illa habere debeat vel predicta priorissa. Teste rege apud Clarendon', xvj. die Decembris.

De prisonibus custodiendis in castro Roffe.—Mandatum est Johanni de Cobbeham, constabulario Dovor', quod prisones regis quos vicecomes regis Kancie ei liberabit ab eo recipiat, et in gaiola castri regis Roffe salvo custodiat una cum prisonibus illis qui sunt in predicta gaiola. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod, accepta securitate a Roberto Passelewe de stando recto coram rege quando preceperit de transgressione quam homines sui fecerunt in foresta regis, capiendo in ea unam bestiam sine licentia regis, ipsos homines et leporarios suos ea occasione captos deliberari faciat, quia rex vult quod loquela illa coram rege deducatur. Teste rege apud Clarendon', xvij. die Decembris. [*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

Pro Roberto Passelewe.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod nec Roberto Passelewe nec alicui hominum suorum molestus sit, nec erga ipsos aliquas occasiones querat ratione cujusdam dami quem quidam ribaldi sui transeuntes cum eo per forestam regis casualiter ceperunt et eo invito, quia rex vult quod loquela illa coram eo deducatur quando preceperit. Teste rege apud Clarendon', xvij. die Decembris. Per Electum.

Pro comite Albemarl'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam plurium debitorum quam per summonitionem Scaccarii regis faciunt W. comiti Albemarl', ponant in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii anno regni xxj. Teste ut supra.

Pro R. de Quency, comite Wintonie.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat R. de Quency, comiti Wintonie, v. damas in foresta regis de Withlewod', de dono regis. Teste ut supra.

Pro subdecano Sarrisburiensi.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod demandam quam per summonitionem Scaccarii regis facit subdecano Sarrisburiensi de v. marcis ad quas amerciatus fuit pro defalta coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu Oxonie ad placita foreste et quas episcopus Sarrisburiensis habere debet, ut dicit, per libertates suas, ponat in respectum usque super proximum compotum suum ad Scaccarium regis. Teste ut supra.

1236.
[m. 18.]

Pro Roberto de Berley.—Mandatum est Galfrido Sturmy quod faciat habere Roberto de Berley, hospiti Pagani de Chancis (*sic*) apud Merleberg', x. quercus ad postes et pannas ad quandam cameram faciendam ad opus ipsius Pagani, de dono regis.

De vinis regis cariandis.—Mandatum est Johanni Maunsel quod de vinis que invenerit apud Suht' capiat ad opus regis viginti dolia vini, de quibus liberet ballivis Suhampt' decem dolia carianda usque Clarendon' ad opus regis, et alia x. dolia in celario regis apud Suhampt' salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Clarendon, xviij. die Decembris.

Pro priore de Craneburn'.—Mandatum est Ricardo de la Lad' quod habere faciat priori de Craneburn' ij. bissas in foresta regis de Craneburn,' de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Nevill'.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Johanni de Nevill' unam bissam in bosco regis de Neweton', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus Sarrisburiensibus.—Mandatum est Henrico de Dun' quod habere faciat fratribus minoribus de Salesbyr' x. robora in ballia sua del Dun extra coopertum de Pauncet ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Clarendon', xix. die Decembris.

Pro Olivero de Albiniaco.—Mandatum est fratri G. elemosinario domini regis, quod habere faciat Olivero de Albiniaco robam sicut aliis militibus de familia regis. Teste rege apud Clarendon', xxj. die Decembris.

Mandatum est Ade filio Willelmi, excaetori regis, quod rex cepit homagium Hugonis filii et heredis Hugonis de Polsted de feodis v. militum que idem Hugo tenuit de nobis in capite de honoribus de Relegh' et Haghel', et que ipsum Hugonem filium suum hereditarie contingunt. Et ideo vobis mandamus quod accepta a predicto Hugone securitate de relevio suo de predictis feodis nobis reddendo de predictis feodis eidem Hugoni sine dilatione plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Wintoniam, xxvj. die Decembris. [*Cancelled*] *Quia in rotulo finium anni xxj.*

Pro advocato Bethunie [struck out].—Mandatum est Reginaldo de Albo Monasterio quod habere faciat [advocato de Bethun' *struck out*] R. de Quency, comiti Wintonie, in foresta regis de Windes', xl. damas et xx. damos ad parcos suos instaurandos, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

De respectu facto vicecomiti Sumers'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod dominus rex dedit respectum vicecomiti Sumers' et Dors' de compoto suo reddendo usque ad octabas Clausi Pasche anno regni regis xxj. Teste rege apud Ashel', xxvij. die Decembris.

1236.
[m. 18.] *Pro Nicolao de Bolevill'.*—Mandatum est vicecomiti Devonie quod demandam quam facit Nicolao de Bolevill' de scutagio ad primam transfretationem regis et de scutagio post primam transfretationem regis et de scutagio de Elvein', ponat in respectum usque ad festum Sancti Hillarii, anno regni xxj. Teste ut supra.

Pro Henrico de Capella.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod demandam centum solidorum, quam facit Henrico de Capella per summonitionem Scaccarii regis de amerciamento facto coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu suo, ponat in respectum usque in xv. dies a die Sancti Hillarii anno regni xxj., ut tunc inquiratur utrum idem Henricus quietus esse debeat de predictis centum solidis, necne. Teste rege apud Ashel', xxviij. die Decembris.

Pro Roberto Passelewe.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Roberto Passelewe unam damam in foresta regis in ballia sua ubi competentius capi poterit ad opus suum, de dono regis. Teste ut supra.

De assisa vinorum vendendorum.—Mandatum est ballivis Cycestr' quod per villam suam clamari et firmiter prohiberi ex parte regis faciant ne quis sextercium vini rubei carius vendat quam pro x. denariis, nec sextercium vini albi gallici carius quam pro viij. denariis; et hanc assisam ita teneri faciat ne pro transgressione sua rex ad illos se capere debeat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Berkes'; et majori et ballivis Wigornie, Wiltes'. [*Cancelled*] *Quia in tergo istius rotuli.*

Pro Baldewino, comite de Gisn'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod loquelam, que est in comitatu suo per breve regis inter Robertum de Sevans, petentem, et Baldewinum, comitem de Gysn', tenentem, de c. acris bosci cum pertinentiis in Toleshunt', ponat in respectum usque ad octabas Purificationis Beate Marie, anno regni regis xxj. Teste ut supra.

Pro Henrico de Ferlinton.—Mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Suht' ad placita foreste quod rex in tribus adventibus suis usque Ashel' anno regni xx. et xxj. capi fecit ad focum suum xx. quercus in bosco Henrici de Ferlinton de Ashel', quod idem Henricus non ponatur in misericordiam occasione predictarum xx. quercuum. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam xxx. marcarum quam faciunt Henrico de Trublevill' per summonitionem Scaccarii regis ponant in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii anno regni regis xxi. Teste rege apud Clarendon' xxviij. die Decembris.

Et mandatum est vicecomiti Devonie quod eandem demandam quam facit eidem Henrico per summonitionem Scaccarii regis ponat in respectum ad eundem terminum, et amerciamenta ipsius ea occasione capta ei interim replegiari faciat. Teste ut supra.

1236.
[m. 18.]

De vinis regis cariandis.—Mandatum est Johanni Maunsel quod de vinis que sunt apud Suht' capi faciat et appreciari xl. dolia vini ad opus regis et liberari ballivis regis ejusdem ville carianda per diversa loca sicut rex ei precepit. Teste rege upud Clarendon', xxix. die Decembris.

Pro Aaron', Judeo Eboraci.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod rex concessit Aaron, Judeo Eboraci, presbiteratum omnium Judeorum Anglie cum omnibus pertinentiis suis habendum tota vita sua; et quotiens idem Aaron intendere non possit ad sedendum ad Scaccarium regis, sicut ad officium illud pertinet, Joceum filium Copini loco suo recipia[n]t ad ea facienda ad Scaccarium regis que ad officium illud pertinent. Rotulos etiam qui fuerunt Jocei presbiteri, predecessoris sui, eidem Aaron' vel predicto attornato suo habere faciant. Teste ut supra.

1237.

De loquela ponenda in respectum in comitatu Devonie.—Mandatum est viceconiti Devonie quod loquelam que est in comitatu suo inter Robertum Burnel, petentem, et abbatem de Majori Monasterio, tenentem, qui est in partibus transmarinis, de dimidia carucata terre cum pertinentiis in Westcot', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post octabas Pasche anno regni regis xxj. Teste rege apud Clarendon', primo die Januarii.

Pro Ricardo Siward'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod demandam quam facit Ricardo Siward de debito quod debet domino regi per summonitionem Scaccarii ponat in respectum usque ad Purificationem Beate Marie anno regni regis xxj. et interim amerciamenta ipsius ea occasione capta ei deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro abbate et monachis de Bello Loco.—Rex custodibus vinorum suorum Suht', salutem. Precipimus vobis quod de vinis nostris de prisa que sunt in custodia vestra faciatis habere abbati et monachis Belli Loci unum dolium vini ad celebrationem missarum ibidem, quod eis concessimus ad hoc singulis annis per cartam nostram. Teste rege apud Clarend', iij. die Januarii.

Pro Pagano de Chaurc'.—Mandatum est Henrico de Dun' quod habere faciat Pagano de Chaurc' iiij. robora in La Bocholt ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Clarend' iiij. die Januarii.

Pro Roberto de Pluggenay.—Rex vicecomiti Wiltes', salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione facias habere Roberto de Pluggenay arreragia sua que ei debentur de comitatu Wiltes' dum fuit vicecomes ejusdem comitatus, a festo Sancti Michaelis anno regni regis xx. usque ad Natale Domini anno regni xxj., et de quibus ipse respondere debet ad Scaccarium nostrum. Teste ut supra.

1237.
[m 18.] *De cera emenda pro rege.*—Mandatum est majori et ballivis Wintonie quod emi faciant in villa sua ducentas libras cere et liberari presentium latori cariandas usque ad regem usque Clarendon', ubi, cum rex scierit custum ejusdem cere, illud reddi faciet ei qui ex parte sua ad regem propter hoc fuerit destinatus. Teste rege apud Clarendon', v. die Januarii.

Pro reclusa de Brutford'.—Mandatum est Henrico de Dun quod habere faciat recluse de Brutford' unum robur in ballia sua ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Clarend', vj. die Januarii.

Pro Johanne de Nevill'.—Mandatum est Ricardo de Munficheth quod habere faciat Johanni de Nevill' x. damas et iij. damos vivos in bosco regis de Haffeud ad instaurandum parcum suum de Hallingebur', de dono regis. Teste rege apud Clarend', ix. die Januarii. Per electum Valentinum.

Pro Emerico de Sacy.—Mandatum est Samar', Judeo Wintonie, quod habere faciat Emeryco de Sacy unum dolium vini quod rex promisit per Bartholomeum Peche, quod quidem dolium vini eidem Emeryco dedit rex. Teste rege apud Clarendon', xij. die Januarii.

Pro priore de Monasterio Ederoso.—Mandatum est Henrico le (*sic*) Dun, ballivo de Clarendon', quod non vexet vel vexari permittat priorem de Monasterio Ederoso de herbagio vel pasnagio in foresta regis de Clarendon', donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

De maeremio capiendo ad elemosinariam regis de Wintonia faciendam.—Mandatum est Henrico de Ferthingeston' quod habere faciat fratri Johanni elemosinario regis v. fusta in foresta regis de la Bere ad elemosinariam regis de Wintonia faciendam, de dono regis. Teste rege apud Werewell', xiij. die Januarii.

Pro priore de Brummare.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod rex perdonavit priori de Brummar' iij. marcas quas promisit regi de auxilio generaliter regi concesso et que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii regis; et quod ipsum priorem de illis iij. marcis quietum est faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Suht' quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro magistro Elya de Derham.—Mandatum est Johanni de Munemuth' quod habere faciat Magistro Elye de Derham xx. fusta in bosco regis de Bromsawe ad rogum quendam faciendum ad operationem ecclesie Sancte Marie Sarrisburie, de dono regis. Teste rege ut supra.

Mandatum est Henrico de Dun quod habere faciat eidem Magistro Elye x. fusta in Graveling ad quendam rogum faciendum ad operationem ejusdem ecclesie, de dono regis. Teste rege ut supra.

1237.
[m. 18.]

Pro abbatissa de Werewell'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus abbatisse de Werewell' x. marcas quas ab ea exigitis per summonitionem Scaccarii nostri de promisso quod nobis fecit tempore quo alii viri religiosi auxilium nobis fecerunt in regno nostro. Et ideo vobis mandamus quod de predictis x. marcis ipsam priorissam quietam esse faciatis. Teste ut supra.

Pro abbate de Evesham.—Rex vicecomiti Glouc', salutem. Precipimus tibi quod demandam c. solidorum quam facis abbati Evesham' pro escapio cujusdam mulieris ponas in respectum quousque inquisierimus utrum ipse inde quietus esse debeat necne. Amerciamenta etiam ipsius ea occasione capta ei interim replegiari facias. Teste rege apud Sanderford', xiij. die Januarii.

De ij. prisonibus salvo custodiendis in prisona regis.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod ij. prisones quos Adam de Mora, serviens Radulfi de Mortuo Mari, cepit et tradidit ei custodiendos in prisona regis, quorum unus dicit se esse nuncium venerabilis patris R. Cycestrensis episcopi, cancellarii regis, et alter dicit se esse nuncium Ricardi Siward, salvo in prisona regis custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Rading', xv. die Januarii.

Pro Ricardo Renger et aliis mercatoribus.—Mandatum est constabulario de Oreford' quod res et catalla Ricardi Renger et Ernaldi Beraud et aliorum mercatorum que salvata fuerunt de navi quadam que nuper periclitante (*sic*) et confracta fuit ante portum de Oreford' in mari, de qua omnes homines in ea existentes evaserunt, ut dicitur, predictis Ricardo et Ernaldo et aliis mercatoribus quorum res et mercandise predicte sunt, vel eorum nuntiis has litteras regis deferentibus, in cujuscunque manu fuerint invente sine dilatione reddi faciat, ne pro defectu sui ad regem inde clamor iteratus debeat pervenire. Teste rege apud Windles', xvij. die Januarii.

Eodem mode mandatum est vicecomiti Norf' et Suff'. Teste ut supra.

Rex omnibus Judeis per Angliam constitutis, salutem. Sciatis quod promissionem quam fecistis dilecto fratri et fideli nostro R. comiti Cornubie et Pictavie, de succursu ei faciendo ad peregrinationem suam faciendam versus Terram Sanctam, gratam habemus et acceptam, et inde grates vobis referimus. Ita tamen quod per solutionem predicte promissionis ei facte solutio promissionis nobis prius facte non impediatur. Teste rege apud Windles', xvij. die Januarii. [*Cancelled*] *Quia est in rotulo patentium anni .xxj.*

De viridario eligendo in loco alterius viridarii languidi.—Rex vicecomiti Surr', salutem. Precipimus tibi quod in pleno comitatu tuo et per assensum totius comitatus, loco Philippi de Henle viridarii nostri in eodem comitatu, qui languidus est, eligi facias alium viridarium qui prestito sacramento, sicut debet et solet, extunc faciat et conservet una cum aliis viridariis nostris ejusdem comitatus

1237.

[m. 18.] ea que ad officium illud pertinent in eodem comitatu. Et talem eum eligi facias qui ad hoc possit et velit diligenter intendere, et nomen ejus scire nobis facias. Teste rege apud Windles', xix. die Januarii.

[m. 17.] *Pro Willelmo de Ferrariis.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Ferrariis quatuor carectatas de virgis in Shrub vel in Powel' ad mutas faciendas ad mutandas aves regis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Magistro Willelmo de Kilkenny.—Mandatum est Alano de Geudeford' quod habere faciat ad opus Magistri Willelmi de Kylkenny palefridum quem abbas de Beland' dedit A. regine, et liberari latori presentium. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Januarii.

Pro priore Lewensi.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod respectum dedimus priori Lewensi de demanda amerciamentorum factorum in itinere justiciariorum quam ei facitis per summonitionem Scaccarii nostri contra libertatem quam habet per cartam H. regis, avi nostri, ut dicit, usque in v. septimanas a die Pasche, anno regni nostri xxj. Et ideo vobis mandamus quod respectum illum etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Januarii. Per J. comitem Linc'.

De venatoribus regis recipiendis ad fugandum.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod Rogerum de Stopham, Willelmum May et Willelmum Luvel quos rex ad eum mittit ad damas capiendas in foresta Essex' contra instans festum Purificationis Beate Marie, predictos venatores regis ad hoc recipiat et venationem quam capient in foresta predicta ab eis recipiat, et ad regem usque Westmonasterium contra festum predictum venire faciat. Et de custo quod ad venationem illam cariandam posuerit, ei respondi faciet. Teste rege ut supra.

Pro Ada Carpentario de Hereford'.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod terram Ade Carpentarii de Hereford' quam cepit in manum regis per preceptum regis ei replegiari faciat, et quod summonet ipsum Adam quod sit coram rege a die Pasche in xv. dies ostensurus quo waranto tenet xxx. acras terre cum pertinentiis in Acornebyr' que sunt de dominico regis. Teste rege ut supra.

Pro hominibus W. Wigorniensis electi.—Mandatum est ballivis Wigornie quod hominibus venerabilis patris W. Wigorniensis electi, et omnium ecclesiasticarum personarum de eadem diocese pacem habere permittant usque ad festum Sancti Michaelis anno xxj. de consuetudine quam ab eis exigunt in villa Wigornie ad villam Wigornie claudendam. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Januarii anno eodem.

Pro W. Eboracensi archiepiscopo.—Mandatum est Reginaldo de Albo Monasterio quod permittat W. Eboracensem archiepiscopum sine impedimento capere septem vel viij. damas vel plures, si voluerit, in foresta regis de Windles,' dum moram fecerit in partibus illis. Teste rege ut supra.

1237.
[m. 17.] *Pro W. comite de Derb'.*—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat W. de Ferrariis, comiti de Derb', xxx. cheverones in ballia sua ad quandam cameram faciendam apud manerium suum de Staumford', de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Rogero Gernet.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod talem seisinam habere faciat Rogero Gernet de ballia sua foreste regis comitatus Lancastrie qualem inde habuit tempore quo dominica regis partium illarum ei commisit custodienda, usque in xv. dies a die Pasche anno regni xxj. Teste rege ut supra. Per fratrem G. elemosinarium.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Johannes Curcy quem ballivi Oxonie ei liberabunt [*entry unfinished and erased*].

Pro abbate de Kirkestal.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod rex concessit per cartam suam abbati et monachis de Kirkestal quod ipsi et eorum successores inperpetuum habeant liberam warennam in dominicis boscis et in dominicis terris suis quos habent de dono Willelmi le Peitevin in Hedingel' et aliorum, sicut in carta inde confecta plenius testatur. Ita quod nullus warennam illam intrare possit ad fugandum in ea vel capiendum cervum, bissam, damum, damam, capreolum, leporem, vulpem vel aliquam aliam bestiam sine licentia ipsorum abbatis et monachorum vel successorum suorum super forisfacturam regi x. librarum; et quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et predictam warennam clamari faciat et teneri. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Januarii.

Pro Warino de Munchaenesy.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Warino de Munchanes' vj. damas in foresta de Shelveston', de dono regis. Teste rege apud Kenynton', ij. die Februarii.

Hybernia. De loquela ponenda in respectum.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod loquelam que est in curia regis inter Grantam que fuit uxor Willelmi de Rockere, petentem, et Alanum Prutfoth tenentem, ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis anno regni regis xxj. Teste rege apud Kenynton', iij. die Februarii.

Pro Willelmo, comite de Ferrariis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Willelmo de Ferrariis, comiti, x. damas in foresta regis de Hwicchewod', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Hastede.—Rex vicecomiti Sussex, salutem. Significavit nobis venerabilis pater E. Cantuarensis archiepiscopus, per litteras suas patentes quod, cum causa matrimonialis que vertebatur inter Robertum de Hasted' et Isabellam de Elesham quam Johannes de Curcon tenuit per appellationem esset ad eum delata, admissis probationibus et omnibus rite peractis, invenit dictum Robertum de Hacsted' in crastino beati Andree Apostoli biennio proximo elapso cum dicta Isabella matrimonium legitimum contraxisse, et ipsam ei tanquam uxorem suam legitimam adjudicavit, et

1237.
[m. 17.] contractum inter Johannem de Curchon' et ipsam Isabellam initum nullum pronuntiavit; supplicavit igitur nobis ut de terris et possessionibus quas dicta Isabella habuit in crastino prefati festi beati Andree eidem Roberto tamquam marito prefate Isabelle plenam seisinam habere faceremus. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris et possessionibus predictis eidem Roberto sine dilatione plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Kenynton,' iiij. die Februarii.

Mandatum est vicecomiti Cornubie quod per totam balliam suam in villis in quibus vina venduntur clamari faciat quod sextercium vini albi gallici non vendatur de cetero carius quam ad vi. denarios, et sextercium vini rubei carius quam ad viij. denarios, et quod dolium vini, si vendatur in grosso, vendatur secundum quod assisa predicta de sextercio vendendo ad vi. denarios et ad viij. deposcit, et non carius; et in singulis villis predictis deputari faciat duos legales homines qui videant quod assisa predicta vini, tam in grosso quam aliter, firmiter observetur ut predictum est; et taliter assisam predictam observari faciat quod ad ipsum rex capere non debeat; et si quem invenerit qui vinum vendat contra assisam predictam postquam illam clamari fecerit vina ipsius in manum regis capiat et ea salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra. Eodem modo mandatum est vicecomiti Norf' et Suff'. [*Cancelled*] *Quia in tergo istius rotuli.*

Pro R. comite Wintonie.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat R. comiti Wintonie, xx. damas in foresta regis de Hunted' et xx. damas in foresta de Geytinton' et xx. damas in foresta de Rockingham, de dono regis, ad parcos suos instaurandos. Teste rege ut supra.

De rettatis tradendis in ballium.—Rex vicecomiti Wiltes', salutem. Quia per inquisitionem factam per preceptum nostrum accepimus quod Thomas filius Gileberti et Thomas frater ejus, capti et detenti in prisona nostra pro incendio unde rettati sunt, inde sunt rettati odio et athia et non eo quod inde culpabiles sunt, tibi precipimus quod, si uterque illorum invenerit tibi xij. probos et legales homines de comitatu tuo qui eos manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ad standum inde recto si quis versus eos inde loqui voluerit; tunc eos tradas in ballium, sicut predictum est. Et habeas ibi nomina illorum xxiiij. et hoc breve. Teste rege ut supra.

Pro Magistro Sancti Petri de Eboraco.—Mandatum est Roberto de Ros quod talem seisinam habere faciat Magistro Sancti Petri de Eboraco de averiis suis habendis in foresta regis de Gauteriz, et de rationabili estoveris suo habendo ibidem de busca ad focum suum et aliis, qualem habuit antequam rex commisit forestam illam Roberto de Crepping' custodiendam, ita quod non faciat vastum aliquod in foresta predicta. Teste rege ut supra. Per W. de Ralegh'.

1237.
[m. 17.]

De extenta terrarum que fuerunt Margerie de la Ferte in presentia Walteri de Burgo.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod ad faciendum inquisitionem et extentam de terris que fuerunt Margerie de la Ferte in ballia sua quas rex fieri precepit, recipiat Walterum de Burgo, nec sine presentia sua ad eam faciendam procedat. Teste rege ut supra. Eodem modo mandatum est vicecomiti Wiltes' pro eodem negotio. Teste rege ut supra.

Pro fratre Roberto de Dive et hominibus ejus.—Mandatum est Ricardo de la Lade, custodi honoris Gloc', quod de gratia regis deferat fratri Roberto de Dive et hominibus suis de Hatherinton' de sectis faciendis ad hundredum de Rowell' quamdiu custodia terre et heredis G. quondam comitis Glouc' fuerit in manu regis, et manerium predictum de Hatherinton' fuerit in manu predicti fratris Roberti. Teste rege apud Kenenton', v. die Februarii.

Pro Willelmo Curzun.—Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Scias quod W. comes Warenn' in curia nostra coram nobis manucepit quod habebit coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint Willelmum de Curzun, militem suum, ad standum recto de hoc quod Henricus de Barkeston' versus eum loqui voluerit. Et ideo tibi precipimus quod ipsum Willelmum usque ad adventum predictorum justiciariorum nostrorum inde pacem habere permittas. Teste rege ut supra.

Pro forestariis regis de feodo.—Mandatum est Ricardo de Munficheth quod omnibus forestariis regis de feodo in ballia sua, qui de balliis suis disseisiti sunt per custodes maneriorum et dominicorum regis talem seisinam de predictis balliis suis habere faciat qualem habuerunt antequam per predictos custodes dominicorum regis inde disseisiti fuerint, donec aliud inde rex preceperit. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est Roberto de Ros pro forestariis regis de feodo in ballia sua. Teste rege ut supra.

Pro Al. comitissa Penbr'.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat A. comitisse Penbr', v. damos et x. damas in foresta regis de Savernac, de dono regis, ad parcum suum de Begewurth' instaurandum. Teste rege apud Kenent', vj. die Februarii. Per Hugonem de Vivon'.

Pro Nicolao de Syrleya.—Mandatum est ballivis Suht' quod, quia rex didicerit quod Johannes Blancbuilly tenuit quandam domum et dimidiam hidam terre cum pertinentiis in Suhampt' de Nicolao de Syrlea per servicium xl. solidorum, quos idem Nicolaus dicit sibi injuste detineri, eo quod domus et terra predicta sunt in manu regis pro debitis que idem Johannes debet mercatoribus transmarinis, quod redditum predictum, eidem Nicolao debitum de domo et terra predicta postquam extiterunt in manu regis, ei sine dilatione reddi faciant. Teste rege ut supra.

1237.
[m. 17.] *Pro Willelmo de Ferrariis.*—Mandatum est Ricardo de la Lad' quod habere faciat Willelmo de Ferrariis quinque robora in parco de Berdefeud ad palum inde faciendum ad parcum suum de Stebbing' claudendum. Teste rege ut supra.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat eidem Willelmo quinque robora in bosco de Hathfeld' ad illud idem. Teste rege ut supra.

Pro Johanne de Lexinton'.—Mandatum est Alano de Guldeford' quod palefridum lyard de Begheland' qui est in custodia sua et quem liberari precepit Galfrido Dispensario faciat habere Johanni de Lexinton', de dono regis. Teste rege apud Kenent', vij. die Februarii.

De austurco regis mutando.—Mandatum est Hamoni de Crevequoer quod Thomam Buschard, latorem presentium, cum austurco regis recipiat, et ipsi Thome necessaria invenire et ipsum austurcum mutari faciat; ita quod rex ei grates inde referre debeat speciales. Teste rege ut supra.

Pro domino Eboracensi.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod habere faciat venerabili patri W. Eboracensi archiepiscopo, xxx. lusceos, xl. bremas, et cccc. rocheas in vivario regis de Fossa, de dono regis. Teste rege ut supra.

De venatoribus regis.—Mandatum est Reginaldo de Albo Monasterio quod Willelmum May, Willelmum Luvel et Rogerum de Stopham, venatores regis, admittat ad capiendas xij. damas ad opus regis in ballia sua. Teste rege apud Kenent', viij. die Februarii.

Pro Ricardo filio et herede Thome Gubun.—Rex vicecomiti Hertford', salutem. Quia per inquisitionem quam fieri precepimus et quam nobis misisti accepimus quod Thomas Gubun fideliter a patria sua de comitatu Hertford' recessit nec aliqua suspicio de malo in recessu suo versus eum habebatur, nec inquisitores per quos facta fuit inquisitio illa credunt nec intelligunt quod idem Thomas suspensus est pro roberia vel pro aliqua alia transgressione; tibi precipimus quod permittas Ricardum filium et heredem predicti Thome in pace tenere terram que fuit ipsius Thome in Henxstaneston', quam quidem terram predictus Ricardus recuperavit per breve nostrum de morte antecessoris coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus apud Hertford'. Permittas etiam Agnetem que fuit uxor predicti Thome terram suam in pace tenere, quam ipsa similiter recuperavit nomine dotis sue coram eisdem justiciariis, de predicta terra in eadem villa. Teste rege ut supra.

Pro Gwidone de Sancto Amando et Johanna uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod sine dilatione talem seisinam habere faciat Gwidoni de Sancto Amando et Johanne, uxori ejus, de tota terra que fuit Willelmi de Nevill' in Chandewich', qualem inde

1237.

[m. 17.] habuerunt eo die quo ipsos inde disseisivit occasione concessionis quam fecit venerabili patri R. Cycestrensi episcopo, cancellario regis, de custodia terre et heredis predicti Willelmi. Teste rege apud Kenent', ix. die Februarii.

De forgiis levandis in foresta de Sancto Briavello.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in saisona qua subboscus scindi poterit, ita quod revenire possit, et ne dampnum per coepeciam foreste regis de Sancto Briavello eveniat, in loco competenti infra eandem forestam, levari faciat viij. forgias itinerantes ad subboscum par visum forestariorum in quorum balliis levate fuerint, et per visum Nigelli Hathewy et Rogeri Wither vel aliorum loco eorum qui ad hoc sufficiant, et forgias illas sustentari faciat subbosco, videlicet, spina, arabili, corulo et alio subbosco; ita quod nulla quercus, castaneum vel fagus prosternatur, et placiam illam scissam et assignatam ad eas sustentandas ita bene et sufficienter claudi faciat ne fera vel aliqua bestia eam ingredi possit ad bruscandum in ea. Teste rege ut supra.

Pro probis hominibus Karleol'.—Rex concessit probis hominibus suis Karleol' quod habeant de seipsis coronatores in civitate sua Karleol' ita quod coronatores regis de comitatu Karleol' decetero in nullo se intromittant de hiis que ad coronam regis pertinent in predicta civitate. Et mandatum est vicecomiti Cumb' quod in pleno comitatu suo eligi faciat de fidelioribus et discretioribus ejusdem civitatis duos coronatores qui prestito sacramento faciant et conservent ea que ad coronam regis pertinent in eadem civitate; et tales eos eligi faciat qui ad hoc melius sciant et velint intendere et nomina eorum regem scire faciat. Teste rege apud Kenent', ut supra.

Pro Willelmo de Mastac.—Mandatum est Alano de Geudeford' quod baiardum palefridum quem P. Wintoniensis episcopus, dedit regi faciat habere Willelmo de Mastac, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Hereberto Britone.—Mandatum est H. de Trublevill, senescallo Wasconie, quod, quia Herbertus Brito, lator presentium, multa dampna sustinuit pro servicio regis, ut idem rex didicit per Reginaldum de Ponte, concessit ei rex xx. solidatas redditus sterlingorum in insula de Geres' que eum contingunt jure hereditario et predictas xx. solidatas eidem Herberto habere faciat. Teste rege apud Kenent', x. die Februarii.

[m. 16.] *Pro Margareta de Druual.*—Mandatum est Henrico de Dun quod in foresta regis de Graveling' faciat habere Margarete de Druual ij. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege ut supra.

Hybernia. Pro domino Dublinensi.—Rex M. justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod concessimus venerabili patri L. Dublinensi archiepiscopo, omnes terras quas Willelmus de Mariscis

1237.

[m. 16.] tenuit de feodo ecclesie Dublinensis die quo captus fuit contra nos in guerra quam R. Marescallus, quondam comes Penbr', movit in Hybernia et que ad ipsum archiepiscopum pertinere debent ratione predicte captionis de duabus carucatis terre pertinentibus ad terram quam idem Willelmus tenuit de feodo ecclesie Dublinensis et de qua seisinam fieri precepimus archiepiscopo predicto ratione predicte captionis, quas quidem vicini ipsius archiepiscopi occupaverunt ex permissione quorundam ballivorum nostrorum, eidem archiepiscopo sine dilatione plenam seisinam habere faciatis. Teste rege ut supra.

De vinis regis cariandis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod iiij. dolia vini liberet vicecomitibus Lond' carianda quo eis precepit rex. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo de Huntercume.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod cartam Willelmi de Huntercume, quam ei fieri fecit rex de c. et xiiij. acris terre cum pertinentiis in Basington', reddendo inde annuatim unum par calcarium deauratorum ad Scaccarium regis, legi et in rotulis Scaccarii regis inrotulari faciant. Teste rege ut supra.

Pro Emerico de Sacy.—Rex perdonavit Emerico de Sacy c. solidos qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii regis de prestito ei facto tempore regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Emericum de predictis c. solidis quietum esse faciant. Teste rege apud Sutton', xiij. die Februarii.

Pro Alano de Nevill'.—Mandatum est Alano de Geudeford' quod habere faciat Alano de Nevill' unum de equis regis qui sunt in custodia sua, videlicet Arabicum vel baium quos rex habuit de dono Imperatoris, quem eorum velit eligere, de dono regis. Teste rege apud Roffam, xiiij. die Februarii. Per fratrem G.

Pro Roberto de Arderne.—Rex dedit respectum Roberto de Arderne, servienti suo, de debito quod debet Jacobo Crespin et Josceo, genero ipsius Jacobi, usque a die Pasche in unum mensem anno regni regis xxj.; ita quod interim non currant usure contra ipsum Robertum. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic teneri et inrotulari faciant. Teste rege apud Cantuariam, xviij. die Februarii.

Pro Willelmo Fabro tradendo in baillium.—Quia Willelmus Faber de Riseburg', captus et detentus in prisona regis de Aylesbyr', quem Editha de Schobbedon' appellat de morte Ricardi de Schobbedon', appellatus est de morte illa odio et athia et non etc., ut rex accepit per inquisitionem quam inde fieri fecit; mandatum est vicecomiti Buk' quod, si predictus Willelmus invenerit ei xij. probos et legales homines suos de comitatu suo qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venerint ad standum recto si quis versus eum inde loqui voluerit, tunc tradat

1237.
[m. 16.] eum in baillium predictis xij., sicut predictum est, et eum a prisona regis deliberet; et quod habeat ibi nomina predictorum xij. et hoc breve. Teste rege apud Cantuariam, xviij. die Februarii.

Pro Roberto Lemmer.—Consimiles litteras habet Robertus Lemmer qui in comitatu Eboraci appellatur de morte Thome filii Walteri. Teste rege ut supra.

Pro Stephano filio Andree.—Rex dedit respectum Stephano filio Andree de Lond' de debitis que debet Aaron Blundo, Joie que fuit uxor Abrahe filii Duce, Jacobo Crespin, Jacobo filio Florye, et eidem Florie Lithum de Milkestret', et Peitevin filio Benedicti, Judeis Lond', usque in unum mensem a die Pasche anno regni regis xxj.; ita quod interim non currant usure eorundem debitorum. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege ut supra.

Pro constabulario Roffe.—Rex constabulario Roffe, salutem. Precipimus tibi quod de wardis spectantibus ad castrum nostrum Roffe unde respondere debes ad Saccarium nostrum, retineas ad opus tuum pro custodia ejusdem castri xvj. libras, et de eisdem wardis habere facias capellano nostro celebranti divina in capella ejusdem castri l. solidos; et computatur tad Scaccarium. Teste rege ut supra.

Pro abbate de la Forde.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod coram vobis legi faciatis cartam abbatis de Forde de libertatibus quas dicit se habere de concessione quorundam predecessorum nostrorum regum Anglie, et libertates in eadem carta contentas que ei debent et consueverint allocari ad Scaccarium nostrum, eidem abbati teneri et allocari faciatis. Teste rege apud Dovor', xxij. die Februarii.

De perdonatione fuge pro morte hominis.—Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Scias quod quantum in nobis est perdonavimus Willelmo Motte, Hugoni de Meriton,' et Waltero Sath, fugam quam fecerunt pro morte Roberti Parage et unde appellati fuerunt per Widonem Parage. Perdonavimus etiam eisdem sectam nostram quam ea occasione erga ipsos habuimus; ita tamen quod accipias ab eis securitatem standi recto si quis erga ipsos inde loqui voluerit. Et ideo tibi precipimus quod predictos Willelmum, Hugonem et Walterum in comitatu tuo ea occasione interrogari vel utlagari non facias. Teste rege apud Dovor', xxij. die Februarii. Per Willelmum de Ralegh'.

Pro Godefrido de Gamages.—Rex reddidit Godefrido de Gamag', filio et heredi Willelmi de Gamag', talem seisinam de manerio de Stotesdon cum pertinentiis qualem predictus Willelmus, pater ejus, inde habuit die quo obiit, salvo regi jure suo si postea versus eum inde loqui voluerit. Et mandatum est vicecomiti Salopie quod eidem Godefrido de predicto manerio cum pertinentiis sine dilatione plenam seisuram habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Dovor', xxiij. die Februarii.

1237.

[m. 16.] *Pro Ricardo de Berthon' tradendo in baillium.*—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod Ricardus de Berthon', captus et detentus in prisona regis Oxonie pro morte Johannis filii Pavye, unde ipsa Pavya ipsum appellat, appellatus est de morte illa odio et athia et non eo quod inde culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Oxonie quod, si predictus Ricardus invenerit xij. probos et legales homines de comitatu suo qui eum manucapiant habere coram justiciariis etc., quod ipsum tradat in ballium predictis xij. sicut predictum est. Teste rege apud Dovor', xxiij. die Februarii.

Pro Ricardo de Fresingefeud.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod rex concessit Ricardo de Fresingefeud hanc libertatem, quod, quamdiu fuerit per preceptum regis in garnisona in castro regis Dovor', quietus sit de sectis comitatus et hundredorum, et quod ita teneri faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Dovor', xxv. die Februarii.

Pro Roaldo filio Alani.—Consimiles litteras habet Roaldus filius Alani, directas vicecomiti Devonie et vicecomiti Oxonie. Teste rege apud Dovor', xxvj. die Februarii.

De vinis regis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis regis de prisa et de aliis apud Sandwicum liberet constabulario regis Dovor' ix. dolia vini ponenda in castro regis Dovor', loco ix. doliorum vini que apud Dovor' expendit in ultimo adventu regis de vinis ejusdem castri. Teste rege ut supra.

Pro Thoma de Hemmegrave.—Rex Warnero Engayn, salutem. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster Thomas de Hemmegrave quod, cum teneat per cartam nostram manerium de Mutford' cum pertinentiis, tu ipsum de manerio illo pro voluntate tua disseisivisti. Et quia nolumus quod aliquis qui terram teneat per cartam nostram sive per cartas predecessorum nostrorum inde disseisiatur sine speciali precepto nostro, tibi precipimus quod eidam Thome de predicto manerio plenam seisinam habere facias. Et si quid inde ceperis occasione predicte disseisine, id ei sine dilatione reddas. Teste rege apud Cantuariam, xxvij. die Februarii.

Pro Andrea de la Breshe.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Andree de la Breshe xx. cheverones in balliva sua ad edificia in terra sua de Heneburne facienda, de dono regis. Teste rege ut supra. Per R. de Muscegros.

Pro Johanne Biset.—Mandatum est Ricardo de la Lade, custodi terre que fuit G. comitis Glouc', quod quia per inquisitionem quam fieri fecit rex per sacramentum proborum et legalium hominum accepit quod Johannes Biset pro voluntate sua et sine licentia et voluntate predicti comitis fugare potuit et bestias capere in bosco suo de Rokeburn' die et anno quibus ipse comes obiit saisinam suam fugandi et bestias capiendi in predicto bosco suo ei in pace dimittat, nisi aliam rationabilem causam regi ostendere sciat quare dictam saisinam impedire debeat. Quam si ita est, regi sine dilatione significet. Teste rege ut supra.

1237.
[m. 16.]

Pro Gerardo de Sancto Medardo et aliis tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Norht', quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod Muriell' de Sybberton appellat Gerardum de Sancto Medardo, Galfridum filium ejus, Robertum Longum, Walterum de Stacheden et Gilbertum Marescallum, captos et detentos in prisona regis de Norht', de morte Alicie de Sybberton, matris sue, odio et athia et non eo quod inde culpabiles sint, quod si quilibet eorum invenerit ei xij. liberos et legales homines de comitatu suo qui eos manucapiant etc., tunc quemlibet illorum illis xij. tradat etc. Teste rege apud Cantuariam, primo die Marcii.

Pro Hugone de Vivon'.—Mandatum est ballivis portus Dovor' quod permittant Hugonem de Vivon' transfretare in portu suo sine impedimento cum hominibus, equis et harnesio suo, accepta ab eo debita et sufficienti securitate. Teste rege ut supra.

De vinis regis.—Mandatum est ballivis de Sandwico quod de iiij. doliis vini que Willelmus de Haverhull' arestavit in villa sua liberent Willelmo Chubbe servienti regis unum dolium ad opus regis. Teste rege ut supra.

De lampredis mittendis regi.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod quia omnes pisces a lampredis videntur domino regi et regine, uxori ejus, insipidi, quod quotquot lampredas poterit perquirere in ballia sua, sive de empto sive aliunde, perquirat ponendas in pane et galathia, et eas per Johannem de Sandon', cocum regis, quem rex ad ipsum mittit, regi mittat dum rex fuerit ita remotus a partibus illis; et cum appropinquaverit ad partes illas eas recentes ei mittat. Et custum quod ad hoc posuerit faciet rex ei reddi cum in partes illas venerit. Teste rege apud Cantuariam, iiij. die Marcii.

Pro Johanne Duraunt.—Rex Willelmo de Haverhull', salutem Monstravit nobis Johannes Duraunt quod desicut unum dolium de vinis suis cum quibus applicuit in Anglia arrestatum est apud Suht' ratione prise nostre, vos unum dolium de eisdem vinis similiter nomine prise nostre apud Sandwicum arrestari fecistis. Et ideo vobis mandamus quod, si ita est, dolium illud quod apud Sandwicum arestatum est eidem Johanni deliberari faciatis. Teste rege apud Cantuariam, v. die Marcii.

De coronatore eligendo loco illius qui mortuus est.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus, loco Petri de Grimeston', quondam coronatoris regis in eodem comitatu qui mortuus est, eligi faciat alium coronatorem de eisdem partibus de quibus fuit predictus Petrus, qui, prestito sacramento sicut debet et solet, ex tunc faciat et conservet una cum aliis coronatoribus regis ejusdem comitatus ea que ad officium illud pertinent in eodem comitatu. Et talem eum eligi faciat qui ad hoc possit et velit diligenter intendere. Teste rege ut supra.

1237.
[m. 16.] *Pro hominibus de Basingestok'.*—Mandatum est vicecomiti Suht' quod homines regis de Basingestok' monstraverunt regi quod, cum Willelmus de Hanyton' et Ricardus Cockel et Willelmus de Watteford' mutuo accepissent a Josseo presbytero, quondam Judeo Lond', xx. libras nomine predictorum hominum regis de Basingestok' sine assensu et voluntate ipsorum, ut dicunt, vicecomes occasione predicti debiti plenam seisinam Isaac filio predicti Judei habere fecit, quod ipsos homines de predicto debito pacem habere permittat usque a die Pasche in xv. dies, et quod summonet per bonos summonitores predictum W. de Hanyton' et Ricardum Cockel et Henricum de Watteford, filium et heredem predicti Willelmi de Watteford, quod tunc sint coram justiciariis regis apud Westmonasterium ostensuri quare acceperunt predictum mutuum sub nomine predictorum hominum regis sine eorum assensu; et quod interim distringat ipsos ad respondendum predicto Judeo de predicto debito, ita quod unusquisque eorum respondeat pro portione sua. Teste rege ut supra.

De prisonibus in castro Roffe custodiendis.—Mandatum est constabulario Roffe quod prisones quos vicecomes regis Kancie ei liberabit ab ipso recipiat et ipsos in prisona regis de Roffa salvo custodiri faciat. Teste rege ut supra.

De carta libertatum legenda in pleno comitatu Linc'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod cartam regis quam fieri fecit archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, militibus et omnibus aliis de regno regis de libertatibus et quietanciis eis concessis per aliam cartam regis eis factam dum infra etatem fuit in pleno comitatu suo legi faciat et teneri. Teste rege ut supra.

De rettatis pro morte hominis tradendis in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod Adam Algar et Milo mercator de Awelton', capti et detenti in prisona regis pro morte Roberti Blachod, rettati sunt de morte illa odio et athia et non eo quod etc.; mandatum est vicecomiti Suhampt' quod si uterque eorum invenerit xij. liberos et legales homines de comitatu suo qui eos manucapiant etc., tunc quemlibet illorum illis xij. tradat etc. Teste rege ut supra.

De cuneis.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Volentes in manu nostra retinere cuneum quem Johannes Turce, monetarius noster Cantuarie, habuit de nobis, et cuneum quem Ricardus de Neketon', monetarius noster Lond', habuit de nobis similiter, qui quidem Johannes et Ricardus mortui sunt; vobis mandamus, quia perdentes sumus quod cunei illi non itinerant, quatinus secundum quod melius videritis expedire per incisorem cuneorum nostrorum fieri faciatis duos cuneos ad opus nostrum, et ipsos liberari faciatis custodibus illis qui cuneos predictorum Johannis et Ricardi custodiri solebant, accepta ab eis fidelitate secundum consuetudinem Scaccarii nostri. Teste rege apud Cantuariam, vij. die Marcii.

1237.
[m. 16.]

Et mandatum est monetariis Cantuarie quod rex assignavit Willelmum Hardel, custodem cambii regis, ad recipiendum totum proficuum ejusdem cunei quem predictus Johannes habuit, et quod ipsum Willelmum vel suum assignatum in functorio suo admittant, nichil quod ad monetam regis in aliquo pertineat sine ipso vel suo assignato facere presumant. Teste rege ut supra.

Idem mandatum est monetariis regis London' de cuneo quem predictus Ricardus habuit. Teste rege ut supra.

De vinis regis mittendis.—Mandatum est ballivis de Sandwic' quod duo dolia vini faciant in villa sua reccari de illis que arestantur ibidem ad opus regis et in carettis regis quos propter hoc ad eos mittit usque ad regem ad Cantuariam mitti. Et de custo eorundem ibidem faciet rex eis respondéri. Teste rege apud Cantuariam, vij. die Marcii.

Pro priore de Bradewell'.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat priori de Bradewell' iiij. quercus in foresta regis de Salceto ad stalla sua facienda, de dono regis. Teste rege apud Cantuariam, viij. die Marcii.

Pro Willelmo de Houeton', capellano regis.—Mandatum est eidem Ricardo quod habere faciat Willelmo de Houeton', capellano regis, x. fusta in foresta regis de Geytinton', de dono regis, ad maerennium faciendum. Teste rege ut supra.

Pro priore et monachis Cantuarie.—Mandatum est eidem Ricardo quod rex licentiam dedit priori et monachis Sancte Trinitatis Cantuarie quod prosterni faciant c. fusta in bosco suo in Danegrif' qui est in foresta regis de Danegrif' ad operationem cujusdam aule faciende in domo sua Sancte Trinitatis, et quod idem fieri permittat. Teste rege apud Roffam, xij. die Marcii.

De tentoriis Cantuarie.—Rex vicecomiti Kancie, salutem. Quia presentatum fuit coram justiciariis nostris itinerantibus apud Cantuariam quod tentoria levata fuerunt apud Litleburn' et apud Stureye, et quod panni ibidem fiebant et tingebantur contra libertatem civitatis nostre Cantuarie et ad nocumentum ejusdem civitatis nostre Cantuarie et inhibitum fuit ab eisdem justiciariis ne decetero essent tentoria nec fierent nec tingerentur panni in locis predictis quod nondum observatum est ut audivimus, tibi precipimus quod id a modo facias firmiter observari. Teste rege ut supra.

De allece emendo ad elemosinam regis.—Mandatum est Hugoni de Pateshull' quod emi faciat ix. lestas et iiij. miliaria allecis et liberari fratri Hugoni de Stocton, Templario, liberanda fratri Galfrido, elemosinario regis, ad elemosinam regis inde faciendam. Teste rege apud Roffam', xiij. die Marcii.

Pro Ricardo de Havering'.—Mandatum est Ricardo de Munficheth quod faciat habere Ricardo de Havering' duo fusta in forinceco bosco regis de Havering' de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Marcii. Per fratrem G.

1237.

[m. 16.] *De quarellis liberandis vicecomiti Glouc'.*—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod de quarellis regis qui sunt in custodia sua faciat habere vicecomiti Glouc', xx. milia quarellorum carianda quo ei rex preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Marcii.

[m. 15.] *Pro hominibus abbatis Westmonasteriensis.*—Mandatum est vicecomiti Buking' quod non distringat homines qui tenent de abbate Westmonasteriensi in baillia sua pro amerciamentis factis coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu Buk', de quibus amerciamentis idem abbas quietanciam habet per cartam regis quam ei inde fieri fecit rex; et si qua amerciamenta ab eis recepit, ea eidem abbati sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Marcii.

Pro domino Dunholmensi.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere R. Dunholmensi episcopo, in foresta regis de Gautriz x. damas et iiij. damos vivos ponendos in parco suo de Creck, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Marcii.

Pro Eva que fuit uxor Roberti de Harewude.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Eva que fuit uxor Roberti de Harewude appellat Reginaldum de Wudehus de morte predicti Roberti odio et athia et non etc.; mandatum est vicecomiti Eboraci quod si predictus Reginaldus invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo qui eum manucapiant habere coram justiciariis etc., quod tunc tradat eum in ballio illis xij. etc. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Marcii.

Pro Roberto de Dira.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Henricus de Suham appellat Robertum de Diva de morte Ricardi filii Thome, fratris ipsius Henrici, odio et athia et non eo quod etc.; mandatum est vicecomiti Norht' quod, si predictus Robertus invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo qui eum manucapiant habere etc., tunc eum tradat in ballio etc. Teste rege ut supra.

Pro Waltero de Burgo.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere, de dono regis, Waltero de Burgo xij. quercus in Pauncehal' et Malecumb' competentes et ei aptas ad maerennium inde faciendum ad domos suas de Chilton' reedificandas. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Marcii.

De catallis Tresmundi clerici deliberandis.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod omnia catalla Tresmundi clerici, qui mortuus est, que arestata sunt apud Staunford', et Galfridum hominem Ricardi Reinger' qui cum eis arestatus est, sine dilatione deliberari faciat, et liberari executoribus testamenti ipsius Tresmundi vel alteri eorum has litteras regis deferenti ad executionem ejusdem testamenti faciendam. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Marcii.

1237.
[m. 15.]

Pro Willelmo recluso London'.—Mandatum est constabulario Turris London' quod rex concessit fratri Willelmo, presentium latori, quod habeat reclusorium suum in ballio ejusdem Turris quod est in custodia sua, et quod illud reclusorium ei habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro Johanne Francigena.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod rex assignavit Johannem Francigenam ad recipiendum et custodiendum ad Scaccarium regis aurum regine regis quamdiu regi placuerit, et quod ipsum ad hoc admittant sicut predictum est. Teste rege ut supra.

De balistis deliberandis B. de Crioll'.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod de balistis regis de cornu que sunt in custodia sua liberari faciat B. de Crioill', constabulario regis Dovor', x. balistas ad turnum de quibus due baliste sunt maxime, et xv. balistas ad duos pedes, et x. balistas ad unum pedem, cariandas usque castrum regis Dovor'. Teste rege ut supra.

Pro priorissa de Stratford'.—Rex perdonavit priorisse de Stratford' xiiij. solidos et ij. denarios quos barones de Scaccario ab ea exigunt per summonitionem Scaccarii regis de quadragesima regis ultimo assisa in terra regis, et mandatum est eisdem baronibus quod de predictis xiiij. solidis et ij. denariis ipsam priorissam quietam esse faciant. Teste rege ut supra.

Pro Magistro Michaele Belet.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Magistro Michaeli Belet v. robora, de dono regis in foresta regis de Wicchewud ad quendam rogum faciendum. Teste rege ut supra.

Pro priorissa de Stratford'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod cartas R. regis, avunculi regis, et Henrici regis, avi regis, quas priorissa et moniales de Stratford' habent de libertatibus eis concessis, legi faciant coram eis, et si invenerint quod per cartas illas fuerint eisdem monialibus misericordie hominum suorum ad Scaccarium regis allocate, tunc de dimidia marca quam per summonitionem Scaccarii regis exigunt de hominibus suis de Bremel' de misericordia in quam inciderunt coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu suo ipsos homines quietos esse faciant. Teste rege ut supra.

De cera et aliis emendis ad opus regis.—Rex ballivis suis de Sandwico, salutem. Mittimus ad vos dilectos et fideles nostros Willelmum de Haverhull' et Willelmum cissorem nostrum ad capiendum ad opus nostrum de mercandisis que nuper venerunt in villam vestram, videlicet, vj. miliaria cere, vj. boillones amigdalarum, quingentas libras piperis, trescentas libras zinziberis et canelle, unum miliarium datarum, c. capas cendalli, xl. pannos sericos, et hoc per visum et testimonium iiij. legalium hominum de villa vestra. Et ideo vobis mandamus quod ad hoc sitis eis auxiliantes et consulentes.

1237.
[m. 15.] Assignetis etiam ipsis eos quatuor legales homines de villa vestra per quorum visum hoc faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Marcii.

Pro comitissa Penbr'.—Rex perdonavit A. comitisse Penb', v. marcas et dimidiam quas exiguntur ab ea per summonitionen Scaccarii regis de catallis que fuerunt Ade filii Hugonis de Neubyr', hominis ipsus comitisse, qui abjuravit regnum regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis v. marcis et dimidia ipsam comitissam quietam esse faciant. Teste rege ut supra.

Pro Waleramo Theotonico.—Rex perdonavit Waleran' Theotonico v. marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis regis de foresta ultimo itinerantibus in comitatu Buk' et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum et ita etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Marcii.

Et mandatum est vicecomiti Buk' quod averia ipsius Waleran' ea occasione capta ei sine dilatione deliberari faciat. Teste rege ut supra.

De calce deliberanda ad operationem camere regine apud Westmonasterium.—Mandatum est Engel' de Cygoign' quod de calce regis quam habet in custodia sua apud Windes' liberet fratri Johanni de Waverl' sexcenta quarteria ad operationem camere regine apud Westmonasterium. Teste rege ut supra.

Pro Nicolao de Moles.—Rex perdonavit Nicolao de Moles xxx. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii regis de pluribus prestitis ei factis, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Nicolaum de predictis xxx. marcis quietum esse faciant. Teste rege ut supra.

Pro ballistariis regis.—Mandatum est Hugoni de Pateshull', thesaurario regis, quod provideat quod Philippus Conversus, balistarius regis, qui percipit in die iiij. denarios et obolum et Johannes de Valent', balistarius regis, qui percipit in die vii. denarios et obolum habeant liberationes suas, ita quod pro defectu liberationum suarum operationes regis quas ipsi faciunt in turri regis Lond', non impediantur. Et id ei allocari faciet rex. Teste rege ut supra.

Quod Judei de comitatu Norht' non maneant extra Norhampt'.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod clamari faciat et firmiter prohiberi per balliam suam quod nullus Judeus decetero maneat alibi in ballia sua quam in villa regis Norht', sicut alias prohibitum fuit, et si quem Judeum contra hanc prohibitionem regis invenerit alibi manentem in ballia sua quam in predicta villa Norht', quod corpus ipsius et catalla sua in manum regis capiat et salvo custodiat; ita quod ipsum habeat coram justiciariis regis ad custodiam Judeorum assignatis a die Pasche in xv. dies, ad audiendum inde judicium suum de hoc quod alibi manserit contra prohibitionem regis. Teste rege ut supra.

1237.
[m. 15.]

De carta confecta de libertatibus concessis a rege dum infra etatem fuit legenda in comitatu Cornubie.—Mandatum est vicecomiti Cornubie quod cartam regis quam fieri fecit archiepiscopis, episcopis etc et omnibus aliis de regno suo Anglie de libertatibus et quietanciis eis concessis per aliam cartam regis eis factam dum infra etatem fuit in pleno comitatu suo legi faciat et firmiter teneri. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' et Sussex' pro uno comitatu de una carta, et altero de alia.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk'. Teste rege apud Keneton', xxij. die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomiti Berkes'. Teste rege apud Rading', primo die Maii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Devonie. Teste rege apud Windes', vj. die Maii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Norht'. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Maii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' pro uno comitatu de una carta, et altero comitatu de alia.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Salopie et Stafford'. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Maii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Huntind'. [Teste] rege apud Westmonasterium xx. die Maii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Glouc'. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Maii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Bed'. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors'. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Maii.

Pro Henrico de Bodrigan'.—Mandatum est vicecomiti Cornubie quod rex concessit et carta sua confirmavit pro se et heredibus suis Henrico de Bodrigan' et heredibus suis quod habeant in perpetuum unum mercatum apud Lo in manerio suo de Pendrun singulis septimanis per diem Veneris, et quod habeant ibidem unam feriam duraturam per tres dies, scilicet in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis; et quod predictum mercatum et predictam feriam clamari et firmiter teneri faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Marcii.

Pro mercatoribus Guthand'.—Mandatum est ballivis Staunford' quod rex concessit per cartam suam omnibus mercatoribus de Guthand venientibus in terram regis Anglie ad negociandum ibidem, quod quieti sint de omni theloneo et consuetudine ad mercatores pertinente, tam de rebus et mercandisis suis quas ducunt de partibus suis in Angliam quam de rebus et mercandisis quas emerint in

1237.
[m. 15.] Anglia ducendas in partes suas, et quod ab eis nullum thelonium exigant vel capiant. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Marcii.

Eodem modo mandatum est:—
Ballivis Hertford'.
Ballivis nundinarum Sancti Botulphi.
Ballivis de Sandwico.
Ballivis Sancti Edmundi.
Vicecomiti Kancie.
Ballivis Cantebrigie.
Ballivis Dovor'.
Ballivis nundinarum de Len.
Ballivis nundinarum Sancti Ivonis.
Ballivis Huntend'.

Pro Hugone de Pateshull'.—Mandatum est Rogero de Essex, escaetori regis, quod de custodia terrarum que fuerunt Radulfi Paynel plenam seisinam habere faciat Hugoni de Pateshull', thesaurario regis, cui eam rex commisit quandiu regi placuerit. Teste rege ut supra.

Pro Radulfo de Leycestr'.—Mandatum est Ricardo de Munficheth quod in foresta regis de Pember' faciat habere Radulfo de Leicestr' sex quercus ad maerennium, et alias sex quercus ad cheverones inde faciendos, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Marcii. Per Willelmum de Ralegh.

Pro magistro Alexandro de Sweneford (sic).—Mandatum est Ricardo de Mufichet' quod in foresta regis de Monte Gilleberti faciat habere magistro Alexandro, thesaurario Sancti Pauli, London', decem quercus de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de xxj. doliis vini que cepit ad opus regis, liberet xviij. dolia vicecomitibus London' carianda quo eis preceperit rex. Teste rege apud Westmonasterium xxviij. die Marcii. [*Cancelled*] *Quia aliter statim inferius.*

De quodam prisone recipiendo et in prisona Norht' custodiendo.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod cum vicecomes Linc' ad eum miserit Warnerum de Linc', captum et detentum pro morte Radulfi Paynel unde rettatus est, ipsum recipiat et in prisona regis salvo custodiat donec etc. Teste rege ut supra.

Et mandatum est eidem vicecomiti Linc' quod eundem Warnerum ad eundem vicecomitem Norht' mittat. Teste rege ut supra.

Pro Hugone de Gillingham.—Mandatum est constabulario Roffe quod Hugo de Gillingham, quem rex assignaverat ad custodiam operationum castri regis Roffe' et ad perhibendum inde testimonium, quem etiam postea absolvit rex ab onere illo, inde absolutum habeat et alium loco suo assignet quem ad hoc viderit idoneum. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

1237.
[m. 15.]

Pro Willelmo de Ralegh'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod habere faciat Willelmo de Raleg' x. brennias et x. lucios in vivario regis de Fossa, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro rege, de vinis cariandis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis regis que sunt in custodia sua liberet Aumarico de Sancto Amando, senescallo regis, quinque dolia vini carianda per carettas regis usque Keneton', et vicecomitibus Lond' xviij. carianda quo eis preceperit rex, videlicet x. usque Windes', quatuor usque Geudeford' et quatuor usque Merton'. Teste rege apud Westmonasterium, xxj'. die Marcii.

De terra Willelmi de Cornhull' extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Willelmi de Cornhull' in Cornhull' quod est vadium Leonis, Judei regis London', videlicet quantum terra illa valeat in redditibus dominicis et aliis, et secundum extentionem illam et valorem ejusdem terre eidem Willelmo rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant de debito quod idem Willelmus predicto Judeo debet. Teste rege apud Kenet', xxxj. die Marcii.

De parco de Hatfeld'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod plenam seisinam habere faciat Waltero de Burgo de parco de Hathfeld', qui est dominicus parcus regis. Teste rege ut supra.

De prisone custodiendo in prisona de Neugat'.—Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod Adam Alemannum, prisonem regis, quem rex ad eum mittit per Rogerum le Criur, ab eo recipiat et in prisona regis salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Kenynton', primo die Aprilis.

Pro Hereberto, persona capelle regis in castro de Notyngham'.—Rex vicecomiti Noting', salutem. Ostendit nobis Herebertus, persona capelle nostre in castro de Noting', quod antequam prostratum esset molendinum nostrum subtus castrum illud decimas ejusdem molendini nomine dicte capelle sue percipere consuevit; et cum idem molendinum jam de novo reedificetur, tibi precipimus quod decimas illas ei inde habere facias, sicut eas prius percipere consuevit. Teste rege ut supra.

De denariis liberandis, non obstante absentia thesaurarii et camerarii.—Mandatum est Galfrido de Wroxhill' quod denarios, quos liberari precepit rex secundum tenorem brevis regis de liberate quod thesaurario et camerario regis inde mittit rex, [liberet] nec remaneat occasione absentie predictorum thesaurarii et camerarii regis quin fiat liberatio predicta, dumtamen sit de aliis denariis thesauri regis quam de tallagio Judeorum. Teste rege apud Keneton', ij. die Aprilis.

De vinis retinendis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod de vinis melioribus Wasconie que nuper venerunt apud Bristoll' retineant ad opus regis triginta dolia vini, et ea salvo custodiant donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Kenynt', iij. die Aprilis.

1237.
[m. 15.] *Pro Magistro Symone de Steyland'.*—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Magistro Symoni de Steiland' iiij. quercus, de dono regis, in propinquiore bosco manerii de Ringwud' ad molendina ejusdem manerii reparanda. Teste rege ut supra.

Pro rege, de vinis cariandis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Westmonasterii quod, de vinis regis que sunt in custodia sua, sine dilatione faciant habere latori presentium, Willelmo de Collemer', vj. dolia vini Andegavie carianda apud regem apud Keneton'. Teste rege apud Keneton', iiij. die Aprilis.

Pro Ricardo de Gray.—Mandatum est Reginaldo de Albo Monasterio quod habere faciat Ricardo de Gray prope fluvium Tamisie duas bonas fagos ad focum suum, de dono regis. Teste rege ut supra.

De oleo cariando pro rege.—Mandatum est custodi manerii de Wodestok' quod ad denarios regis cariari faciat usque Keneton' oleum regis quod habet in custodia sua; ita quod ibidem sit hac instanti die Veneris ante Dominicam in Ramis Palmarum, et de denariis ei ibidem inde respondebit. Teste rege apud Kenet', v. die Aprilis.

Pro priore de Ipelepenn'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod rex perdonavit priori de Ipelepenn' iij. marcas que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii regis de auxilio regis in Anglia generaliter concesso, et quod ipsum priorem de illis iij. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Keneton', vij. die Aprilis.

Idem mandatum est vicecomiti Devonie, et quod averia ipsius prioris ea occasione capta ei deliberari faciat. Teste rege ut supra.

Quod mercatum et feria teneantur apud Feckeham.—Rex vicecomiti Warr' (*sic*), salutem. Scias quod volumus quod singulis septimanis habeamus unum mercatum apud manerium nostrum de Feckeham per diem Jovis. Volumus etiam quod singulis annis habeamus in eodem manerio nostra de Feckeham unam feriam in vigilia et in die Nativitatis beati Johannis Baptiste et per duos dies sequentes. Et ideo tibi precipimus quod predictum mercatum singulis septimanis per diem Jovis et predictam feriam singulis annis in vigilia et in die Nativitatis beati Johannis Baptiste et per duos dies sequentes per totam balliam tuam clamari et teneri facias, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Warewic'. Teste rege ut supra.

De maerennio ad opus regis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat servienti regis manerii regis de Feckeham in foresta regis de Feckeham grossum maerennium ad quandam grangiam faciendam in predicto manerio regis, longitudinis centum et l. pedum, per talliam inde factam inter senescallum foreste et predictum servientem de numero quercuum ad hoc liberatarum. Teste rege ut supra.

1237.
[m. 15.]

Pro abbate de Furnes'.—Mandatum est Rogero de Essex' quod de terra que fuit Michaelis le Flemeng' cum omnibus pertinentiis suis quam concessit Roberto, quondam abbati de Furnes', et monachis ejusdem, et ecclesie Furnes', tenendam de rege et heredibus regis reddendo inde regi et heredibus regis per annum x. libras per manum suam ad Scaccarium regis, et quam in manum regis cepit per preceptum regis per mortem predicti Roberti, quondum abbatis ejusdem loci, fratri Willelmo, nunc abbati ejusdem loci, sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Keneton', viij. die Aprilis.

Pro uxore Henrici de la Pumeray.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod, assumptis secum quatuor de discretioribus et legalioribus militibus et aliis de comitatu suo, in propria persona accedat ad terras et tenementa que fuerunt Henrici de la Pumeraye et sunt in custodia regis in ballia sua, et per visum eorundem assignari faciat Margarete que fuit uxor ipsius Henrici vel certo nuncio suo, rationabilem dotem suam que ipsam contingit de eisdem terris et tenementis. Teste rege apud Kenynt', x. die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cornubie de terris et tenementis que fuerunt ipsius Henrici in ballia sua. Teste rege ut supra.

De catallis que fuerunt Henrici predicti.—Mandatum est comiti Cornubie quod omnia catalla que fuerunt Henrici de la Pumeray in comitatu Cornubie, et que sunt in manu sua occasione mortis predicti Henrici, salvo custodiri faciat quousque rex cum eo colloquuim habuerit, ita quod nichil inde amoveatur. Teste rege ut supra.

Pro priore de Lentone.—Mandatum est Roberto de Ros quod residuum de xv. quercubus quod deest priori de Lenton', quas rex ei dedit ad infirmariam suam faciendam in bosco de Wyllegh', permittat ipsum priorem sine impedimento prosternere et abducere. Teste rege ut supra.

Pro rege, de piscibus capiendis.—Mandatum est Johanni le Flemeng' quod piscatori regis quem ad ipsum mittit ad capiendum per visum suum in vivario regis de Neuport lx. brennias et xl. lucios ad opus regis intendens sit ad hoc et auxiliano. Teste rege ut supra.

Pro Roberto de Muscegros'.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Roberto de Muscegros, de dono regis, per visum viridarii regis in foresta regis de Selewode maerennium ad xij. copulas faciendas ad reparationem domorum suorum de Cherleton'. Teste rege ut supra.

De damis capiendis.—Rex custodi parci sui de Havering', salutem. Mittimus ad te Hamonem filium Philippi ad capiendum in predicto parco xx. damas contra instans Pascha anno regni regis xxj. ad opus nostrum. Et ideo tibi precipimus quod ipsum eas ibidem

1237.
[m. 15.] capere permittas. Inveniri etiam facias eidem Hamoni cariagium ad venationem illam ad nos cariandam apud Westmonasterium, et similiter sal ad eam saliendam si necesse fuerit. Et custum quod ad hoc posueris, cum venatio illa illuc venerit, acquietari faciemus. Teste rege apud Merton', xij. die Aprilis.

De maerennio ad capellam in castro Wintonie.—Mandatum est custodi foreste de Bere quod habere faciat vicecomiti regis Suht' maerennium in foresta regis de Bere ad cheverones, gistas et planchias faciendos ad operacionem capelle regis Sancti Judocy in castro regis Wintonie faciendam. Teste rege ut supra.

Dies datus est commune de Aldingebir' et Stephano de Segrave de loquela que est inter eos coram domino rege de consuetudinibus et serviciis a die Pasche in xv. dies coram eodem rege, quia . . . [*Cancelled*] *Quia est in tergo rotuli istius.*

Pro Luca de Drumare.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Luce de Drumar' in ballia Jacobi Hoes' duos damos, de dono regis. Teste rege apud Merton', xiiij. die Aprilis.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Luce de Drumar' xx. solidos quos tailliatores dominicorum nostrorum in comitatu Wiltes' assederunt anno regni nostri xviij. super homines de Burton' quod est menbrum de Mer', una cum c. solidos quos dedimus eidem Luce de tallagio assiso super homines manerii de Mer' quod idem Lucas habuit de ballio nostro. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Lucam inde quietum esse faciatis. Teste rege ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod de predictis xx. solidis ipsum Lucam pacem habere permittat et averia ipsius ea occasione capta ei deliberari faciat. Teste rege ut supra.

De consensu regis in electionem de Bikenacr'.—Rex electioni facte de fratre Andrea, quondam suppriore de Bykenacr', in priorem ejusdem loci, regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est Willelmo filio Ricardi, quod ei de predicto prioratu et omnibus terris, tenementis et possessionibus ad ipsum prioratum pertinentibus plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Aprilis.

Pro priore et fratribus hospitalis extra Bisopesgate.—Rex perdonavit priori et fratribus hospitalis extra Bisopesgate quinque marcas ad quas amerciati fuerunt coram justiciariis de foresta ultimo itinerantibus in comitatu Essex'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos priorem et fratrem de predictis v. marcis quietum esse faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Aprilis.

Et mandatum est viceconiti Essex' quod pacem eis inde habere faciat, et averia ipsorum ea occasione capta eis deliberari. Teste rege ut supra.

1237.
[m. 14.]

Pro Ricardo Gubiun.—Rex concessit Ricardo Gubiun quod de debito in quo tenetur Jacobo Crespin et Samueli filio Aaron, Judeis Lond', habeat respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis, anno regni regis xxj. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod respectum illum eidem Ricardo inde habere faciant, et interim ipsum pro predicto debito distringi non permittant. Teste rege ut supra.

De quodam assignato ad custodiam operacionum castri Roffe.—Rex assignavit Willelmum balistarium ad custodiam operationum castri regis Roffe. Et mandatum est eidem Willelmo quod predicte operationi, una cum constabulario castri predicti, sit intendens. Teste rege ut supra.

De perdonatione transgressionis de venatione regis capienda.—Rex perdonavit Willelmo le Petit et Alexandro filio Symonis, transgressionem quam fecerunt de venatione regis capienda in foresta regis Windles', qui capti fuerunt cum filio Ranulphi del Broc occasione predicta quem deliberare fecit rex. Et mandatum est constabulario castri Windesor' quod predictos Willelmum et Alexandrum a prisona regis deliberari faciat. Teste rege ut supra.

Pro monialibus de Fosse extra Thorkeseye.—Mandatum est Warnero Engayne quod de septies viginti acris terre cum pertinentiis quas moniales de Fosse extra Thorkesseye habuerunt de dono H. regis, avi regis, in Thorkesseye et quas cepit in manum regis occasione precepti quod fecit rex de dominicis regis capiendis in manum regis talem seisinam inde eis habere faciat qualem prius inde habuerunt. Teste rege ut supra.

Pro priore Sancte Trinitatis Eboraci.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta regis de Gauteriz faciat habere priori Sancte Trinitatis Eboraci quinquaginta quercus ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod loquelam que est coram rege inter abbatem Westmonasteriensem et ipsos de contentionibus quarumdam libertatum, ponant in respectum usque ad proximum adventum regis London' in eodem statu in quo nunc est. Teste rege apud Keneton', xxj. die Aprilis.

Pro comite Lincoln'.—Mandatum est Roberto de Everingham quod libere permittat quod J. comes Linc' et constabularius Cestr', cariare faciat maerennium per forestam regis de Shirewod' sine disturbatione chimini quod in eadem foresta perquirere poterit ad se hospitandum apud manerium suum de Cneshal'. Teste rege ut supra.

Pro Johanna que fuit uxor Thome de Gorg'.—Rex concessit Johanne que fuit uxor Thome de Gorges xx. solidos quos Johannes de Purtun' regi debet de fine quem cum rege fecit pro quadam terra

1237.
[m. 14.] tenenda in manerio de Porstok'. Et mandatum est Waltero de Burgo quod illos xx. solidos eidem Johanne habere faciat, de dono regis. Teste rege apud Kenyt', xxij. die Aprilis.

De hogis in comitatu Cornubie fodendis.—Rex mandavit [comiti] Cornubie et Pictavie quod fodi faciat hogas in comitatu Cornubie ad thesaurum in eis querendum, sicut mandavit fieri de hogis in insula de Wicht'. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Gardino.—Rex perdonavit Willelmo de Gardino viginti et v. solidos quos Urcellus Judeus Wintonie exigit ab eo pro debito Gilberti le Bret, cujus heres est in custodia ipsius Willelmi. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Willelmum de predictis xxv. solidis quietum esse faciant. Teste rege ut supra.

Pro Fratribus Minoribus de Collecestr'.—Rex concessit Fratribus Minoribus de Collecestr' in augmentum placie sue ubi manentes sunt quandam placiam regis contiguam placie predicte que estimatur ad valentiam duorum solidorum per annum in herbagio, sicut accepit rex per inquisitionem per vicecomitem Essex' factam per preceptum regis. Et mandatum est eidem vicecomiti quod de eadem placia eisdem Fratribus plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro Henrico de Ortiaco.—Rex concessit Henrico de Ortiaco quod boscum suum de Cury libere et sine impedimento claudere possit fossato et haia et parcum inde facere quietum de vasto et regardo et de omnibus que ad forestam regis pertinent, sicut plenius continetur in carta regis quam ei inde fieri fecit rex. Et mandatum est Ricardo de Wrotham quod ipsum Henricum boscum illum claudere et parcum inde facere permittat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur Ricardo de Munficheth. Teste rege ut supra.

Pro Nicolao de Molendinis.—Mandatum est Waltero de Burgo quod, preter illas quaterviginti et tres acras terre cum pertinentiis in Netham quas Johanni Kepping et Ele uxori ejus, Petro de Hyges, Radulfo Bastard' et Beatrici uxori ejus, Johanni de Arundel et Agneti uxori ejus reddi precepit rex, faciat habere Nicolao de Molendinis de terris et tenementis suis que de rege tenuit in capite in eodem manerio de Netham, que sunt de libero tenemento ipsius Nicolai ut dicit, talem seisinam qualem inde habuit antequam inde fuisset disseisitus occasione inquisitionis quam inde fieri fecit rex in quam idem Nicolaus se nondum posuit, non obstante seisina illa quam inde fieri precepit abbati de Waverleg', eo quod credebat rex de terra illa pro voluntate regis posse disponere. Teste rege ut supra.

Pro Petro Dagun.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciat terras Petri Dagun quantum valeant in

1237.
[m. 14.]

dominicis, redditibus, villenagiis, et omnibus aliis exitibus terre, et secundum valorem earumdem terrarum et quantitatem debitorum in quibus tenetur Aaroni filio Abraham', Elye le Eveske, Leoni de Milestrate (*sic*) et Aaron et Elye, fratri ejus, Judeis Lond', rationabilem finem et rationabiles terminos ei habere faciat. Teste rege ut supra.

De hogis in insula de Wyght'.—Rex comiti Cornubie salutem. Quia datum est nobis intelligi quod quidam de insula de Wight' foderunt hogas quasdam ibidem pro thesauro ibidem querendo vos attente rogamus quatenus festinetis quantum poteritis accedere ad partes illas et inquiratis diligenter de fossoribus predictis qui fuerint, et si quid in hogis illis invenerint; et illos attachiari faciatis ad respondendum coram nobis de facto suo quando preceperimus. Hogas illas etiam que nondum sunt fosse ibidem fodi faciatis ad videndum si thesaurus aliquis fuerit in eis absconditus, ut pro loco et tempore nos possitis inde certificare. Teste ut supra.

Pro Symone de Petra Ponte.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod, si Symon de Petra Ponte invenerit ei salvos plegios de stando recto quando et ubicumque preceperit rex de forisfacto foreste comitis Warenn' unde rettatus est, tunc ad ipsum vel ad catalla sua manum non apponat occasione precepti regis quod rex ei fieri fecit de arestandis illis quos ei constaret per inquistionem esse culpabiles de predicta foresta. Teste ut supra.

Pro Johanne Blundo, nuncio regis.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod liberationem duorum denariorum in die quam Robertus de Alemannia quondam nuncius regis, qui mortuus est, percipere consuevit per manum vicecomitis Essex' de elemosina regis constituta, concessit rex Johanni Blundo, nuncio regis. Et mandatum est eisdem quod liberationem illam ei habere faciant, sicut predictus Robertus eam habere consuevit. Teste rege ut supra.

Pro Magistro Symone de Steilland'.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod rex per cartam suam concessit dilecto clerico suo Magistro Symoni de Steiland' manerium suum de Ringwod' cum omnibus partinentiis suis, habendum et tenendum toto tempore vite sue, reddendo inde regi et heredibus suis singulis annis x. libras donec eidem magistro providerit rex in eschaetis ad valentiam xxx. libratarum terre, sicut plenius continetur in carta predicta; et quod de predicto manerio cum omnibus pertinentiis suis eidem Magistro sine dilatione plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

*Henricus, Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie et Aquitannie, comes Andegavie, baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod per cartam nostram concessimus magistro Symoni de Steiland' manerium nostrum de Rinkewod' cum omnibus

* An original writ sewn on to the roll.

1237.
[m. 14] pertinentiis suis, habendum toto tempore vite sue reddendo inde per annum x. libras donec ei providerimus in escaetis ad valentiam xxx. libratarum terre, sicut plenius continetur in predicta carta. Et ideo vobis mandamus quod hoc ita inrotulari et teneri faciatis. Teste me ipso apud Keniton, xxiij. die Aprilis, anno regni nostri xxj.

De pannis emendis ad elemosinam regis.—Mandatum est Hugoni de Pateshull', thesaurario regis, quod emi faciat ccc. tunicas singulas de tribus ulnis ad opus pauperum, et similiter trescenta paria sotularium, et tam tunicas illas quam sotulares erogari faciat pauperibus contra instans festum Pentecostes ubi magis viderit esse necesse. Fieri etiam faciat duos calices aureos, utrumque pretii x. librarum, ita quod prompti sint et parati ante predictum festum, et similiter unam tunicam et unam dalmaticam de rubeo samicto ad capellam regis cum aurifragiis competentibus, que etiam ornate sint latis aurifragiis circa manicas ad manus; et tam calices illos quam tunicam et dalmaticam ad regem mittant ante festum predictum usque Glouc' vel alibi ubi tunc fuerit rex. De quibus omnibus, cum custum scierit, litteras regis de liberate ei habere faciet rex. Teste rege apud Kenynt', xxvj. die Aprilis.

Pro hominibus prioris Sancti Johannis Jerusalem.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod omnia amerciamenta que exiguntur per summonitionem Scaccarii regis de propriis hominibus prioris Sancti Johannis Jerusalem que quidem liquida sunt et de quibus nulla contentio est ad Scaccarium, habere faciant eidem priori. Teste ut supra.

Hybernia. Pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est justiciario Hybernie quod assisam mortis antecessoris que summonita est coram justiciariis regis apud Dublin' inter Willelmum filium Alani et Agnetem uxorem ejus, petentes, et Henricum de Trublevill', senescallum regis Wasconie, qui est in servicio regis in partibus transmarinis, tenentem, de manerio de Balimasdun' cum pertinentiis, ponat in respectum usque ad octabas Sancti Johannis Baptiste anno regni regis xxj. Teste rege apud Kenynt', xxvij. die Aprilis.

Pro Waltero King, nuncio regis.—Rex concessit Waltero King, nuncio regis, liberationem unius denarii in die quem Walterus Longus de Cern', quondam nuncius domini Johannis regis, patris regis, percipere solebat per manus ballivorum regis Wintonie de dono dicti patris regis de elemosina sua constituta. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ei liberationem illam habere faciant, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo balistario.—Mandatum est constabulario Roffe quod loco Willelmi balistarii qui languidus est assignet aliquem fidelem et idoneum qui diligenter possit et sciat intendere operationibus castri regis Roffe, sicut predictus Willelmus ad hoc intendebat. Teste ut supra.

1237.
[m. 14.] *Pro vicecomite Hereford', de respectu compoti.*—Rex dedit respectum vicecomiti Hereford' de compoto suo reddendo et visu faciendo usque in unum mensem a die Pasche anno regni regis xxj. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ita fieri et inrotulari faciant, in nullo occasionantes eum de absentia sua coram eisdem baronibus in crastino Clausi Pasche. Teste ut supra.

De episcopatu Dunholm'.—Mandatum est Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunholm', quod sine dilatione plenam seisinam habere faciat Magistro Elye de Derham, Johanni de Rumeseye, Stephano de Burton' et aliis executoribus testamenti bone memorie R. quondam Dunholmensis episcopi, de omnibus bonis que fuerunt ejusdem episcopi per omnia maneria episcopatus Dunholm', tam in libertate quam extra libertatem, scilicet de bladis, instauris et omnibus aliis rebus que fuerunt ipsius episcopi, ad faciendam executionem testamenti sui, ad quod etiam ei sit consulens et auxilians modis quibus poterit, faciens eis habere commoditatem domorum et aliorum que necessaria fuerint ad executionem predictam faciendam. Distringi etiam faciat omnes de episcopatu illo qui arreragia debent de tempore prefati episcopi, tam in libertate quam extra libertatem, ad arreragia illa dictis executoribus reddenda. Teste rege apud Kenynt' xxviij. die Aprilis.

Et mandatum est Waltero de Burgo quod omnia bona que invenit in domibus bone memorie R. quondam Dunholmensis episcopi, apud Lond' quando eas in manum regis cepit sine dilatione et occasione et sine diminutione aliqua dimittat executoribus testamenti episcopi predicti ad executionem testamenti sui faciendam. Teste rege ut supra.

Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod distringant omnes illos in ballia sua quos executores testamenti bone memorie R. Dunholmensis episcopi, ostendere poterunt habere de bonis que fuerunt ipsius episcopi ad bona illa dictis executoribus reddenda. Teste ut supra.

Pro Johanne de Oxonia, converso.—Mandatum est Magistro W. custodi conversorum Lond', et Josceo filio Petri, quod Johanni de Oxonia, converso, quem ad eos rex mittit, ei sicut uni conversorum regis qui sunt in custodia sua necessaria inveniant. Teste ut supra.

Pro Engelardo de Cygoyny.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod quantum de jure poterit sit in auxilium Engelardo de Cygoigny ad jura Johannis de Berkel', nepotis sui, qui est in custodia sua de concessione regis, manutenenda in ballia sua, non permittens quod gravamen vel injuria ei inferatur; et si forte contingat ei inferri dampnum aut molestiam, id ei sine dilatione faciat emendari. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Rumesye quod omnes armaturas tam haubergones, loricas, galeas, capellos ferreos, quam balistas et quarellos, qui fuerunt Ricardi secundi, quondam Dunholmensis episcopi, et quos idem Johannis de Rumesya, quondam senescallus ipsius episcopi, ei liberabit per preceptum regis per. [*Cancelled.*]

1237.
[m. 14.]

De episcopatu Dunholm'.—Mandatum est Johanni de Rumes', senescallo Ricardi secundi episcopi, quondam Dunholmensis episcopi, quod omnes armaturas, tam haubergones, loricas, galeas, capellos ferreos quam balistas et quarellos, quas predictus episcopus recepit post mortem Ricardi de Mariscis, predecessoris sui, Dunholmensis episcopi, per manum Magistri Stephani de Lucy, tunc custodis ejusdem episcopatus, sine dilatione deliberari Johanni filio Philippi, custodi episcopatus predicti. Ita quod inter eos de omnibus predictis quoddam scriptum conficiatur cujus pars penes ipsum Johannem de Rumes' et alia penes ipsum Johannem filium Philippi remaneat. Et mandatum est eidem Johanni filio Philippi quod omnia predicta, sicut predictum est, ab eo recipiat. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Johanni filio Philippi quod omnia predicta que per visum ejusdem Johannis de Rumes' et aliorum proborum et legalium hominum receperit ea omnia appreciari faciat ad opus regis, et precium eorundem ipsi Johanni de Rumes' et sociis suis, executoribus testamenti ejusdem episcopi, sine dilatione deliberari faciat ad excutionem illam faciendam: ita quod de omnibus que ei liberaverit quoddam scriptum inter ipsos fiat cujus unam partem retineat idem Johannes de Rumes' penes se et predictus Johannes filius Philippi alteram penes se. Teste ut supra.

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis que cepit ad opus regis de quadam navi que nuper venit London' vinis carcata liberari faciat vicecomitibus Lond' xij. dolia vini carianda usque Kenynton'. Teste rege apud Windes', xxviij. die Aprilis.

De perdonatione Anketillo Maleure.—Rex perdonavit Anketillo Maleure xx. et tres marcas xj. solidos et x. denarios, per quos finem fecit cum rege cum rex dedit ei manerium de Erleg' pro habendis bladis et instauris inventis in eodem manerio; quod quidem manerium H. de Burgo, comes Kancie, postea versus eum recuperavit per preceptum regis cum bladis et instauris inventis in eodem manerio. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Aufredo de Feringes.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod, si Aufredus de Feringes invenerit ei salvos plegios de stando recto quando et ubicumque preceperit rex de forisfacto foreste comitis Warenn' unde rettatus est, tunc ad ipsum vel ad catalla sua manum non apponat occasione precepti regis quod ei fieri fecit rex de arestandis illis quos ei constaret per inquisitionem esse culpabiles de predicta foresta. Teste rege apud Wind', xxx. die Aprilis.

Pro custode pontis de Stanes.—Mandatum est Reginaldo de Albo Monasterio quod habere faciat custodi pontis de Stanes quandam quercum in foresta regis de Windes' extra dominicum, ad reparationem ejusdem pontis, de dono regis. Teste ut supra.

1237.

[m. 14.] *Pro Galfrido de Mariscis.*—Rex justiciario suo Hybernie, salutem. Ostendit nobis dilectus et fidelis noster Galfridus de Mariscis quod cum W. de Mariscis filius ejus, qui utlagatus est pro morte Henrici Clement, teneret de ipso Galfrido terram de Kilmehalloc in Hybernia, et ipse Galfridus eandem terram teneret de episcopo Lymericensi, idem episcopus terram predictam in manum suam tamquam excaetam suam per vos seisiri fecit. Verum quia dicta terra excaeta ipsius episcopi secundum consuetudinem terre nostre nullatenus esse potest, nisi predictus Willelmus eam de ipso episcopo immediate tenuisset, vobis mandamus quod, si ita est, de prefata terra ipsi Galfrido vel certo nuncio suo has litteras nostras vobis deferenti sine dilatione plenam seisinam habere faciatis de qua terra eidem Galfrido seisinam facere distulistis, ut nobis intimavit, quia ad nos personaliter non venit. Teste rege apud Rading', primo die Maii.

Mandatum est baronibus de Scaccario, quia vicecomes regis Suht' fuit in servicio regis in crastino Clausi Pasche per preceptum regis, ita quod hucusque coram rege esse non potuit ad Scaccarium regis, quod idem vicecomes propter absentiam suam ad diem illum non ponatur in defaltam nec in aliquo sit perdens, quia rex tempus illud ei warantizat. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

[m. 13.] *Pro vicecomite Oxonie.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod vicecomes Oxonie fuit in servicio regis in partibus suis per preceptum regis ad capiendum quosdam malefactores, ita quod comparere coram eis non potuit ad Scaccarium regis ad hoc Clausum Pasche, et quod occasione absentie sue non ponatur in defaltam quia eam rex ei warantizat; et cum adhuc moretur in partibus suis per preceptum regis pro deliberatione gaiole regis Oxonie ad quam deliberandam illuc misit rex quosdam justiciarios regis, diem competentem ei prefigant ad comparendum coram eis et visum suum faciendum, diem quem prefixerint ei significantes. Teste rege apud Rading', ij. die Maii.

Pro vicecomite Suht'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod Galfridus de Insula, vicecomes regis Suht', fuit in servicio regis per preceptum regis in foresta de Bere in crastino Clausi Pache anno regni regis xxj. pro maerennio ibidem prosternendo ad operationes castri regis Wintonie, ita quod ad terminum illum esse non potuit esse coram eis ad Scaccarium regis. Concessit etiam rex eidem vicecomiti quod terminum habeat de visu compoti sui faciendo usque in tres septimanas post octabas Clausi anno eodem, quod idem vicecomes propter absentiam suam ad terminum predictum non ponatur in defaltam nec in aliquo sit perdens, quia absentiam suam quo ad hoc rex ei warantizat, et quod respectum predictum de visu compoti sui faciendo ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne de Plessetis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Johanni de Plessetis quatuor damos in foresta regis de Melkesham, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore de Wirkeshop'.—Mandatum est Roberto de Ros quod in bosco regis de Carberton faciat habere priori de Wirkeshop' xx. quercus ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

1237.
[m. 13.]

Pro Roberto de Hoggesham.—Mandatum est Henrico de Dune quod habere faciat Roberto de Hoggesham' ad sustentationem suam in castro regis Sarisburie usque ad festum Sancti Michaelis quatuor robora folia non ferentia in foresta regis de Pangal'. Teste ut supra.

De loquela ponenda in respectum.—Mandatum est justiciariis de Banco, quia loquela illa quam coram eis movit Thomas Corbet de Tassel' versus Johannem Saracenum qui agit in partibus transmarinis de tenemento in Walton', specialiter regem tangit, quod eandem loquelam ponant in respectum usque ad octabas Sancti Michaelis anno regni regis xxj. Teste ut supra.

De perdonatione Olivero de Albiniaco.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod rex perdonavit Olivero de Albiniaco unam marcam de scutagio de Kery que ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii regis de feodo dimidii militis in Brocton' quod tenuit de Philippo de Albiniaco qui habuit scutagium suum de feodis suis de scutagio predicto, de dono regis; et quod ipsum Oliverum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Rading', iij. die Maii.

Et mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem Olivero pacem inde habere faciant et averia sua ea occasione capta sine dilatione deliberari faciat. Teste ut supra.

De damis datis uxori R. de Muscegros.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Helewise uxori Roberti de Muscegros tres damos in foresta regis de Selewud', de dono regis. Teste rege apud Rading', iiij. die Maii.

De loquela ponenda in respectum.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter Egidium de Erdynton' et Henricum de Aldithel', tenentem, de j. carucata terre in Shagebyr' ponant in respectum usque in xv. dies ab octabis Clausi Pasche anno regni regis xxj. Teste rege ut supra.

De roboribus datis abbatisse de Tarente.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat abbatisse de Tarente in foresta regis de Blakemor' xx. robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Windles', v. die Maii.

Pro abbate de Croyland'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod in propria persona sua accedat usque Deping', et, per visum proborum et legalium hominum quos secum assumat, sine dilatione prosterni faciat omnia fossata que levata fuerunt in Deping per Walerandum de Mortuo Mari ad nocumentum abbacie de Croylland, tempore quo eadem abbacia vacavit et in manu regis extitit; ita quod sint in eodem statu quo fuerunt quando ipsa abbacia devenit in manum regis post mortem Henrici, quondam abbatis Croyland'. Teste rege apud Windles', vj. die Maii.

1237.
[m. 13.]

Pro Helewisa que fuit uxor Henrici de Lunchamp'.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod per visum proborum et legalium hominum de comitatu suo faciat habere Hawisie que fuit uxor Henrici de Lunchamp' rationabilem dotem suam que eam contingit de terris que fuerunt ipsius Henrici, quondam viri sui, in ballia sua, accepta prius securitate ab eadem Hawisia in presentia predictorum proborum et legalium hominum quod nulli se maritabit sine licentia regis. Teste ut supra.

Pro Silvestro de Everdone.—Mandatum est Waltero de Burgo quod in bosco regis de Horsfrith' apud Writel' faciat habere Silvestro de Everdon' tres quercus ad scindulas faciendas, de dono regis.

De roboribus datis priori Dunholm'.—Mandatum est Johanni filio Philippi quod in bosco episcopatus Dunholm' prope Dunholm' extra dominicam hayam ejusdem episcopatus faciat habere priori et monachis Dunholm' quinquaginta robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro monialibus de Boclaund'.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod, postquam liberaverint nunciis domini Imperatoris ad opus ipsius Imperatoris denarios ad presens ei debitos, faciant habere monialibus de Boclaund' quinquaginta libras unde penes eos habent litteras regis de liberate et quas eis nondum liberaverunt, ut dicunt. Teste rege ut supra.

Pro Petro de Rivall'.—Mandatum est Johanni de Venuz quod in foresta regis de Axiholt' faciat habere Petro de Rivall' sexdecim quercus ad se hospitandum apud Banested', de dono regis. Teste ut supra. Per fratrem Galfridum.

Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis que cepit ad opus regis de quadam navi que nuper venit Lond' vinis carcata liberari faciat vicecomitibus Lond' xij. dolia vini carianda usque Kenynton'. Teste rege apud Windes', xxviij. Aprilis. [*Cancelled*] *Quia idem breve superius de eadem datur.*

De prisonibus custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod prisones regis quos vicecomes Roteland' ei liberabit recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro preceptore Novi Templi London'.—Mandatum est Odoni Aurifabro et Edwardo filio suo quod de vinis regis que sunt in celario regis Westmonasterii liberent preceptori Novi Templi Lond' unum dolium vini, quod magistro et fratribus ejusdem Templi dedit rex ad celebrationem capituli sui ibidem ante Pentecosten, anno regni regis xxj. Teste ut supra.

Pro eodem preceptore.—Mandatum est Thome de Sampford' quod in foresta regis de Braden' faciat habere magistro Milicie Templi in Anglia v. damos quos habere debet singulis annis per libertatem quam habet per cartam Henrici regis, avi regis. Teste rege apud Wind', vij. die Maii.

1237.
[m. 13.] Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat eidem magistro in foresta regis de Essex' quinque damos, quos habere debet singulis annis per libertatem quam habet per cartam Henrici regis, avi regis. Teste ut supra.

Pro Engelardo de Cygoyny.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod compotum Engelardi de Cygoyny ponant in respectum usque ad diem dominicam proximam ante festum Sancti Dunstani proximo venturum. Faciant etiam sumoneri vicecomitem Berkes' quod tunc sint (*sic*) super compotum ipsius Engelardi coram eis compotum suum redditurus. Teste ut supra.

De quodam detento in prisona prioris Cantuariensis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod quendam hominem prioris Sancte Trinitatis Cantuarie, qui captus est et detentus in prisona ipsius prioris pro morte uxoris sue unde rettatus est, venire faciat ad comitatum suum, et presentata in presentia coronatoris domini regis de eodem comitatu loquela corone regis ipsum tangente, tunc liberetur in prisona per judicium ejusdem comitatus cui de jure fuerit liberandus. Teste rege ut supra.

De Rogero le Engleis.—Mandatum est Johanni filio Philippi quod Rogerum le Engleis quem rex mittit ad eum ad itinerandum per maneria episcopatus Dunholmensis ad videndum una secum instaura eorundem maneriorum et ad ea apprecianda de consilio suo ad hoc admittat. Teste rege apud Wind', ix. die Maii.

Pro abbate de Radinges.—Mandatum est ballivis Wigornie quod, acceptis ab abbate de Rading' x. marcis quas in presentia regis eis duxit liberaliter concedendas in auxilium ville eorum claudende, nec ipsum nec homines suos in villam suam venientes decetero distringant ad faciendum eis aliquid auxilium ad villam suam claudendam; set eos penitus inde quietos esse faciant quia libertates suas quas habent per cartas predecessorum regum Anglie et confirmationem regis per quas quieti esse debent de hiis operationibus, vult rex eis illesas conservari. Teste rege apud Windes', xj. die Maii.

De quodam assignato ad operationem castri Rofe.—Mandatum est constabulario castri Rofe quod Johannem de Sancto Claro quem rex assignavit una cum Roberto de Wodeham visorem operationum ejusdem castri ad hoc admittat. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Johanni quod, una cum predicto Roberto, predictis operationibus fideliter et diligenter intendat. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Sancto Sampsone.—Rex perdonavit Radulfo de Sancto Sampsone, cui rex dedit maritagium Willelmi filii et heredis Roberti de la Bruer' ad opus Johanne filie sue, ccc. quater xx. xviij. libras iij. solidos viij. denarios et unum palefridum, qui regi ab eodem Willelmo restabant reddendi de debito Radulfi de la Bruer' de debito

1237.
[m. 13.] Judeorum; ita quod, si predictus Willelmus heredem habeat de predicta filia ipsius Radulfi, ipse et heredes sui qui de ea exibunt in perpetuum sint quieti de toto debito predicto; si vero idem Willelmus heredem non habuerit de predicta Johanna uxore sua, tunc totum idem debitum redeat et a predicto Willelmo vel heredibus suis qui de ipsa Johanna non exibunt regi vel heredibus regis reddatur. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eundem Willelmum de predicto debito ita quietum esse faciant. Teste ut supra.

De merennio ad elemosinariam regis.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny, custodi foreste Windes', quod habere faciat fratri Johanni, elemosinario regis, vij. quercus in foresta regis de Windles' ad maerennium inde faciendum ad reparationem elemosinarie regis Windesor'. Teste ut supra.

De vinis cariandis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suht' de prisa quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere ballivis regis Suhampt' vij. dolia vini de prisa regis carianda quo eis precepit rex. Teste ut supra.

De vinis capiendis.—Et mandatum est Johanni Maunsel quod per visum ballivorum regis Suht' capiat apud Suhampt' sexaginta dolia vini ad opus regis et ea salvo reponat in celario regis ibidem et custodiri faciat ibidem donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De comitatibus Bed' et Buk'.—Rex commisit Reginaldo de Albo Monasterio comitatus Bed' et Buk' custodiendos quamdiu regi placuerit. Et mandatum est Willelmo de Bello Campo quod predictos comitatus et brevia et rotulos placitorum eorundem ei sine dilatione liberet. Teste rege ut supra.

Pro executoribus testamenti Pagani de Chaorc'.—Mandatum est Petro de Wakering et Waltero de Tiwe [*substituted for* Ricardo de la Lade vel Roberto Fromund] quod ad nulla catalla que Paganus de Chaorc' habuit in terris suis per totam balliam suam manum apponant set omnia catalla que fuerunt sua, ubicumque sint in ballia sua, in pace dimittant executoribus testamenti sui ad executionem inde faciendam. Teste rege ut supra.

Rex dedit et carta sua confirmavit Deo et Beate Marie et fratribus Milicie Templi Salamonis Jerusalem in liberam et perpetuam elemosinam duas acras terre et dimidiam cum pertinentiis de assarto regis in foresta regis de Fekeham quas Willelmus filius Roberti tenuit de rege. [*Cancelled*] *Quia in rotulo finium anni xxj.*

Pro Ada del Chastel et Hugone del Chastel.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod Adam del Chastel et Hugonem del Chastel quos Adam le Vyser ejecit de terra sua in manerio de Attecastel, quod est dominicum regis, in seisinam ponat et in seisina illa manuteneat, donec aliud a rege habuerit mandatum. Teste rege apud Windes', xij. die Maii.

1237.

[m. 13.] *De vinis cariandis.*—Mandatum est Johanni Maunsel quod de vinis regis que nuper capi fecit rex ad opus regis apud Bristoll' liberari faciat vicecomiti regis Glouc' xx. dolia carianda usque Glouc', et vicecomiti Heref' x. dolia carianda usque Hereford' ad opus regis. Teste rege apud Kenynton', xiij. die Maii.

Eodem modo scribitur ballivis Bristoll'.

De merennio ad capellam regis in castro Wintonie.—Mandatum est constabulario Porecestr' quod faciat habere constabulario castri Wintonie xl. fusta in foresta regis de Bere Porecestr' ad planchias et trabes faciendas ad capellam Sancti Judoci in castro regis Wintonie. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Maii.

Mandatum est Henrico de Ferlynton', custodi foreste de Ber', quod faciat habere eidem constabulario septies viginti fusta in foresta de Ber' de Esselegh' ad operationem capelle regis Sancti Judoci in eodem castro. Teste rege ut supra.

De assignatis ad operationes Novi Castri super Tynam et castri de Bamburg'.—Rex constituit Robertum de Neuham' et Hugonem de Burneton' visores operationum Novi Castri super Tynam, et Thomam de Wraucham et Thomam de Wetwod' visores operationum castri de Bamburg'.

Et mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod ipsos ad hoc admittat. Teste rege ut supra.

Et mandatum est eisdem Roberto, Hugoni, Thome et Thome quod predictis operationibus fideliter et diligenter intendant. Teste rege ut supra.

De regio assensu in electam de Rumes'.—Mandatum est Petro de Bedinton', custodi abbacie de Rumes' quod rex electoni facte de Isabella, moniale de Rumes', in abbatissam ejusdem loci regium adhibuit assensum et favorem; et quod de predicta abbacia cum terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad dictam abbaciam pertinentibus predicte electe sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Maii.

De quibusdam capiendis et imprisonandis.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod corpora Willelmi Gorham et Thome Aucheri capiat et in prisona regis salvo custodiat, et terras eorum cum omnibus cattallis in eis inventis in manum regis capiat et salvo custodiat, donec aliud inde habuerit mandatum. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Maii.

Pro W. Exoniensi episcopo.—Mandatum est vicecomiti Surr' et Sussex' quod sine dilatione distringat milites et liberos homines tenentes de venerabili patre W. Exoniensi episcopo, per servicium militare in baillia sua, ad acquietandum finem quem erga regem pro eis fecit ne venirent cum equis et armis ad excercitum regis Wallie occasione guerre mote inter regem et comitem Ricardum Marescallum anno regni regis xviij. Teste ut supra.

1237.

[m. 13.] Eodem modo mandatum est:—
Vicecomiti Devonie.
Vicecomiti Cornubie.

Pro Constancia uxore Johannis Blundi.—Mandatum est Willelmo filio Ricardi quod de omnibus terris Johannis Blundi, capti et in prisona regis Oxonie detenti, quas cepit in manum regis occasione predicte captionis, Constancie uxori ejus plenam seisinam habere faciat ad sustentationem ipsius Constancie et puerorum suorum; et si qua catalla que fuerunt ipsius Johannis cepit occasione ejusdem captionis, ea eidem Constancie restituat. Teste rege ut supra.

De instauro R. quondam Dunholmensis episcopi, liberando Roberto de Crepping'.—Mandatum est Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunholmensis, quod de instauro R. quondam Dunholmensis episcopi, quod ad opus regis emi precepit rex faciat habere Roberto de Crepping' c. bonas vaccas ponendas quo ei precepit rex per maneria regis. Teste rege ut supra.

Pro Roberto de Lexinton.—Mandatum est Roberto de Everingham quod habere faciat Roberto de Lexinton' xx. quercus in bosco regis de Mamesfeud infra forestam regis de Shirwud', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Maii.

Pro Isabella que fuit uxor Willelmi Avenel.—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod, accepta bona securitate ab Isabella que fuit uxor Willelmi Avenel quod habebit coram rege in vigilia Pentecostes proximo instantis filium et heredem predicti Willelmi, tunc de terris et tenementis que fuerunt ipsius Willelmi ei sine dilatione rationabilem dotem suam faciat assignari. Teste rege ut supra.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod duos prisones quos Johannes Crepping' ei liberabit recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

Mandatam est baronibus de Scaccario quod computent Ricardo de Grey in debitis que debet regi de tempore quo fuit vicecomes regis Norhumbrie quinquaginta marcas pro custodia castri regis de Bamburg' per dimidium annum regni regis xx. et decem marcas pro custodia Novi Castri super Tynam per idem tempus. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Maii. [*Cancelled*] *Quia in rotulo de liberate anni xxj.*

Pro Henrico de Longo Campo.—Rex perdonavit Henrico de Longo Campo xx. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de fine quem fecit cum rege pro habenda in uxorem Johannam que fuit uxor Thome de Birkin. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege ut supra.

[m. 12.] *De soccagio de Pykering'.*—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod id quod cepit de soccagio de Pykering' a festo Sancti Michaelis anno regni xx. sine dilatione reddat Roberto de Crepping' ad respondendum inde ad Scaccarium. Teste rege ut supra.

1237.

[m. 12.] *Pro Ricardo de Grey.*—Mandatum est custodi episcopatus Norwicensis quod in parco de Thornleg' faciat habere Ricardo de Gray iiij. quercus, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Maii. Per Hugonem Dispensarium.

Pro W. Karleolensi episcopo.—Rex concessit W. Carleolensi episcopo, qui habet custodiam terrarum et heredum Johannis de Jarpunvill', quod ipse et homines tenentes de custodia illa quieti sint usque ad etatem predictorum heredum de sectis que regi debentur ad curiam regis de Hagenet ab eodem episcopo ratione ejusdem custodie et hominibus predictis. Et ideo mandatum est Willelmo filio Ricardi quod tam ipsum episcopum quam predictos homines de sectis illis pacem habere permittat. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxj. die Maii.

Idem episcopus habet inde litteras patentes directas omnibus ballivis etc.

Pro Symone de Nevill'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Symoni de Nevill' ad suum initium legendi tres damos in foresta regis de Bernewud' ad festum suum tenendum, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro abbatissa de Rumesye.—Mandatum est Johanni de Minemuwe vel ballivis suis Nove Foreste quod habere faciat abbatisse de Rumes' quinque damos in predicta Nova Foresta regis ad festum suum tenendum, de dono regis. Teste ut supra. Per Aumaricum de Sancto Albano.

De cera et aliis emendis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Sancti Botulphi Hoyland' quod in navi que jam applicuit in portu suo cum cera et grisio opere capiant ad opus regis xv. miliaria cere et xv. miliaria grisii operis, si tantum ibi inventum fuerit; et si tantum ibi non fuerit, tunc id quod defuerit capiant ad opus regis in prima navi que illuc ventura sit cum cera et grisio opere; et id quod ceperint salvo custodiant donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De terra regis de Bulewelle tradenda Warnero Engayne.—Mandatum est vicecomiti Notingh' quod terram regis de Bulewell' quam cepit in manum regis et quam homines de Bulewell' tenuerunt de ballio Philippi Marc', quondam vicecomitis regis de Noting', tradat Warnero Engayne, custodi dominicorum regis ad faciendum inde preceptum regis. Teste ut supra.

Et mandatum est predicto Warnero quod, si magis viderit expedire quod predicti homines de Bulewell' terram illam teneant de rege pro xxx. solidis annuis regi inde reddendis, sicut eos redere solebant Philippo Marc' quam eam in manu regis retineat, tunc eam dimittat ipsis tenendam pro xxx. solidis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Sey.—Mandatum est Ricardo de Mufychet' quod in foresta regis de Essex' faciat habere Willelmo de Sey octo damas et duos damos ponendos in parco suo de Sebricteworth, de dono regis. Teste rege ut supra.

1237.
[m. 12.] *Pro Henrico de Hauvill'.*—Mandatum est Waltero de Burgo quod permittat Henrico de Hauvill' habere usum domorum regis de Briggestok' ad mutandos aves regis. Teste rege ut supra.

Pro priore Lanton'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod permittat priorem Lanton' juxta Glouc' capere in bosco suo de Elvinton', qui est infra forestam regis, viij. furcas et viij. pannas ad quandam grangiam faciendam. Teste rege ut supra.

Pro Roberto de Ros juniori.—Rex perdonavit Roberto de Ros juniori iiij. marcas que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccaii regis eo quod fuit cum Roberto de Ros, patre suo, ad feras capiendas in foresta regis de Ganteriz. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis iiij. marcis ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Maii.

Perdonatio pro Gerardo de Lambresard.—Rex perdonavit Gerardo de Lambresard', cui terram que fuit Ade [de] Rutherefeud commisit rex, vij. libras, x. solidos, qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii regis, et quos idem Adam debuit Abrahe Pinche, quondam Judeo regis Wintonie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Gerardum de illis vij. libris, x. solidis, quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Maii.

De instauro regis de Shelveston'.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod permittat instaurum regis de Selveston' poni et pascere in haiis regis de Hanel', et ibidem capi virgas ad faldas regis faciendas et ad sustentationem domorum regis de Selveston'. Teste ut supra.

Pro Magistro Johanne de Wyche.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod habere faciat in foresta regis de Windes' Magistro Johanni de Wiche, clerico W. Carleolensis episcopi, duos damos ad initium suum apud Oxoniam de legibus unde lecturus est, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Maii.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est vicecomiti Berkes' quod Robertum Cocum et Agnetem de Rading' captos pro morte Radulfi de Petresburg', quos ballivi Symonis de Monte Forti de Hungrefford' ei liberabunt, recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

Pro Johanne filio Wulphin'.—Mandatum est ballivis de Rumenal quod navem Johannis filii Wulphin' quam arestari fecerunt apud Rumenal sine dilatione deliberari faciant et usque Dovor' abire permittant, ita quod ibidem possit esse in crastino Pentecostes parata et prompta ad servicium regis; et ne passagium eorum qui in ipsa transfretati sunt in nuncium regis ad partes transmarinas pro defectu ipsius navis impediatur. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Maii.

1237.
[m. 12.] *Pro David filio Galfridi.*—Rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod David filius Galfridi, captus et detentus in prisona regis Exonie pro morte Mabilie de Hauekedon', unde Willelmus Faber eum appellat, de morte illa non est culpabilis. Ideo mandatum [est] vicecomiti Devonie quod si predictus David invenerit ei xij. probos et legales etc., tunc tradat eum in ballio etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Maii.

De castro Shireburn' reparando.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere vicecomiti Dors' buscam in foresta de Blakemor' ad quendam rogum faciendum ad reparationem castri de Shireburn, et maerennium ad barbecanas ejusdem castri reparandas. Teste rege ut supra.

Pro Thoma de Newerc.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod habere faciat in foresta regis de Windes' x. quercus Thome de Newerc, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Maii.

Pro Ricardo de Percy.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod habere faciat Ricardo de Percy in vivario regis de Fossa xx. matrices bremas, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Johanne de Watton distringendo pro vinis regis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod distringat Johannem de Watton' ad satisfaciendum regi de vij. doliis vinis (*sic*) regis que Johannes de Colemer' tradidit predicto Johanni de Watton' vendenda per preceptum regis; ita quod rex habeat denarios illos in warderoba in instanti festo Sancti Johannis Baptiste. Teste rege ut supra.

Pro R. quondam Dunholmensi episcopo, pro Magistro Willelmo de Dunelm'.—Magister Willelmus de Dunholm' ostendit regi quod R. quondam Dunholmensis episcopus, per cartam suam concesserat ei maneria de Werremuth' et Refhop', tenenda tota vita ipsius Magistri Willelmi per xl. marcas annuas memorato episcopo inde reddendas; ita tamen quod predicta maneria custodirentur per manum ballivi predicti episcopi, qui prefato Willelmo inde responderet de omnibus exitibus eorundem maneriorum, retentis tamen inde ad opus predicti episcopi predictis xl. marcis annuis, super quo etiam dicit se habere confirmationem prioris et conventus Dunholm'. Et supplicavit idem Willelmus regi quatinus hujusmodi tenuram suam tempore vacationis episcopatus Dunholm' non interrumperet rex. Et mandatum est Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunholm', quod habita diligenter inspectione carte prefati episcopi et confirmationis prioris et conventus memorati, si liquide contineant quod prefata maneria ei concessa fuerint, sicut predictum est, tunc de exitibus eorundem maneriorum hac vacatione ei per manum suam vel ballivi sui responderi faciat, retentis inde ad opus regis predictis xl. marcis annuis. Teste ut supra.

1237.

[m. 12.] *De calce ad cameram regine.*—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod habere faciat fratri Johanni, custodi operis de camera regine regis, ducenta quarteria de calce que est in castro regis de Windes', ad predictam cameram construendam. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro R. Lincolniensi episcopo.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod sectam ad comitatum suum quam exigit a venerabili patre R. Lincolniensi episcopo, de manerio suo de Newerc ponat in respectum usque in unum mensem a die Sancti Michaelis anno regni regis xxj. Teste rege ut supra.

De pluribus distringendis pro vinis regis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod distringat burgenses Eboraci ad satisfaciendum regi super xx. et v. doliis vini que prefati burgenses vendiderunt per preceptum regis; ita quod denarios de vinis illis provenientes habeat rex in warderoba sua in instanti festo Sancti Johannis Baptiste. Teste rege ut supra.

Mandatum est :—

Vicecomiti Salopie quod distringat burgenses de Brug' de ix. doliis vini; et quod rex habeat denarios in eodem festo. Teste ut supra.

Vicecomiti Surr' quod distringat homines de Kingestun' de x. libris pro vinis regis eisdem hominibus venditis de tempore Johannis de Colemere; et quod rex habeat illas decem libras in eodem festo. Teste ut supra.

Vicecomiti Norht' quod distringat burgenses Norht' pro vj. doliis vini eis venditis; et quod rex habeat denarios in eodem festo. Teste ut supra.

Vicecomiti Glouc' quod distringat burgenses Bristoll' ad reddendas regi in garderoba regis c. et xx. marcas quas regi debent pro xxx. doliis vini, et quod ipse vicecomes reddere non omittat regi in eadem garderoba xx. marcas quas regi debet pro v. doliis vini, et quod scire faciat regi que debita regi debeantur in villa Bristoll' pro vinis regis venditis et a quibus et quantum a singulis regi debeatur. Teste rege ut supra.

Vicecomiti Linc' quod distringat burgenses Linc' de vj. doliis vini que iidem burgenses vendiderunt; et quod rex habeat denarios illos in eodem festo. Teste rege ut supra.

Ballivis Suht' quod in eadem garderoba, statim visis litteris istis, reddere non omittant xl. libras quas regi debent pro vinis regis que vendiderunt tempore quo Johannes de Colemere fuit captor vinorum regis; et quod scire faciant que debita regi debeantur in villa sua pro vinis venditis sive tempore ipsuis Johannis sive ante tempus suum, e quantum a singulis regi debeatur. Teste ut supra.

1237.

[m. 12.] *De instauro R. quondam Dunholmensis episcopi, retinendo ad opus regis.*—Mandatum est Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunholm' quatinus totum instaurum predicti episcopatus per certum et rationabilem pretium ad hoc appositum ad opus regis retineat, videlicet, boves, vaccas et oves; et ad hoc faciendum associet sibi Rogerum Anglicum, cui inveniat rationabiles expensas ad hoc faciendum; et hoc facto ponat ipsum Rogerum in aliqua ballia in custodia ipsius Johannis donec rex aliud inde preceperit. Pretium autem prefati instauri solvet rex executoribus testamenti R. quondam Dunholmensis episcopi, ad plenum certo die. Dedit etiam rex in mandatis Willelmo de Blokel' ut sedeat ad Scaccarium Dunholm' ad recipiendum ibidem denarios provenientes de exitibus predicti episcopatus quamdiu fuerit in manu regis, et quod ipsum Willelmum, cum ad eum venerit, ad hoc recipiat et quod provideat ei in rationabilibus expensis. Teste rege ut supra.

Et mandatum est predicto Rogero quod ad hoc sit intendens. Teste rege ut supra.

Et mandatum est predicto Willelmo quod ad hoc intendens. Teste ut supra.

De Willelmo filio Gileberti de Adon'.—Mandatum est J. de Rumes' quod Willelmum filium et heredem Gileberti de Adon', quam heredem Nicolai de Yalond', sine dilatione habere faciat Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunholmensis. Teste rege ut supra.

De damis capiendis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in parco de Brugewauter capi faciat iiij. damos, scilicet brokettos, et vj. damas, et poni faciat in parco regis de Newton' ad ipsum parcum de Newton' instaurandum. Teste rege ut supra.

Pro Roberto de Scales.—Quia constat regi per inquisitionem quam inde fieri precepit quod dimidia carucata terre cum pertinentiis in Parva Wylminton' que fuit Willelmi de Parva Wylminton qui suspensus fuit pro latrocinio extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod predictus Willelmus terram illam tenuit de Roberto de Scales: mandatum est vicecomiti Kancie quod eidem Roberto de predicta terra sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De licencia eligendi abbatem Sancti Benedicti de Hulm'.—Rex licenciam dedit priori et conventui Sancti Benedicti de Hulm' eligendi sibi abbatem. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. die Maii.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est constabulario castri Linc' quod omnes prisones, tam illos qui capti sunt pro morte Radulfi Paynel quam alios quos vicecomes Linc' ei liberabit, recipiat et in prisona regis salvo custodiat. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Junii.

1237.
[m. 12.] *De damis capiendis pro rege.*—Mandatum est custodi parci de Havering' quod Alanum de Nevill' quem rex mittit ad capiendum x. et novem damos in parco predicto ipsos capere permittat et ad hoc recipiat. Teste ut supra.

Mandatum est custodi episcopatus Dunholmensis quod terram de Eden' quam Ivo de Seton' vendidit priori de Giseburn' teneat in manu regis in eodem statu quo Ricardus, quondam Dunholmensis episcopus, qui nuper obiit, tempore suo eam in manu sua tenuit. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Junii.

Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod quinque dolia vini de vinis regis que sunt in custodia sua et que emit ad opus regis mittat usque Lameth' ad opus regis. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Junii. Per Amauricum de Sancto Amando.

Mandatum est M. filio Geraldi, justiciario Hybernie, quod archiepiscopatum Cassel' et omnes terras, tenementa et possessiones suas de quibus M. quondam archiepiscopus ejusdem loci, fuit seisitus die quo obiit capiat in manum regis et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit, non permittens quod aliquis intrusionem faciat in terras aliquas vel tenementa dicti archiepiscopatus de quibus memoratus archiepiscopus obitt seisitus. Teste rege ut supra.

Mandatum est custodie gaiole de Neugat' quod Warnerum de Linc', captum et detentum in predicta gaiola pro morte Radulfi Paynel, liberari faciat Magistro Rogero de Raveningeham, clerico R. Lincolniensis episcopi, qui eum ducet ad predictum episcopum cui dominus rex eum reddidit. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere R. Lincolniensi episcopo, tres damos in foresta de Rokingeham, de dono regis. Teste ut supra.

Dominus rex perdonavit J. comiti Linc', constabulario Cestr', quadringentas et lxiij libras, vj. solidos et iiij. denarios, de debitis que regi debet et que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus hominibus de Alcmundebir' quod de viginti et quinque marcis per quas finem fecerunt nobiscum pro habenda quadam inquisitione, reddant nobis unam medietatem ad Nativitatem Beati Johannis Baptiste anno xxj. et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis proximo sequens. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Junii anno eodem. [*Cancelled*] *Quia in finibus.*

Eodem modo scribitur vicecomiti Huntend' pro eisdem, et mandatum est quod averia ipsorum propter hoc capta eis faciat deliberari. Teste etc. ut supra. [*Cancelled*] *Quia in finibus.*

1237.
[m. 11.] *Pro Patricio de Chaurc'.*—Rex vicecomiti Norhant', salutem. Scias quod Patricius, filius et heres Pagani de Chaurc' et nepos et heres Margarete de la Ferte, finem fecit nobiscum per quingentas libras pro habenda seisina terrarum que fuerunt predicti Pagani et terrarum que fuerunt predicte Margarete de porcione que ipsam contingebant de terras que fuerunt Willelmi Briwer', retentis in manu nostra terris que idem Paganus tenuit de terris Normannorum quousque constiterit nobis utrum idem Paganus terras illas tenuit de baillio vel in feodo, et inde plegios nobis invenit. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris que fuerunt predicti Pagani et predicte Margarete in baillia tua et de quibus seisiti fuerunt diebus quibus obierunt eidem Patricio sine dilatione plenam seisinam habere facias, retentis in manu nostra terris quas idem Paganus tenuit de terris Normannorum sicut predictum est. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia in rotulo finium.*

Eodem modo mandatum est vicecomitibus { Vicecomiti Noting'. Suthant'. Devonie. Glouc'. Wyltesir'. } pro eodem.

Plegii de predicto fine—
Simon de Monte Forti de l. marcis.
Radulfus de Tany de l. marcis.
G. comes Marescallus de c marcis.
Ricardus de Gray de l. marcis.
Herebertus filius Mathei de l. marcis.
Willelmus de Cantil' junior de l. marcis.
Fulco filius Warini de x. marcis.
Henricus de Aubynny de xx. marcis.
Radulfus Gornun de quater xx. marcis.
Willelmus de Cantil' senior de xx. marcis.
Henricus de Ferlinton' de l. marcis.
Robertus de Briwes de l. marcis.
Johannis de Gray de l. marcis.
Amauricus de Sancto Amando de l. marcis.
Alexander de Cheverell' de xx. marcis.
Godefridus de Crawcumb' de xxx. marcis.

Carta de libertatibus legenda.—Mandatum est vicecomiti Suthant' quod cartam regis, quam fieri fecit archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus et omnibus aliis de regno Anglie, de libertatibus et quietanciis eis concessis per aliam cartam eis factam dum infra etatem, in pleno comitatu suo legi faciat et firmiter teneri. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Junii, anno etc. xxj.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Oxonie et vicecomitibus Lanc', et Heref'.

Mandatum est baillivis de Sandwych' quod de vinis que sunt apud Sandwych' retineant ad opus regis decem dolia boni vini ad opus regis, et salvo custodiant quousque pincerna regis ad eos venerit. Teste ut supra.

1237.
[m. 11.] Rex Johanni de Nevill' salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis dilecto et fideli nostro Johanni filio Galfridi tres damos in Bernewud', de dono nostro. Teste rege ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum de Westmonasterio quod habere faciant Henrico de Capella unum dolium vini, de dono regis, de vinis que sunt in custodia sua. Teste rege ut supra.

Mandatur Ricardo de la Lade quod habere faciat Hillario Trussebut duos damos in parco de Hunesdon' qui est in custodia sua, de dono regis. Teste rege ut supra.

Willelmus de Malebisse atornavit coram rege Johannem de Warewyc' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Eboraci inter Willelmum Maleshoures, petentem, et ipsum Willelmum, tenentem, de duabus bovatis terre in Coppmanethorp'. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Junii. [*Cancelled*] *Quia in dorso.*

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in foresta regis in ballia Ricardi de Wrotham faciat habere Luce de Drumar' tres damos, de dono regis. Teste rege ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat canonicis de Snelleshal' ad focum suum xij. robora in foresta regis de Whytlewud', de dono ipsius regis. Teste ut supra. Per Simonem de Monte Forti.

Mandatum est custodi vinorum de Faversham' quod duo dolia vini capta ad opus regis de Roberto vinetario de Cantuaria que sunt in custodia sua eidem Roberto reddi faciat. Teste rege apud Osspring', xj. die Junii. Per Amauricum de Sancto Amando.

De quercubus.—Mandatum est Roberto de Ros quod habere faciat Olivero de Albyniaco in bosco regis de Mammefeld' quinque quercus ad se hospitandum apud Brocton', de dono regis. Teste rege apud Roffam, xj. die Junii.

De damis.—Mandatum est Roberto de Ros quod habere faciat Willelmo Bardulf' duos damos in foresta regis de Syrewud', de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod habere faciat Rogero Wastehos' quinque quercus in bosco regis de Merdon' ad se hospitandum apud Roffam, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Essex' quod demandam quam facit hominibus decani et capituli Sancti Pauli, Lond', et ipsis decano et capitulo de terris quas habent in baillia sua super auxilio faciendo ad partes illas custodiendas cum aliis de partibus illis, in respectum ponat usque ad diem Mercurii proximam post festum Sancte Trinitatis. Teste et supra.

Rex vicecomiti Essex', salutem. Scias quod concessimus Johanni de Gyzors quod teneat manerium de Badewe quod habuit ad firmam de J. Scotto, quondam comite Cestr', ad terminum suum ei concessum

1237.
[m. 11.] a comite predicto etc. Ideo tibi precipimus quod prefatum Johannem de Gyszors predictum manerium ad terminum suum in pace tenere permittas, nullam manum catallis suis que habet in predicto manerio apponens occasione predicte firme. Teste ut supra.

De damis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta nostra de Bernewod' faciat habere Godefrido de Craucumbe duos damos, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Junii.

Pro monachis de Villa Nova et de Bona Requie.—Mandatum est Johanni de Gatesden' quod in instantibus nundinis Sancti Botulfi anno etc. xxj. faciat habere monachis de Villa Nova in Britannia x. libras de exitibus earundem nundinarum, sicut eas percipere consueverunt tempore quo nundine predicte fuerunt in manu P. ducis Britannie. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem Johanni pro monachis de Bona Requie de decem libris de exitibus manerii de Costes' de anno etc. xxj., sicut eas habere consueverunt de dono Alani, vicecomitis de Rohan, tempore quo manerium illud fuit in manu sua et postea in manu P. ducis Britannie. Teste ut supra.

De escapio perdonata.—Rex perdonavit Johanni de Gatesden' escapium duorum latronum et quatuor hominum qui capti fuerunt pro morte Roberti de Vilors et evaserunt de prisona regis de Hasting' de tempore quo idem Johannes habuit custodiam castri nostri de Hasting' anno regni nostri xx. Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Sussex' quod ipsum Johannem de predicto escapio quietum esse faciant. Teste ut supra.

De respectu Henrici de Aldithleg'.—Rex dedit respectum Henrico de Aldithleg' et Henrico Marescallo atornato suo, qui sunt in partibus Cestr' in servicio suo, de assisa mortis antecessoris que summonita est coram justiciariis de Banco inter Egidium de Erdinton', petentem, et ipsum Henricum de Aldithleg', tenentem, de manerio de Soghbir' cum pertinentiis. Et mandatum est justiciariis de Banco quod assisam illam in respectum ponant usque ad octabas Sancti Michaelis anno regni regis xxj. Teste ut supra.

Mandatum est baillivo Nove Foreste quod catalla Radulfi de Blechford' qui rettatus fuit de malo retto et postea se purgavit coram quatuor militibus nuper assignatis ad gaiolam regis deliberandam de Wintonia sine dilatione eidem Radulfo reddi faciat. Teste ut supra. Per W. de Raleg'.

Pro episcopo Coventrensi.—Rex dedit respectum episcopo Coventrensi de assisa ultime presentationis ecclesie de Horeburn' quam abbas de Hal' aramiavit versus eum coram justiciariis de Banco a die Sancti Johannis Baptiste in quindecim dies usque in quindecim dies a festo Sancti Michaelis, quia eundem episcopum opportet tunc vacare negociis regis in partibus marchiarum Wallie. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Junii. Et mandatum est justiciariis quod in respectum eam ponant.

1237.
[m. 11.]

Pro uxore que fuit Hervici de Stafford.—Rex vicecomiti Stafford, salutem. Quia Petronilla, que fuit uxor Hervici de Stafford', gravida est et ita vicina partui quod ad nos ad presens accedere non potest ad faciendam nobis fidelitatem de dote sua et quod non maritabit se sine licentia nostra et voluntate, tibi precipimus quod ad presens loco nostro predictam fidelitatem ab ea capias et de terris que fuerunt ipsius Hervici in baillia tua et sunt in manu nostra, rationabilem dotem suam ei assignari facias. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti War' pro eadem.

De vinis arestandis.—Mandatum est baillivis nundinarum Sancti Botulfi quod de vinis que venerunt ad predictas nundinas arestari faciant sexaginta dolia vini Wasconie donec W. de Haverhull' clericus regis venerit ad nundinas predictas. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo de Vescy.—Rex donavit Willelmo de Vesci quatuor cervos in foresta de Weredal' et mandatum est custodi episcopatus Dunholm' quod eos ei habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Junii.

Pro decano et capitulo Sancti Pauli.—Rex perdonavit decano et capitulo Sancti Pauli Lond' taillagium quod assisum est super homines suos in comitatu Essex' ad sustentationem servientum regis pacem patrie illius conservantium; et ipsi promiserunt regi quod nec ipsi nec homines eorum violabunt pacem domini regis forisfaciendo vel malefactores receptando, set tam ipsi quam homines eorum pro posse suo pacem regis servabunt illesam. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod eos de predicto auxilio quietos esse faciat; et si quid occasione illa ab eis captum fuerit, sine dilatione eis reddi faciat. Teste rege ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta regis de Rokingeham faciat habere Baldewyno de Ver tres damos, de dono regis. Teste rege ut supra. Per Bartholomeum Pecche.

Pro Alexandro de Cortlingstok'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terras Alexandri de Cortlingstokk' quantum valeant in dominicis etc.; et secundum quantitatem debitorum que debet Peytevin' de Linc', Isaac filio Jocei de Lond' et Benedicto de Linc', Judeis, rationabilem finem et rationabiles terminos ei habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

Pro rege Scottie.—Rex vicecomiti Cantebrugie [et] Huntend', salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione plenam seisinam habere facias dilecto fratri et fideli nostro Alexandro, regi Scottie, de omnibus terris quas J. quondam comes Cestr' et Huntend', tenuit in baillia tua nomine comitis Huntend', exceptis et retentis in manu nostra maneriis de Branton' et de Alcmundebr', que idem comes tenuit de nobis in capite. Teste ut supra.

1237.
[m 11.] Eodem modo mandatum est vicecomitibus Leic', Bedeford' Bukingham', Rotel', Middlesex', Linc', usque ad illam clausulam 'exceptis et retentis etc.', et Northant' exceptis maneriis de Nasein-ton' et Jarewell' que idem comes tenuit de rege in capite.

De damis.—Mandatum [est] Johanni de Nevill' quod in foresta de Bernewud' faciat habere Ricardo de Gray quinque damos, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de sexaginta doliis vini que capi precepit rex in nundinis Sancti Botulfi per baillivos earundem nundinarum liberari faciat vicecomiti Northant' xx. et v. dolia vini karianda quo rex preceperit: et vicecomiti Noting' viginti dolia vini karianda quo rex preceperit: et baillivis Eboraci xv. dolia karianda usque Eboracum. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomitibus et predictis baillivis Eboraci quod predicta vini recipiant et karient. Teste ut supra.

Pro Hugone le Porter.—Rex concessit Hugoni le Porter inbladaturam tresdecim acrarum terre cum pertinentiis in Stiveton' que fuerunt Rogeri de Stiveton' nuper suspensi pro pace nostra fracta. Et mandatum est vicecomiti nostro Berksir' [quod] ei plenam seisinam de predicta inbladatura habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo de Percy.—Rex commisit Willelmo de Percy terram quam Paganus de Chaurc' tenuit in Berketon et Monestok' de terris Normannorum, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu rex placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suthanton'* quod ei inde plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro busca liberanda executoribus episcopi Dunholmensis.—Mandatum est Johanni filio Philippi quod buscam quam inquirere poterit R. Dunholmensem episcopum emisse de denariis suis per maneria sua in episcopatu Dunh' liberari faciat executoribus testamenti ejusdem episcopi ad executionem testamenti ipsius faciendam. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Gorham'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod si Willelmus de Gorham' invenerit ei xij. salvos plegios qui eum manucapiant pro ipso quod sit coram justiciariis de foresta, cum in partes illas venerint ad placita de foresta placitanda, ad standum recto de transgressione foreste regis unde rettatus est, tunc ei pacem inde habere permittat, et terras ipsius ea occasione in manum regis captas ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra. Per W. de Raleg'.

Pro priore et fratribus de Chartusia.—Rex concessit et confirmavit per cartam suam priori et fratribus de Heinton' de ordine de Chartusia quod ipsi et successores sui imperpetuum emi faciant per

* Substituted for 'Petro de Wakering' et Waltero de Tywe.'

1237.
[m. 11.]

se vel per ministros suos necessaria ad usus suos per totum regnum Anglie; et quod similiter vendi faciant averia sua et alias res suas venales sine theloneo et qualibet alia consuetudine. Et mandatum est vicecomiti Sumerset quod cartam eorum in pleno comitatu legi et eam observari faciat. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

Pro executoribus testamenti episcopi Dunholmensis.—Mandatum [est] Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunholmensis, quod allocet executoribus testamenti Dunholmensis episcopi in emptione septingentorum et viginti et novem boum, et ducentarum et liiij vaccarum cum centum et sexaginta et duodecim vitulis et octo tauris, et quadringentarum et triginta et unius ovis (*sic*) quos retinuistis ad opus nostrum de instauro quod fuit predicti episcopi, trescentas et decem et octo libras quas idem episcopus nobis debuit de debito R. de Mariscis, quondam Dunholmensis episcopi, predecessoris sui, et postea videri faciat quantum restet reddendum eisdem executoribus de precio ejusdem instauri preter trescentas et decem et octo libras eis allocatas; et quod residuum fuerit, id eis de exitibus ejusdem episcopatus eisdem reddi faciat. Teste rege ut supra.

De instauro ejusdem episcopi.—Mandatum est custodi episcopatus Dunholmensis quod permittat executores testamenti R. quondam Dunholmensis episcopi, habere liberam administrationem de toto instauro quod fuit ejusdem episcopi, ut in bobus, vaccis, ovibus et aliis instauris, exceptis septingentis et viginti et novem bobus et ducentis et quadraginta et quatuor vaccis, cum centum et sexaginta et duodecim vitulis et octo tauris et quadringentis et triginta et una ove, quos retinuit ad opus regis in forma quam per superiores litteras ei mandavit rex. Similiter etiam de firma maneriorum ejusdem episcopatus et de omnibus instauris eorundem maneriorum que predictus episcopus posuit ad firmam tempore suo, retentis in manu nostra firma maneriorum illorum et instauris eorundem que predecessores ejusdem episcopi posuerunt ad firmam temporibus suis, ad executionem predicti testamenti faciendam. Teste ut supra.

Extenta.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum faciant extendi terram Roberti filii Umfridi quantum valeat in dominicis, redditibus, vilenagiis et omnibus alias exitibus terre; et secundum valorem ejusdem terre et quantitatem debiti quod debet Samueli filio Abrahe, Judeo Lond', rationabilem finem et rationabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

De damis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet, justiciario foreste, quod habere faciat Roberto de Curtenay duos damos, de dono regis, in foresta de Blakemor'. Teste ut supra. Per B. Pech'.

1237.

[m. 11.] *Pro Willelmo de London' clerico.*—Mandatum est Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunholmensis, quod Willelmum clericum de Lond' admittat ad residentiam faciendam ad Scaccarium Dublin' (*sic*) loco Rogeri clerici, quam prius rex assignaverat ad residentiam inibi faciendam. Teste rege ut supra.

[m. 10.] *Pro hominibus de Sancto Milione.*—Mandatum est senescallo Wasconie* quod faciat habere probis hominibus regis de Sancto Milione rationabile escambium de terris regis, ubi competentius fieri poterit, pro dampnis sibi illatis in occupatione quarundam terrarum suarum, ut dicunt, per constructionem castri quod firmari cepit in villa de Sancto Milione, vel castrum illud prosterni faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem [quod] libertates eisdem hominibus concessas per cartam regis, secundum tenorem ejusdem carte, eis teneat, ne clamor inde ad regem veniat. Teste ut supra.

Pro hominibus de Burdegala.—Mandatum est senescallo Wasconie quod septuaginta dolia vini de quadam navi que apud insulam de Geres' periclitabatur in Quadragesima proximo preterita que homines ipsius senescalli de insula predicta arestari fecerunt reddi faciat probis hominibus de Burdegala, nisi fuerint aliqua rationabili causa arestata; et si ex rationabili causa fuerint ibidem arestata, tunc regi causam scire faciat sine dilatione. Teste ut supra.

De quercubus.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere vicecomiti Eboraci octo quercus in bosco de Langwat' ad quandam domum erigendam ante gaolam Eboraci. Teste ut supra.

De busca.—Mandatum est Engelardo de Cygony quod faciat habere Waltero de Burgo buscam in foresta regis de Wind' ad rogum unum faciendum in castro predicto (*sic*) ad operationem ecclesie Fratrum de Ordine Predicatorum de Lond', sicut rex eidem Ricardo (*sic*) precepit. Teste ut supra.

Pro Idonea de Veteri Ponte.—Rex concessit Idonee de Veteri Ponte quod de terris quas habet in comitatu Noting,' videlicet de Oystrefeld' et de Baltr', unde secta fieri solet ab antiquo in comitatu Eboraci, faciat decetero sectam illam in predicto comitatu Eboraci; et mandatum est vicecomiti Notingham quod de predicta terra ipsam Idoneam de cetero non distringat. Teste ut supra.

Pro Adam filio Elye de Gycleswyc.—Quia constat regi per inquisitionem quam inde fieri fecit quod Adam filius Elye de Gycleswyc, captus et detentus in prisona regis de Eboraco pro morte Henrici fratris sui, idem Adam occidit eum per infortunium et non per feloniam, rex ei perdonavit mortem illam. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod eum abire permittat quo voluerit. Teste ut supra.

* Corrected from 'hominibus de Sancto Milione.'

1237.
[m. 10.] *De roboribus.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Salceto faciat habere Roberto Passelewe quinque robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Hugone de Pateshull'.—Rex perdonavit Hugoni de Pateshull' trescentas marcas per quas finem fecit cum rege pro habenda custodia terrarum que fuerunt Radulfi Paynell', una cum custodia et maritagio heredum ejusdem Radulfi. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Hugonem inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Mandatum est P. de Wakering' et W. de Tywe quod. [*Cancelled.*]

Pro Matheo Bezill'.—Rex commisit Matheo Buse manerium de Aufinton' quod Paganus de Chaurc' tenuit donec constiterit regi utrum idem Paganus tenuit manerium illud in escambium terre sue in Normannia an de baillio regis. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod eidem Matheo plenam seisinam de predicto manerio habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Petro de Wakering' pro eodem.

Pro abbate de Colec'.—Rex concessit abbati de Colec' quod non capiatur ab eo taillagium de terris quas tenet in puram elemosinam occasione taillagii nuper assisi in Essex' pro malefactoribus capiendis in partibus illis, set de terris quas predictus abbas tenet per servicium capiatur ab eo taillagium sicut ab aliis; ita tamen quod abbas provideri faciat indempnitati patrie in terris suis quas tenet in puram elemosinam. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod nullum taillagium ab eo capiatur de terris quas tenet in liberam elemosinam. Teste ut supra.

De Buglun.—Mandatum est dominis, militibus et burgensibus de Buglun quod clammari faciat et firmiter prohiberi in villa de Buglun ne Ernaldus Maille, Willelmus Maille, Bernardus Maille, Remundus Maille, Petrus de Burgall', Petrus de Kayoun, Willelmus des Quiels, Gasto de Buglun, Reymundus de Camun, qui interfecerunt Gaillardam que fuit uxor Garsie de Bes et alios in villa de Buglun contra pacem nostram, de cetero nullum reditum habeant in villa illa nec aliquis ibidem eos receptet vel societatem cum eis habeat. Teste ut supra.

De damis et roboribus.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Hereberto filio Mathei tres damas et decem robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Johannes de Hese et Johannes le Flaun' quos Emma que fuit uxor Reyneri Bigewawe appellat de morte predicti Reyneri quondam viri sui, traditi sunt in baillio xij. legalibus hominibus, eo quod dominus rex accepit per inquisitionem quod appellati sunt odio et atia et non eo quod inde culpabiles sint. Et mandatum est vicecomiti Surr' quod eos tradat usque ad adventum justiciariorum ad standum inde recto. Teste ut supra.

1237.
[m. 10.] *De damis.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Hugoni de Pateshull', thesaurario, quinque damos in foresta de Rokingham', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat magistro Alexandro de Swereford' duos damos in baillia sua, de dono regis. Teste ut supra.

De prisone.—Mandatum est constabulario de Kenilleworth' quod prisonem quem prior Coventrensis ei liberabit per preceptum regis recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Windles', xx. die Junii.

Et mandatum est eidem priori quod prisonem illum ei liberet. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodi vinorum regis de Windeshoure quod habere faciat Engelardo de Cygony unum dolium vini de melioribus vinis que sunt in custodia sua, de dono regis, excepto uno dolio quod retinuit ad opus regis. Teste rege apud Windeshour', xix. die Junii.

Pro Matildi de Lucy.—Mandatum est baillivo de Clare quod non distringat Matildem de Lucy ad sectam faciendam ad curiam de Clar' ratione terrarum quas habet in custodia cum filio et herede Ricardi filii Simonis per finem quem cum domino rege inde fecit, de quo respondet ad Scaccarium et de qua secta quieta debet esse per finem predictum. Teste rege apud Windeshour', xix. die Junii.

Pro Eustachio de Bromford'.—Rex vicecomiti Kancie, salutem. Scias quod dedimus Eustachio de Bromford', janitori nostro castri nostri Dovr', annum et diem qui ad nos pertinent de quatuordecim acris terre cum pertinentiis in Dale, que fuerunt Hamonis de Dal' qui nuper abjuravit regnum nostrum pro homicidio. Et ideo tibi precipimus quod predictos annum et diem qui ad nos pertinent de predicta terra eidem Eustachio habere facias. Teste ut supra.

Pro archiepiscopo Burdegalensi et episcopo Vassatensi.—Mandatum est custodi domorum regis de Clarend' quod, si G. Burdegalensis archiepiscopus, et A. Vassatensis episcopus, veniant apud Clarend', exponat eis domos regis et vina regis et forestam ad feras in ea capiendas, si voluerint. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus Lond'.—Mandatum est constabulario de Wind' quod habere faciat Fratribus Predicatoribus de Lond' ad fabricam ecclesie sue ducenta quarteria calcis, de rogo castri nostri de Windeshour', de prestito super rogum quem eis ibidem fieri precipimus. Teste ut supra.

Mandatum est Waltero de Burgo quod rogum quem ab eo fieri precepit rex [ad] opus Fratrum Predicatorum de Lond' fieri faciat in rogo regis castri de Wind', illo prius evacuato quam cito poterit, ad modum et quantitatem rogi regis predicti. Teste ut supra.

Mandatum est Reginaldo de Albo Monasterio. [*Cancelled.*]

1237.
[m. 10.]

Pro monialibus de Ankerwyk'.—Mandatum est constabulario de Wind' quod habere faciat priorisse et monialibus de Ankerwyk' quindecim quercus in foresta de Wind', sparsim per loca, post foenationem, ad fabricam et reparationem domorum suarum apud Ankerwyk', de dono regis. Teste ut supra.

Midelsex'. De assisis nove disseisine summonendis coram justiciariis de Banco.—Rex vicecomiti Middelsex', salutem. Precipimus tibi quod omnes assisas nove disseisine que aramiate sunt in comitatu tuo postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in eodem comitatu, venire facias coram justiciariis nostris apud Westmonasterium ad diem quem tibi scire facient justiciarii predicti, quibus mandavimus quod diem quo ad assisas illas capiendas melius intendere possint tibi scire faciant et assisas predictas capiant. Teste rege apud Rading', xx. die Junii.

Et mandatum est justiciariis de Banco quod rex mandavit vicecomiti Midd' quod, ad diem quem ei scire facient, venire faciat coram eis omnes assisas nove disseisine que aramiate sunt in comitatu suo coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, postquam justiciarii ultimo itineraverunt in eodem comitatu. Et ideo mandatum est eisdem justiciariis quod diem quo ad assisas illas capiendas melius intendere poterint ante recessum suum de Banco eidem vicecomiti scire faciant et assisas illas capiant. Teste ut supra.

Mandatum est custodi domorum regis de Guldeford' quod, si archiepiscopus Burdegalensis et episcopus Vassatensis venerint apud Guldeford', exponat eis domos regis, vina, et parcum ad feras in eo capiendas, si voluerint. Teste rege apud Rading,' xx. die Junii.

Kancia, de prisonibus.—Provisum est quod prisones de Estkent ponantur in prisones regis apud Cantuariam et prisones de Westkent ponantur in prisona in castro Roffe. Et mandatum est Bertramo de Krioyll', vicecomiti Kancie, quod de cetero omnes prisones de Estkant poni faciat in prisona apud Cantuariam et prisones de Westkent in prisona in castro Roffe; et quod de catallis eorum necessaria eis inveniat quousque dampnati fuerint vel a prisona liberati. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Rogero la Zuch' in foresta regis de Exemor' duos cervos, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro domino Cantuariensi de maeremio.—Concessa est E. Cantuariensi archiepiscopo, medietas maeremii quod H. de Burgo, comes Kancie, prosterni fecit in foresta de Tunebrug' ad emendationem castri de Tunebrug' quod ipse prosterni fecit ad emendationem castri Dovor' quod tunc fuit in custodia sua. Et hoc significatum est eidem archiepiscopo quod unam [medietatem] dicti maeremii capiat, alia medietate ad opus regis reservata. Teste ut supra.

1237.

[m. 10.] *De elemosina.*—Mandatum est vicecomiti Wyltesir' quod id quod restat reddendum Matillidi que fuit uxor Gileberti Faiell' de annuo redditu, quem percipere debet per manum suam de elemosina regis constituta, ei sine dilatione reddi faciat; et sicut temporibus aliorum vicecomitum regis ejusdem comitatus percipere consuevit elemosinam predictam, ita tempore suo eam habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Suthant' quod in presencia sua et coronatorum quos ad hoc faciat convocari faciat Willelmum filium Willelmi le Gardener de Bromleg', qui per insaniam occidit predictum Willelmum patrem suum, abjurare regnum Anglie et de terra regis statim exire. Teste rege apud Walingford', xxj. die Junii.

Pro Rogero le Engleis.—Mandatum est Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunholm' quod Rogerum le Engleis in servicio regis retineat, si viderit quod idoneus fuerit, et assignet ei aliquam bailliam apud Houeden' vel alibi in episcopatu Dunholm' secundum quod viderit regi expedire et ei necessaria inveniat. Teste ut supra.

De vinis acquietandis.—Mandatum est Willelmo Hardell' quod de exitibus cambii acquietari faciat, si sine dampno ejusdem cambii fieri possit, Roberto Grestein pro duobus doliis vini de prisa xl. solidos, et eidem Roberto pro viginti et vij. doliis vini Andegavie de empto lviij. libras et decem solidos, Ivoni Britoni pro sex decim doliis vini Andegavie xxxiiij. libras xiij. solidos et iiij. denarios. Et cum constiterit domino regi de pacatione taliter per eum facta, dominus rex faciet ei habere breve suum de allocatione. Teste rege ut supra.

Pro priore Dunholm'.—Mandatum est Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunholm', quod omnes loquelas tangentes priorem Dunholm' inter Tynam et Teys, preter assisas nove disseisine, ponat in respectum donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Oxoniam, xxij. die Junii. Per Willelmum de Raleg'.

De decimis feni de Sauveie.—Rex concessit quod decetero dentur decime tam feni quam molendinorum in dominicis suis. Et mandatum est Hugoni Paynell' quod reddi faciat ecclesie de Wythcoc' decimas feni regis de Sauveie. Teste ut supra.

Pro comitissa Cestr'.—Mandatum est vicecomiti Wygornie quod plenam seisinam habere faciat Elene, comitisse Cestr' et Huntendon', de manerio de Suckel' quod Leulinus, princeps de Aberfraw et dominus de Snaudon', dedit J. comiti Cestr' et Huntendon', cum ea in maritagio cum predicta Elena. Teste rege apud Wudestok', xxiiij. die Junii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Warewyc de manerio de Budiford' pro eadem. Teste ut supra.

1237.
[m. 10.] *Pro Fratribus Predicatoribus Oxonie.*—Mandatum est constabulario de Wind' quod habere faciat Fratribus Predicatoribus Oxonie duas quercus ad quendam batellum faciendum, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxiiij. die Junii.

Mandatum ut Thome de Langeleg' quod habere faciat Fratribus Predicatoribus Oxonie tresdecim quercus ad focum suum, in foresta de Whychewud', de dono regis. Teste ut supra.

Extenta.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terras Stephani filii Andree, quantum valeant in dominicis, vilenagiis, redditibus, et omnibus aliis exitibus terre, et secundum valorem terrarum illarum et quantitatem debiti quod idem Stephanus debet Peytevino filio Benedicti, Abrahe de Berchamested', Aaroni Blundo, Joye que fuit uxor Abrahe filii Luce, Jacobo Crespin, Jacobi filio Flury, Flurie matri ipsius Jacobi, et Leoni de Melkestret', Judeis Lond', rationabilem finem et rationabiles terminos ei inde habere faciant. Teste ut supra.

[m. 9.] *Pro Fratribus Predicatoribus.*—Mandatum est vicecomiti Cumberland' quod domum quam Fratres Predicatores levaverunt in publica strata extra civitatem Karleol' ad nocumentum ejusdem publice strate permittat eos sine impedimento amovere. Teste ut supra.

Pro Rogero de Redel'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod scire faciant omnibus Judeis Lond' quod sint coram eis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in quindecim dies cum omnibus cirographis, tailliis, et aliis instrumentis, per que Rogerus de Redel' eis tenetur in debitis, ad ostendendum que debita idem Rogerus debet singulis eorum sicut voluerint de cetero debita sua recuperare, sciturí quod, nisi ad diem illum venerint, de cetero eis inde non respondebitur: et singulas particulas predicti debiti regi distincte et aperte scire faciant, ita quod omnino interim cessent usure. Teste ut supra. Per fratrem Galfridum.

De prisonibus que capientur pro foresta.—Rex vicecomiti Oxonie salutem. Precipimus tibi quod omnes prisones captos pro transgressione foreste nostre quos Thomas de Langel' de cetero tibi liberabit recipias et salvo custodiri facias donec aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

Pro hominibus Elyensis episcopi.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, si Elyensis episcopus manucapere velit pro hominibus suis quod (*sic*) habet in ballia sua quod pacem regis non violabunt forisfaciendo vel malefactores receptando set pro posse suo pacem nostram servabunt illesam, tunc de taillago super homines predictos assiso pro servientibus regis sustentandis, qui assignati sunt ad conservationem partium illarum, ipsum episcopum et homines suos pacem

1237.
[m. 9.] habere et quietos esse faciat; et, si quid ab ipsis occasione predicta ceperit, id eis sine dilatione reddi faciat. Quia, accepta securitate predicta, rex vult eos de predicto taillagio esse quietos. Teste rege apud Wudestok', xxv. die Junii.

De damis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in foresta regis de Whychewud' habere faciat Ricardo de Harewcurt' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De cervis.—Mandatum est constabulario de Sancto Breavello quod in foresta regis de Sancto Breavello faciat habere G. Marescallo, comiti Penbr', quinque cervos, de dono regis. Teste ut supra. Per Johannem de Plesset', et mandatum Karleol'.

De damis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in foresta de Braden' faciat habere Gileberto Basset duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De damis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod, si Isabella de Mortuo Mari non habuerit tres damos quos rex ei dedit anno proximo preterito in foresta de Roteland' per litteras regis alias Hasculfo de Nevill' inde directas, tunc eos ei habere faciat in eadem foresta. Teste ut supra.

Pro hospitali de Shireburne.—Mandatum est custodi episcopatus Dunholmensis quod hospitalem de Shyreburn' et omnes res et possessiones ejusdem hospitalis teneat in eo statu quo fuerunt tempore obitus R. quondam Dunholmensis episcopi, et non permittat eidem hospitali inferri dampnum aut gravamen. Teste ut supra.

Pro preposito Philippi de Sancto Phileberto.—Mandatum est Avicie de Columbers quod, si Simon prepositus Philippi de Sancto Phileberto de Clatford', captus et detentus pro transgressione foreste regis, invenerit ei salvos plegios ad standum recto de predicta transgressione coram justiciariis nostris de foresta, cum proximo in partes illas venerint ad placita foreste placitanda, tunc ipsum Simonem a prisona regis usque ad adventum predictorum justiciariorum deliberet; et averia sua ea occasione capta deliberari faciat. Teste rege apud Wudestok' xxvj. die Junii.

Pro appellato de latrocinio.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod si Johannes Kade, captus et detentus in prisona regis apud Eylesbir' pro latrocinio et societate, unde Willelmus de Pangehal', qui suspensus est, eum appellavit, invenerit ei salvos plegios ad standum recto si quis versus eum loqui voluerit, tunc ipsum a prisona deliberet. Teste ut supra.

Pro Waltero Bigat et Emma uxore ejus.—Mandatum est Waltero de Burgo quod habere faciat Waltero Bigat et Emme, uxori ejus, decem quarteria frumenti ad opus ipsius Emme in baillia sua de Essex,' de dono regis. Teste rege apud Wud', xxvij. die Junii.

1237.

[m. 9.] *De damis.*—Mandatum est baillivo foreste de Feckenham' quod in eadem foresta faciat habere fratri Galfrido elemosinario duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro archiepiscopo Burdegalensi et episcopo Vassatensi.—Mandatum est vicecomiti Suthant' quod, dum archiepiscopus Burdegalensis et episcopus Vassatensis moram fecerint apud Wintoniam, eos crebro pane et vino respiciat; et rex faciet ei ad Scaccarium allocari. Teste rege apud Wudestok', xxvij. die Junii.

De vinis kariandis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Suthanton' quod viginti dolia vini de vinis que sunt in custodia sua liberent baillivis regis de Suthant', videlicet, sex dolia de melioribus vinis et quatuordecim de aliis, karianda quo rex eis precepit. Teste rege apud Wudestok', xxviij. die Junii.

De prisonibus replegiandis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod, si Galfridus filius Hugonis, Robertus filius Enot' et Radulfus Hurell', capti et detenti in prisona regis pro foresta, invenerint ei salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis de foresta cum in partes illas venerint ad placita foreste placitanda, tunc prefatos Galfridum, Robertum et Radulfum usque ad adventum predictorum justiciariorum per plevinam dimittat et a prisona deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Henna et Sarra, Judeis.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod ex quo Elyas le Evesk' persolverit ad Scaccarium quingentas marcas quas debuit persolvisse ad idem Scaccarium ad Pascha proximo preteritum anno xxj. de mille marcis per quas finem fecit cum rege, tunc de catallis que fuerunt Jocei presbiteri faciant habere Henne filie ejusdem Elie, que fuit uxor predicti Jocei, ducentas libras nomine dotis, et Sarre filie ipsorum Jocei et Henne xl. libras ad se maritandam. Teste ut supra.

De quercubus datis ecclesie de Block'.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in foresta de Brehull' habere faciat persone de Blockesham' viginti quercus ad fabricam ecclesie de Blockesham, de dono regis. Teste rege apud Wud', j. die Julii. Per Amauricum de Sancto Amando.

De prisonibus.—Mandatum est vicecomiti Bukingham' quod in pleno comitatu suo coram coronatoribus ejusdem comitatus inquiri faciat utrum duo prisones, utlagati ut dicitur, quos baillivi nostri Oxonie ceperunt et in prisona nostra Oxonie detinuerunt, quos quidem tibi mittimus, utlagati sint necne; et inquisitione inde facta, fiat de eis quod fieri debet secundum consuetudinem regni nostri. Teste me ipso apud Wudestok', ut supra.

1237.
[m. 9.] *De sale pro rege.*—Rex baillivis Nove Foreste, salutem. Precipimus tibi (*sic*) quod salem de baillia vestra pertinentem ad larderium nostrum de Clarendon' faciatis habere Henrico de Dun, custodi domorum nostrarum de Clarend', singulis annis quamdiu habuerit custodiam illam, ad faciendum inde preceptum nostrum. Teste ut supra.

De prisone.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Johannem de Curcy quem probi homines Oxonie ceperunt eo quod perturbavit universitatem Oxonie, ut dicitur, ab ipsis recipiat et in prisona regis per quinque dies vel sex custodiri faciat et postea ipsum Johannem dimittat xxiiij. probis et legalibus hominibus de eadem villa qui eum replegiare velint, quod ipse decetero pacem predicte universitati non perturbabit. Precipimus etiam tibi quod, si Simon Balehorn', captus et detentus in eadem prisona eadem occasione, invenerit eidem vicecomiti bonos et salvos plegios quod decetero non perturbabit pacem ejusdem universitatis, tunc ipsum Simonem a carcere deliberet et quietum abire permittat. Teste ut supra.

De damis.—Mandatum est custodi foreste de Feckenham' quod habere faciat R. Herefordensi episcopo, viginti damas et quinque damos in predicta foresta ad parcum suum de Prestbir' instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', secundo die Julii.

Mandatum est constabulario Sancti Breavelli quod habere faciat R. Herefordensi episcopo, duos cervos in foresta regis de Den', de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia in rotulo de liberate.*

Pro Johanne de Novo Mercato.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Shyrewud' faciat habere Johanni de Novo Mercato decem quercus ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro comite Linc', de Linle et Wylye.—Rex commisit J. comiti Linc' et constabulario Cestrię, maneria de Linle et Wylie que Paganus de Chaorc' tenuit de ballio regis custodienda quamdiu regi placuerit. Et mandatum est P. de Wakering' et Waltero de Tywe vel alteri eorum quod de predictis maneriis eidem comiti plenam sine dilatione seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Wudestok', iij. die Julii.

Et habet inde idem comes litteras patentes. Teste ut supra.

Pro Johanne de Tywe.—Rex perdonavit Johanni de Tywe eschapium Willelmi de Pauncehal', latronis et probatoris, qui evasit de custodia sua dum fuit vicecomes noster Oxonie; et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Oxonie quod ipsum Johannem de predicto eschapio quietum esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus.—Mandatum est Ricardo de Wrotham* quod in foresta regis de Blakemor' faciat habere priori de Monte Acuto viginti quercus, de dono regis. Teste ut supra. Per Thomam de Newerc'.

* Substituted for 'de Munfichet.'

1237.
[m. 9.]

Pro episcopo Herefordensi episcopo (sic).—Rex justiciariis suis proximo itineraturis ad placita foreste placitanda, salutem. Sciatis quod trencheas quas venerabilis pater R. Herefordensis episcopus, habet in bosco suo infra forestam nostram de Den' idem episcopus mundare fecit per preceptum nostrum. Et ideo vobis mandamus quod ea occasione ipsum episcopum in nullo occasionetis vel vexetis. Teste rege apud Wudestok', iij. die Julii.

Pro comitissa Cestrie.—Mandatum est vicecomiti Northant' quod de terra quam Clemencia, comitissa Cestrie, habuit in Nessinton' nomine dotis et quam in manum regis cepit simul cum terris que fuerunt quondam comitis Cestrie et Huntend' in baillia tua (*sic*), eidem Clemencie sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De catallis depredatorum in mari.—Mandatum est baillivis Bristoll' quod catalla et navem Ricardi de Bristoll' et catalla et navem Radulfi de Wycton' et catalla Walteri de Port et Mauricii de Sancto Walerico qui presentes sunt, simul cum catallis eorum qui per Willelmum de Mariscis et socios suos malefactores in mari detenti sunt in prisona sua pro redemptione sua, que quidem catalla et naves arestari fecistis (*sic*) apud Bristoll', eis sine dilatione deliberari faciant, retentis in manu regis catallis aliorum mercatorum extraneorum qui presentes non sunt donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Petro de Mongumery'.—Mandatum est Geremano de Kaxton', custodi episcopatus Nortwyc', quod in boscis predicti episcopatus ubi ad minus nocumentum fieri poterit faciat habere Petro de Mungumery iiij. quercus ad maeremium inde habendum ad edificia sua construenda apud ecclesiam suam de Boyton', de dono nostro. Teste rege ut supra.

Pro nunciis Imperatoris, de cuppis.—Mandatum est Hugoni de Pateshull', tesaurario, quod emi faciat duas cuppas, utramque ponderis quatuor marcarum, quarum unam conferat fratri Egidio Bertaldo et alteram Magistro Waltero, notario domini imperatoris, ex parte regis. Teste rege apud Wudestok', v. die Julii.

De inquirendo de terra Radulfi de Berling'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod inquirat quantum terre Radulfus de Berling', qui mortuus est, tenuit in baillia sua etc., et interim de terra illa plenam seisinam habere faciat Willelmo de Raleg' custodienda, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Pontibus.—Mandatum est baillivo foreste de Shothovr' quod permittat Reginaldum de Pontibus quem rex mittit ad eum ad deductum querendum capere in baillia sua unum damum vel unum capreolum vel unum cervum, si ei occurrat. Teste rege apud Wudestok', vij. die Julii.

1237.

[m. 9.] *Pro vicecomiti Herefordie.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod compotum vicecomitis Herefordie ponant in respectum usque in quindecim dies a festo Sancti Michaelis, anno etc. xxj. Teste ut supra.

Pro ecclesia de Blockesham'.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in foresta regis de Brohull' extra Pancehal' faciat habere persone de Blockesham' viginti quercus ad fabricam ecclesie de Blockesham', de dono regis, nisi eas prius habuerit per aliud breve regis ei inde directum. Teste rege apud Wudestok', viij die Julii.

Pro reclusa de Novo Castro.—Rex Ade Sturmy salutem. Quia venerabilis pater A. Coventrensis et Lichfeldensis episcopus, et persona ecclesie Novi Castri subter Limam assensum prebuerunt, ut

[m. 8.] dicitur, quod Avicia mulier apud ecclesiam predictam reclusa sit, et obstare posset eidem si nondum noster intervenisset consensus, tibi precipimus quod decetero non impedias quin predicta Avicia ad hoc admittatur. Teste rege apud Wudestok', viij. die Julii.

Pro comitissa Cestrie.—Quia rex didicit quod comitisse Huntind' semper habere consueverunt in dotem maneria de Kemeston' et de Totham, mandatum est ballivis A. regis Scottie de terris que fuerunt J. comitis Hunt', quod Helene que fuit uxor J. comitis Cestrie et Huntind', de predictis maneriis cum pertinentiis tenendis nomine dotis sue, sine dilatione plenam seisinam habere faciant; quod nisi fecerint, a vicecomitibus Bedef' et Midd' id rex fieri precepit. Teste rege apud Wudestok', viij. die Julii.

Et mandatum est vicecomiti Bed' quod, nisi dicti ballivi ei inde seisinam habere fecerint, ipse de manerio de Kemeston' seisinam ei habere faciat.

Eodem modo vicecomiti Midd' de manerio de Totham.

Extenta.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant totam terram Gwydonis Pippard' in Bishampton' et secundum valorem ejusdem terre et quantitatem debiti quod idem Gwydo debet David' de Oxonia, Judeo, rationabilem finem et rationabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

De cervis et capreolis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta regis de Den' faciat habere Willelmo Talebot, vicecomiti Glouc', tres cervos et quinque capreolos ad opus Alienore cognate regis morantis in castro regis Glouc'. Teste ut supra.

De roboribus pro Eva de Gray.—Mandatum est Ricardo de Muntfychet quod in foresta regis de Whycchewod' in bosco Ricardi de Clar' de Shypton' faciat habere Eve de Gray, matri Johannis de Bello Campo, decem robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege ut supra. Per J. comitem Lincoln'.

1237.
[m. 8.] *De armamentis galyarum.*—Mandatum est Bertramo de Krioill' quod distringat heredes Henrici filii Reginaldi et Robertum Frostr' quod reddant Paulino de Wincheles' et socio suo, quos rex assignavit ad galyas suas de Wincheles' custodiendas, armamenta earundem galiarum que penes ipsos Henricum et Robertum deposita fuerunt in vita sua et de quibus respondere debent, ut dicitur. Teste rege ut supra.

De substituendo custode ad galyas.—Mandatum est Bertramo de Krioill' quod, quia Thomas filius Godefridi de Winchelese quem prius rex assignavit ad duas galias regis apud Winchelese custodiendas ita est impotens sui quod non sufficiat de cetero ad eas custodiendas, loco ipsius alium substituat qui una cum Paulino de Wincheles' predictas galias diligenter et fideliter custodiat. Teste rege ut supra.

Pro Alienora de Britannia.—Mandatum est baillivis Bristoll' quod emant vina ad opus Alienore de Britannia, consanguinee regis, que moratur apud Glouc', ad forum illud ad quod consueverunt emere ad opus regis secundum quod vicecomes Glouc' eis dicet, et vina ipsa kariari faciant usque Glouc'; et de custo quod ad hoc posuerint respondebit eis vicecomes predictus. Teste ut supra.

Pro Stephano de Segrave et Gileberto filio ejus.—Rex perdonavit Stephano de Segrave decem et octo libras que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de firma manerii de Tingden' de tempore quo fuit ipsum manerium in manu sua; et perdonavit Gileberto de Segrave viginti libras que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de firma Novi Castri subtus Limam de tempore quo castrum illud fuit in manu sua. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Stephanum de predictis decem et octo libris et predictum Gilebertum de predictis xx. libris quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro rege, de vinis custodiendis.—Rex majori Glouc', salutem. Precipimus tibi quod visis litteris istis eligi facias unum burgensem de fidelioribus burgensibus nostris Glouc', qui una cum serviente vicecomitis nostri Glouc' vina nostra salvo custodiat in castro nostro de Glouc'. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Staunton'.—Rex constabulario de Sancto Briavello, salutem. Quia didicimus quod Ricardus de Staunton' de jure consuevit habere omnes ceppos fustorum prostratorum in baillia quietos, tamquam pertinentes ad libertatem suam quam habet in feodo in foresta nostra de Sancto Briavello, usque ad tempus quo Rogerus de Clifford' habuit custodiam predicte foreste nostre qui predictum Ricardum coegit singulis septimanis dare pro ceppis illis sex denarios, concessimus eidem Ricardo quod de cetero habeat ceppos predictos quietos sine precio aliquo, sicut idem Ricardus et predecessores sui baillivi nostri de foresta predicta illos habuerunt usque

1237.
[m. 8.] ad tempus predictum. Et ideo tibi precipimus quod ipsum Ricardum ceppos predictos quietos habere permittas sicut predictum est. Teste rege apud Wud', x. die Julii.

De coronatore faciendo.—Rex vicecomiti Glouc', salutem. Precipimus tibi quod in pleno comitatu tuo per assensum totius comitatus tui eligi facias de fidelioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus, loco Ricardi de Lokinton', quondam coronatoris ejusdem comitatus, unum coronatorem qui prestito sacramento, sicut fieri solet, et (*sic*) ex tunc faciat et conservet ea que ad coronam nostram pertinent in eodem comitatu; et talem ad hoc eligi facias qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen ejus nobis scire facias. Teste ut supra.

De prisonibus.—Mandatum est vicecomiti Salopesir' et Stafford' quod, si Radulfus Paynell et Cecilia uxor ejus, capti et detenti in prisona regis de Brug' pro receptamento Hugonis de Lutteleg' et sociorum suorum qui utlati (*sic*) et occisi fuerunt, unde rettati sunt, invenerint ei duodecim liberos et legales homines de baillia qui eos manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venerint ad standum inde recto, tunc predictos Radulfum et Ceciliam ipsis duodecim tradat in baillium, ut predictum est, et catalla eorum ea occasione capta sine dilatione eis deliberari faciat. Teste ut supra.

De vinis capiendis.—Mandatum est Johanni le Maunsell' quod de vinis que proximo ventura sunt apud Suthant' capiat ad opus regis centum dolia ponenda ibidem in celario regis. Et mandatum est baillivis de Suthant' quod ei ad hoc sint auxiliantes. Teste ut supra.

De damis.—Mandatum est baillivo foreste de Clarendon' quod Ricardum, comitem Pictavie et Cornubie, capere permittat decem damos in predicta foresta quos rex ei dedit. Teste ut supra.

De quercubus.—Mandatum est Roberto de Ros quod in bosco de Mamesfeld'* faciat habere W. Eboracensi archiepiscopo, centum et quinquaginta quercus ad operationem ecclesie de Sutwell', de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xij. die Julii.

De quercubus.—Rex Roberto de Ros, salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis priori de Shelford' xv. quercus in foresta nostra de Shyrewud', de dono nostro, ad operationem ecclesie sue, ubi competentius capi possunt extra dominicas hayas nostras, nisi eas prius habuerit per litteras nostras Roberto de Everingham' inde directas. Teste ut supra.

De maeremio.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat vicecomiti Northant' maeremium in parco regis de Bricstok' ad cindulas faciendas ad cooperiendas domos regis de Geytinton';

* Substituted for 'foresta regis de Syrewud.'

1237.

[m. 8.] et quod faciat habere eidem vicecomiti maeremium in parco de Henl' ad cindulas faciendas ad domos regis de Selveston' cooperiendas. Teste ut supra.

De quercubis.—Mandatum est baillivis Ricardi de Munfichet de forestis de Chyppeham et Melkesham* quod habere faciant abbati de Stanl' duas quercus ad postes faciendos in foresta nostra de Chypeham, et duas quercus ad postes faciendos in foresta de Melkesham, ad operationem cujusdam clocherii, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Tarente.—Mandatum est vicecomiti Dorset' quod fratrem Willelmum de Tarente recipiat atornatum abbatisse et monialium de Tarente ad negocia sua in baillia sua prosequenda. Teste ut supra.

De quercubus.—Mandatum [est] Johanni† de Nevill' quod in foresta regis de Salceto‡ habere faciat abbati de Butlesden' quinque quercus ad stalla sua facienda, de dono regis. Teste apud Wudestok', xij. die Julii.

Pro Hugone Fitun.—Mandatum est J. comiti Linc' et constabulario Cestrie, custodi comitatus Cestrie, quod permittat Hugoni Fytun in pace habere seisinam de terra de Riston', quam ad presens habet, donec aliud inde rex preceperit. Teste rege apud Wudestok', xiij. die Julii.

De maeremio.—Mandatum est Thome de Langeleg' quod habere faciat Waltero de Wudestok', hospiti Willelmi de Raleg', quatuor furcas, sex pannos, et triginta cheverones in baillia sua, de dono regis, ad quandam cameram faciendam ad opus ipsius Willelmi. Teste ut supra.

Pro rege, [de] denariis liberandis Magistro Johanni de Regat'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod triginta marcas quas major Oxonie ei liberabit, sicut ei precepit rex, sine dilatione liberet Magistro Johanni de Regat' tradendas ex parte regis ubi ei rex dixit; ita quod eas habeat citra festum Beati Petri ad Vincula. Teste ut supra.

Et mandatum est majori Oxonie quod dictas triginta marcas citra dictum festum liberet vicecomiti Oxonie tradendas eidem Johanni. Teste ut supra.

De Willelmo de Percy.—Mandatum est vicecomiti Wyltesir' quod distringat executores testamenti Pagani de Chaurc' ad reddendum Willelmo de Percy, cui commisimus maneria de Burton' et de Menestok', que predictus Paganus tenuit de baillio domini Johannis regis, patris regis, xx. et ij. boves et unum averum et dominica eorundem maneriorum inbladata, sicut ea recepit quando dominus Johannes rex, pater regis, ei commisit predicta maneria. Teste ut supra.

* Substituted for 'Waltero de Burgo.' † Substituted for 'Ricardo de Munfichet.'
‡ Substituted for 'de Wytlewud.'

1237.
[m. 8.] Rex concessit David Cumin et Isabelle uxori ejus et Petro de Maum' et Christiane uxori ejus quod viginti marcas quas regi debent de fine lx. marcarum quem ipsi et Henricus de [Bailo]ll . . . . relevio suo de terris quas Christiana quondam comitissa Essex. [*Cancelled*] *Quia in finibus.*

[m. 7.] *Pro abbatissa de Rumes'.*—Rex Petro de Bedinton', salutem. Quia datum est nobis intelligi quod redditus abbacie de Rumes' de termino Pasche anno etc. xxj. quem exigitis ad opus nostrum ratione vacationis ejusdem abbacie captus fuit in vigilia Pasche ad acquietandam eandem abbaciam de debitis in quibus tenebatur, qui quidem redditus reddi debuit ipso die Pasche, volentes ipsam abbaciam inde quietam esse, vobis mandamus quod abbatissam ejusdem loci et homines suos pacem inde habere permittatis. Teste ut supra apud Wudestok', xiij. die Julii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Wiltesir' pro eadem abbacia. Teste ut supra.

Pro Thoma le Whyte et Willelmo Passemer.—Mandatum est baillivis Bristoll' quod catalla Thome le Wyte et Willelmi Passemer, civium nostrorum Dublin', que inventa sunt in navi Dublin' que nuper depredata fuit in mari per quosdam malefactores et arestata fuit apud Bristoll', Ricardo le Lung homini ipsorum Thome et Willelmi, qui per eosdem malefactores vulneratus fuit et moram facit apud Bristoll', ad opus eorundem Thome et Willelmi liberari faciant, salva inde portione pertinente ad redemptionem illorum qui pro eis obsides remanserunt. Teste rege apud Wudestok', xiij. die Julii.

Pro Stephano le Nobl'.—Mandatum est eisdem baillivis quod catalla Stephani le Nobl', burgensis regis Bristoll', qui nuper interfectus fuit in navi Dublin' que in mari depredata fuit et apud Bristoll' arestata fuit, sine dilatione reddi faciant Nicholao filio et heredi ipsius Stephani, salva inde portione que pertinet ad redemptionem illorum qui pro eodem Stephano et aliis qui depredati fuerunt obsides remanserunt, et salvis illis debitis suis quibus idem Stephanus tenebatur. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Molis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Nicholao de Molis unum damum in Nova Foresta, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus.—Mandatum est Waltero de Tywe quod habere faciat Baldwino de Ver decem quercus in bosco regis de Wutton', de dono regis. Teste ut supra.

Pro monachis de Beaubec.—Mandatum est baillivis Bristoll' quod catalla monachorum de Beaubec de ordine Cistrensi inventa in navi que in mari nuper depredata fuit per quosdam malefactores et arestata apud Bristoll' sine dilatione eis deliberari faciant. Teste ut supra.

1237.
[m. 7.]

De roboribus.—Mandatum est Roberto de Lexinton' quod in bosco regis de Bere faciat habere monialibus de Tarent' xv. robora ad focum suum, de dono regis; et quod faciant habere eisdem monialibus ad festum Sancti Michaelis xx. caretatas de subbosco in eodem bosco ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Philippo de Barry.—Mandatum est Mauricio filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, quod de debitis que exiguntur per summonitionem Scaccarii nostri Hibernie de Philippo de Barry, ipsum Philippum deduci faciat per judicium baronum regis ejusdem Scaccarii. Teste ut supra.

Pro Johanne de Barneton'.—Rex perdonavit, ad instanciam Baldwini de Ver, Johanni de Barneton' misericordiam in quam incidit idem Johannes et plegii sui de prosequendo coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Leic' quia retraxerat se de duello quod invadiaverat pro dicto Baldwino versus Willelmum de Karleton' de compoto quod idem Baldewinus ab eo exigebat sibi reddi. Et mandatum est vicomiti Leic' quod tam ipsi Johanni quam plegiis suis pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Magistro Willelmo de Kilkenny.—Mandatum est custodi episcopatus Dunholm' quod Magistro Willelmo de Kilkenny maeremium ad quandam aulam faciendam et ad quandam grangiam perficiendam in foresta de Langecestria et de Akeland', quod maeremium fuit ei promissum per Ricardum, quondam Dunholm' episcopum, et illud non habuit, et si idem baillivus hoc scire poterit per Johannem de Rumesie, quondam senescallum ipsius episcopi, tunc ei habere faciat. Teste ut supra.

De prisone capto pro foresta.—Mandatum est Thome de Langeleg' quod, si Hugo filius Rogeri de Middelton', captus pro transgressione foreste nostre non fuerit inventus venationem habens, tunc ipsum replegiari faciat usque ad proximum adventum justiciariorum nostrorum itinerantium ad placita foreste, ad standum recto de transgressione unde rettatus est. Teste ut supra.

De quodam probatore.—Rex concessit Rogero de Merlay, Roberto de Wytcestria, Roberto de Neunham' et Waltero de Sancto Petro potestatem concedendi Siwardo qui devenit probator coram eis vitam et membra; ita tamen quod comittat duellum cum quinque, sicut obtulit coram eis et sicut ipsi regi significaverunt, vel cum pluribus, si ad hoc possint eum inducere. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Narzac.—Mandatum est Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, quod plenam seisinam habere faciat Willemo de Narzac de terra quam rex ei concessit in insula de Oleron, sicut rex ei alias mandavit, non obstante quod de eadem terra rex prius precepit seisinam fieri Willelmo de Boeles, cui eam rex commiserat, quia rex vult precise quod terram illam habeat. Teste ut supra.

1237.
[m. 7.] *De damis datis.*—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in foresta de Wychewud' faciat habere Johanni de Bello Campo quatuor damos ad opus matris sue, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xiiij. die Julii.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in foresta regis de Feckenham' faciat habere Willelmo de Bello Campo extra dominica regis et defensum regis duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Jordano de Stoppell'.—Mandatum est baillivis Bristoll' quod si Jordanus Stopell' invenire possit salvos plegios qui manucapiant quod respondebunt de catallis que ipse Jordanus vendicat esse Ricardi Stapell' patris sui, que fuerunt in navi de Drogheda depredata, et contingat eadem catalla postea ab aliis vendicari, tunc ipsa catalla prefato Jordano ita deliberari faciant. Teste ut supra.

Pro magistro Templi.—Mandatum est baillivo foreste de Feckenham' quod maeremium quod abbas de Evesham' et alii qui boscos habent in predicta foresta dederunt magistro Milicie Templi in eadem foresta permittat ipsum magistrum abducere quo voluerit libere et [sine] mipedimento chemini. Teste rege apud Brohull', xv. die Julii.

Pro Roberto de Kerneford'.—Rex J. [filio] Philippi, custodi episcopatus Dunholm', salutem. Cum bone memorie R. de Mariscis, quondam episcopus Dunholm', dilecto et fideli nostro, Roberto de Kerneford' quandam terram contulit in episcopatu predicto, et R. successor episcopi memorati, talem conventionem inierit cum prefato Roberto quod predicta terra remaneret ipsi episcopo, solvendo predicto Roberto decem marcas annuatim ad totam vitam suam pro terra eadem, et vos occasione ejusdem episcopatus in manu nostra existentis terram illam in manu nostra tenetis; vobis mandamus quatinus, si talis fuit conventio inter prefatum episcopum et militem antedictum, vos eidem decem marcas annuas solvatis secundum conventionem predictam. Teste ut supra.

De quodam coronatore faciendo.—Mandatum est vicecomiti Wyltesir' quod in pleno comitatu suo per assensum totius comitatus et coram Reginaldo de Calne, Hamone de Bochampton', Willelmo de Derneford', et Ricardo de Haseldon', justiciariis assignatis ad gaiolam Sarisburie deliberandam, eligi faciat de fidelioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus, loco Roberti de Hoxham', quondam coronatoris ejusdem comitatus, unum coronatorem qui, prestito sacramento sicut fieri solet, extunc faciat ea que ad coronam pertinent in eodem comitatu. Et talem eum ad hoc eligi faciat qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen ejus regi scire faciat. Teste ut supra.

De prisonibus deliberandis.—Mandatum est vicecomiti Northant' quod Philippum le Enfaunt de Quenton et Johannem fratrem ejus quos tenet in prisona regis pro transgressione foreste regis unde

1237.
[m. 7.] rettati sunt per salvos plegios dimittat a predicta prisona ad standum inde recto coram justiciariis regis de foresta ad placita foreste, nisi capti essent cum venatione vel pro alio recto quare non sint replegiabiles. Teste rege apud Brohull', xvj. die Julii.

Pro Petronilla uxore Roberti de Insula.—Quia constat regi per inquisitionem quam fieri precepit quod Robertus de Insula tenuit unam virgatam terre et unum boscum in Bensinton' de rege in soccagio et quod Petronilla que fuit uxor ipsius Roberti propinquior est heredi ipsius Roberti; mandatum est vicecomiti Oxonie quod de terra et bosco predicto eidem Petronille plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum custodi honoris de Redl' quod permittat executores testamenti Roberti de Tillebr' habere liberam administrationem omnium catallorum que fuerunt predicti defuncti ad faciendum rationabile testamentum suum, accepta ab eis bona securitate quod satisfacient regi ad Scaccarium si quod regi regi (*sic*) debebat predictus defunctus vel de debito si quod debebat Judaismo. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia in finibus.*

De quercubus.—Mandatum est Thome de Saunford' quod in foresta regis de Bruddon' faciat habere Henrico de Trublevill' triginta quercus ad hospitandum se apud Honedon', de dono regis. Teste ut supra.

De quodam probatore.—Rex Reginaldo de Kaln', Ricardo de Haseldon', Willelmo de Derneford' et Hamoni de Bochampton', salutem. Sciatis quod concedimus vobis potestatem concedendi Edmundo de Dunewych' qui se fecit probatorem vitam et membrum, ita tamen quod faciat duellum cum quinque, sicut promisit coram vobis, vel cum pluribus si ad hoc eum inducere possitis. Teste me ipso apud Walingeford', xviij. die Julii.

De quercubus.—Mandatum est Henrico de Dun quod in bosco regis qui vocatur parcus de Milcet faciat habere constabulario regis Sarrisburie viginti quercus ad scindulas et lathas faciendas ad operationem domorum in castro regis Sarrisburie. Teste rege ut supra.

De assisa xxiiij. ponenda coram R. de Lexinton'.—Mandatum est vicecomiti Dereb' quod assisam viginti et quatuor militum que summonita est coram justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venerint ad convincendum xij. juratores assise mortis antecessoris que capta fuit coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus apud Notingeham' inter Alexandrum de Leic' et Matildem filiam Thore, petentes, et Thomam le Jofne, Gerardum de Lincolnia et Agnetem uxorem ejus, tenentes, de xl. acris terre cum pertinentiis in Burghes et octo acris terre cum pertinentiis in Langleg', venire faciat coram Roberto de Lexinton' et sociis suis quos secum ad hoc duxerit

1237.

[m. 7.] associandos die Mercurii proxima post festum Sancti Petri ad Vincula apud Notingeham'. Et summoneat per breve suum predictos Alexandrum et Matildem quod tunc sint ibi audituri illam recognitionem, et quod habeat ibi summonitores et hoc breve et aliud breve. Teste ut supra.

De quercu.—Mandatum est Waltero de Burgo quod in dominico bosco de Brohull' faciat habere custodi pontis de Icford unam quercum ad reparationem ejusdem pontis, proviso tamen quod quercus illa ad reparationem et emendationem ejusdem pontis apponatur. Teste rege apud Walingeford', xvij. die Julii.

De quercubus.—Mandatum [est] Rogero Gernet' quod faciat habere Willelmo de Lancastria centum quercus in baillia sua prope Lancastriam ad operationes faciendas in castro regis de Lancastria, ubi melius et commodius in baillia sua ad opus regis capi possunt. Teste ut supra.

Pro Ipolito le Poter.—Mandatum est baillivis Bristoll' quod, quia Ipolitus le Poter, mercator de Normannia, dicit se habuisse duos lestos coriorum in navi illa que nuper depredata fuit in mari inter Angliam et Hyberniam, quod si idem Ipolitus monstrare possit illos duos lestos coriorum suos esse in navi predicta et securos eos fecerit per salvos plegios quod de lestis illis respondebit si alius postea venerit ad lestos illos petendos et possit probare suos esse, tunc sine dilatione reddi et deliberari faciant. Teste rege apud Wind', xviij. die Julii.

De quercubus.—Mandatum est Engelardo de Cygony quod Hugoni filio Andree et Johanni Longo habere faciat tres quercus in foresta de Wind' ad operationem pontis de Wind'. Teste ut supra.

De respectu.—Mandatum est Roberto de Lexinton' quod ponat in respectum loquelam que summonita est coram eo in crastino S. Petri ad Vincula inter Johannem de Nevill' et Henricum filium Osberti de placito terre quod est inter eos apud Notingham et warantizatione carte usque a die Sancti Michaelis anno etc. xxj. in unum mensem, eo quod idem Johannes summonitus fuit coram rege ad eundem diem. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Julii.

Pro Willelmo Dun et Elena uxore ejus.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere Willelmo Dun et Elene uxori ejus, nutrici regis, tria robora ad focum suum in baillia sua extra parcum de Havering'. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Julii.

Pro Johanne de Plesset'.—Mandatum est Willelmo filio Ricardi quod licet Johannes dè Plesset', cui rex commisit custodiam terre et heredis Willelmi Avenell', qui terram suam tenuit de Roberto filio Walteri cujus terre sunt in custodia sua per preceptum regis, nondum habuisset seisinam ejusdem custodie in festo Sancti Johannis Baptiste proximo preterito per litteras regis ipsi Willelmo inde

1237.

[m. 7.] directas, quarum data precessit festum predictum, de redditibus ejusdem custodie de termino ejusdem Sancti Johannis* quos exigit ad opus regis de hominibus tenentibus de custodia predicta et quos dicto Johanni rex concessit, eisdem hominibus pacem habere permittat. Teste ut supra.

De prisone.—Mandatum est Thome de Santford' quod Willelmum Page, captum cum venatione in foresta regis de Bradden', liberet vicecomiti Wyltesir' custodiendum in prisona regis Sarrisburie donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Wiltesir' quod predictum Willelmum recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Thoma Boyt et sociis suis.—Mandatum est baillivis Bristoll' de catallis Thome Boyt, Alicie Augustun, et Willelmi le Paumer, qui sunt de Drogheda, quod deliberentur per plevinam sicut superius mandatum est de catallis Jordani Stopll'. Teste rege apud Plumsted', xxij. die Julii.

Eodem modo mandatum est eisdem baillivis pro Hamone Fuket. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est pro Ranulfo de Rothomago. Teste ut supra.

De ballivis Bristoll'.—Mandatum est eisdem baillivis quod non est necesse quod teneant duos batellos quos muniri fecerunt ad mandatum regis, set eos abire permittant, proviso tamen quod muniti [sint] sicut ipsos habeant munitos cum necesse fuerit et cum eis rex mandaverit. Teste ut supra.

[m. 6.] *De prisone.* — Rex vicecomitibus Lond', salutem. Quia per inquisitionem quam nuper fieri fecimus per justiciarios nostros accepimus quod Johannes de Marisco, captus et detentus in prisona nostra de Newgat' pro morte Henrici filii Clementis unde rettatus fuit, non est de morte illa culpabilis: vobis precipimus quod ipsum Johannem a prisona nostra deliberetis et quo voluerit abire permittatis Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Julii.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod si Johannes de Helehton', captus in foresta regis de Essex' cum leporariis et detentus in prisona regis, invenerit ei salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis regis de foresta, cum in partes illas venerint ad placita foreste placitanda, de transgressione foreste, tunc ipsum a prisona regis interim deliberet. Teste rege ut supra.

Pro Andrea de la Brech'.—Rex concessit Andree de la Brech' quod quietus sit de sectis comitatus et hundredorum a festo Sancti Petri ad Vincula anno etc. xxj. usque in unum annum. Et mandatum est vicecomiti Bercsir' quod de sectis predictis ipsum Andream pacem habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Julii.

* Substituted for 'Michaelis.'

1237.
[m. 6.] *De damis.*—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in foresta regis de Feckenham' faciat habere W. Wygorniensi episcopo, quindecim damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Hugoni de Ver, comiti Oxonie, quatuor damos in foresta regis de Waltham', et quatuor damos in foresta regis de Hatfeld', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Julii.

De damis et cervis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta regis de Notingeham', ubicumque melius et facilius fieri poterit, excepta haya regis de Beskwud', faciat habere W. Wygorniensi episcopo, quindecim damas et quatuor cervos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Cantuaria.—Mandatum est Nicolao de Sancto Albano quod Roberto de Cantuaria, clerico, habere faciat centum solidos quos rex ei concessit de cuneo suo Cantuarie, exceptis sexties viginti marcis quas regi debet per conventionem factam inter regem et eundem Nicolaum factam (*sic*) de cuneis Cantuarie et Lond' a festo Sancti Johannis Baptiste anno etc. xxj. usque ad festum Sancti Johannis anno etc. xxij. et exceptis centum solidis quos idem Nicolaus Willelmo Scissori debet, quos rex ei similiter concessit de cuneo predicto Cantuarie. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Julii.

De damis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in baillia sua in forinsecis boscis extra dominica regis faciat habere Gerardo de Furnivall' duos damos, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Julii.

De damis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Petro de Raleg' duos damos in baillia sua in partibus Norhant' extra dominicos boscos regis. Teste ut supra.

Pro Magistro Willelmo de Dunholm'.—Mandatum est Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunholm', quod de bobus quos retinuit ad opus regis de episcopatu predicto faciat habere Magistro Willelmo de Dunholm' triginta et novem boves qui fuerunt prius in maneriis de Weremuth' et de Refhop' pro eodem precio quo illos retinuit ad opus regis. Teste ut supra.

De damis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod Willelmo de Cantilupo juniori faciat habere tres damos in foresta regis de Rokingeham' extra dominicos boscos regis, de dono regis. Teste ut supra.

De prisonibus.—Rex vicecomitibus London', salutem. Precipimus vobis quod Willelmum Horsnaill' et Johannem filium Thome, qui sunt in prisona nostra de Newgat' et nuper capti fuerunt apud Evre pro suspitione latrocinii, liberari faciatis Ricardo de Turri,

1237.
[m. 6.] constabulario Walingeford', ad ipsos custodiendos in prisona castri predicti usque ad adventum justiciariorum itinerantium in partibus illis, nisi predicti Willelmus et Johannes plegios invenire possint eidem constabulario qui eos manucapiant habere coram prefatis justiciariis ad se purgandos de suspitione predicta. Teste ut supra.

De fustis.—Mandatum est servienti de Feckenham' et custodi dominicorum boscorum regis de eadem villa quod habere faciat fratri Roberto, magistro Milicie Templi in Anglia, decem fusta in foresta regis de Werewud' ad edificia inde facienda, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

De damis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in baillia sua Northumbrie faciat habere Johanni filio Roberti duos damos, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Augusti.

Mandatum est custodi foreste de Feckenham quod habere faciat Willelmo de Cantilupo quatuor damos in baillia sua extra dominicos boscos regis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro uxore Eudonis de Morvill'.—Mandatum est vicecomiti Dorset' quod de terra quam Eudo de Morvill' tenuit de rege in capite in baillia sua, assignari faciat Isabelle que fuit uxor ejusdem Eudonis rationabilem terciam partem suam nomine dotis sue que eam contingit de terra predicta. Teste ut supra.

De plevina hominum comitis Warennie.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod ex quo homines W. comitis Warennie, qui non permiserunt exequi judicium secum de assisa nove dissaisine capta coram domino rege apud Danecastr' inter Simonem de Rupe, querentem, et Henricum prepositum et Willelmum filium Levenoth et alios homines ipsius comitis de communa pasture in Turleston' que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem villa, liberaverint se prisone domini regis, tunc eos statim per salvam plevinam dimittat quousque de illis dominus rex aliud preceperit. Teste ut supra.

Rex Rogero Bertram et sociis suis justiciariis assignatis ad placita episcopatus Dunholm' placitanda, salutem. Sciatis quod nolumus quod ad presens procedatis ad predicta placita placitanda donec aliud inde preceperimus, nisi ad gaiolas ejusdem episcopatus deliberandas. Et ideo vobis mandamus quod ad eadem placita placitanda non procedatis sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Augusti. [*Cancelled*] *Quia in dorso.*

Pro Matheo Besill'.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod octo marcas quas cepit de firma manerii de Offinton' de termino Sancti Johannis Baptiste proximo preterito, et duas marcas quas cepit ab hominibus ejusdem manerii de fine pro bladis seminatis, sine dilatione reddat dilecto et fideli regis Matheo Besill'. Teste ut supra.

De vinis legati.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis regis que nuper emit ad opus regis faciat habere domino

1237.
[m. 6.] legato quatuor dolia vini et ea ad domos episcopi Dunholm' apud Lond' cariari faciat ad opus ipsius legati, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Augusti.

De cervis et capreolis.—Rex Roberto de Ros salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere venerabili patri in Christo W. Karleolensi episcopo, v. cervos et v. capreolos in foresta nostra de Karleol', de dono nostro. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Augusti.

De damis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod Hugoni de Pateshull', thesaurario regis, faciat habere tres damos in foresta de Bernewud', de dono regis. Teste ut supra.

De terra Ade de Leg'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod Margerie uxori Ade de Leg' faciat habere plenam seisinam de terra que fuit ipsius Ade qui est in prisona regis de Flet' et de catallis ejusdem Ade, que sunt in manu regis, ad sustentandum inde ipsum Adam et se ipsam et aliam familiam ipsius Ade quamdiu fuerit in prisona regis. Teste ut supra. Per Willelmum de Raleg'.

Pro executoribus Pagani de Chaurc'.—Mandatum est vicecomiti Suthant' quod executores testamenti Pagani de Chaurc' pacem habere permittat de demanda inbladature manerii de Berghton' et viginti duorum boum, quia protestatum fuit coram rege a viris fidedignis quod J. rex, pater regis, quando commisit predicto Pagano manerium predictum, dedit ei predictam inbladaturam et predictos boves. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Wyltesir' pro eisdem executoribus. Teste ut supra.

Pro uxore Hamonis de Clerbec'.—Mandatum est Willelmo filio Ricardi quod faciat habere Agneti que fuit uxor Hamonis de Clerebek' rationabilem dotem suam de terris et tenementis que fuerunt predicti Hamonis in manu nostra existentibus, que sunt de honore Peverel. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Augusti.

De damis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta regis de Whytlewud' faciat habere Roberto Passelewe tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De pellibus emendis ad opus regis.—Rex majori et vicecomitibus Lond', salutem. Precipimus vobis quod arestari faciatis ad opus nostrum sex milearia pellium cuniculorum de hiis quas mercatores Hispanici et Gallici habent in civitate nostra Lond', scilicet tria milearia de Ottes et duo milearia de Galigres et unum milearium de Meligres. Et dicatis mercatoribus quorum res ille fuerint quod accedant ad nos et de precio earundem eis satisfieri faciemus in garderoba nostra secundum quod appreciate fuerint per Hamonem de Castellis et Johannem le Fleming', servientem nostrum. Teste rege apud Keniton', iiij. die Augusti.

1237.

[m. 6.] *De busca legati.*—Mandatum est H. de Pateshull', thesaurario regis, quod visis litteris emi faciat ad denarios regis viginti navatas busche et eas sine dilatione cariari faciat usque ad domum Dunholm' episcopatus Lond', in qua dominus legatus hospitatus est, presentandas ibidem ipsi domino legato ex parte regis, [de] dono regis. Teste rege apud Keniton', v. die Augusti.

Extenta.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Mandamus vobis quod terras Margarete la Bigode extendi faciatis per sacramentum proborum et legalium hominum quantum valeant in dominicis, redditibus, vilenagiis, et omnibus aliis exitibus terre, et secundum valorem earundem terrarum et quantitatem debitorum quibus tenetur Benedicto Crespin, Mosse filio suo, Jacobo fratri ipsius Benedicti et Mosse filio suo, Aaroni Blundo, et Aaroni filio Abrahe, Judeis Lond', rationabilem finem et terminos rationabiles ei habere faciatis. Teste rege apud Keniton', v. die Augusti.

Pro executoribus J. comitis Hunt'.—Mandatum est vicecomiti Huntendon' quod non obstante precepto regis ei facto de catallis et bladis que fuerunt J. quondam comitis Cestrie et Huntendon', in baillia sua in manum nostram capiendis pro debitis que idem comes regi debuit permittat executores testamenti ejusdem comitis predicta catalla et blada habere ad executionem ejusdem testamenti faciendam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Northant', Middelsex', Roteland', Bedeford'.

Et mandatum est J. comiti Lincolnie, custodi comitatus Cestrie, quod permittat ipsos executores habere blada et catalla que fuerunt ipsius comitis in comitatu Cestrie ad predictam executionem faciendam. Teste ut supra.

De vinis emendis ad opus regis.—Rex majori et vicecomitibus Lond', salutem. Mandamus vobis quod triginta dolis vini ubicumque ea poteritis invenire venalia et meliora in villa nostra appreciari faciatis ad opus nostrum per probos et legales homines in presencia vestra et dilecti clerici nostri Willelmi de Haverull', camerarii nostri Lond', cui ea liberari faciatis per precium illud carianda ad opus nostrum usque Westmonasterium. Teste ut supra.

Pro uxore Radulfi de Barmeling'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod, accepta ab Agnete que fuit uxor Radulfi de Barmeling' securitate quod non maritabit se sine licencia et voluntate regis, de terris et tenementis que fuerunt predicti viri sui faciat ei rationabilem dotem suam assignari. Teste rege apud Keniton', vij. die Augusti.

Contra Alegrettum.—Rex majori et commune Burdegale, salutem. Sciatis quod concessimus Alegretto, balistario nostro, l. libras Burdegale singulis annis percipiendas de Isaac, Judeo nostro Burdegale,

1237.

[m. 6.] ad sustentationem suam in servicio nostro. Quia vero nolumus quod idem Alegretus de cetero illas l. libras percipiat, vobis mandamus quod non permittatis ipsum Alegretum illas ab eodem Judeo percipere inhibentes eidem Judeo ex parte nostra ne eas ei decetero solvat. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Judeo quod eidem Alegretto de predictis l. libris in nullo respondeat, licet eas illi reddere consuevit, quia non vult rex quod idem Alegretus ab eodem Judeo decetero percipiat. Teste ut supra.

De damis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Alicie uxori Willelmi Maudut tres damos extra dominica regis in foresta de Whytlewud', de dono regis. Teste rege apud Keniton', vij. die Augusti.

Pro Henrico de Turri.—Rex concessit Henrico de Turri, vasletto suo, custodiam xxxvj. solidatarum et sex denaratarum redditus cum pertinentiis in Barewe quas Gregorius de Turri, avunculus ejus, tenuit de rege in capite, una cum custodia et maritagio heredis ipsius Gregorii. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod de predicto redditu cum pertinentiis una cum predicto herede plenam ei seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Habet inde litteras patentes.

Pro Johanne de Plesset'.—Rex perdonavit Johanni de Plesset', de sexaginta marcis per quas finem fecit cum eo pro habenda custodia terre et heredis, Willelmi Avenell' et pro maritagio ejusdem heredis, xx marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis viginti marcis ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Wind', viij. die Augusti.

Pro monialibus de Lacok'.—Quia rex concessit et carta sua confirmavit pro se et heredibus suis priorisse et monialibus de Lacok' quod ipse et successores sui imperpetuum habeant unam feriam apud manerium de Lacok' duraturam per tres dies, videlicet in vigilia et in die et in crastino Translationis Sancti Thome Martiris, mandatum est vicecomiti Wyltesir' quod predictam cartam in pleno comitatu legi et feriam predictam clamari et teneri faciat. Teste ut supra.

De roboribus.—Mandatum est custodi foreste de Melkesham et Chyppeham* quod priorisse de Lacok' habere faciat decem robora de dono regis, videlicet quinque robora in foresta regis de Melkesham et quinque robora in foresta regis de Chipeham. Teste ut supra.

[m. 5.] *De navibus et mercandisis deliberandis.*—Rex custodi episcopatus Nortwicensis, salutem. Precipimus tibi quod omnia catalla abbatis de Capudinsul' in Nortwagia que sunt in navi ipsius abbatis arestata

* Substituted for 'Johanni de Chereburgo.'

1237.
[m. 5.]

apud Lenn' cum sex aliis navibus de Nortwagia pro debitis que rex Nortwagie debuit Willelmo Hereward' et que catalla frater Johannes, monacus prefate domus, probare poterit ipsius abbatis esse ei deliberari facias cum navi predicta. Omnia autem alia catalla et mercandisas que sunt in eadem navi et sex navibus arestatis occasione predicta a mercatoribus quorum res ille fuerint vendi permittas, ita quod de denariis suis inde provenientibus reddant Willelmo Hereward', filio predicti Willelmi Hereward', id quod ipse probare poterit aretro esse de debito predicto, et ita tam naves quem mercandisas suas eis deliberari facias. Teste rege apud Wind', x. die Augusti.

Pro Engelardo de Cygony.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod, non obstante nova constitutione de audiendis compotis operationum per singulas particulas earundem, compotum Engelardi de Cygony, quem redditurus est de operationibus nostris de Keniton', Wind' et Odiham', quas fecit ante constitutionem illam, audiatis per visum et testimonium legalium hominum sicut fieri consuevit ante constitutionem predictam. Teste ut supra.

Pro Radulfo Bastard' et uxore ejus.—Mandatum est Waltero de Burgo quod talem seisinam habere faciat Radulfo Bastard' et Ele de Westcot' et Petro de Heye de hominibus suis et redditibus in manerio de Aulton' qualem inde habuerunt antequam ipsos inde disseisiretis (*sic*) occasione precepti nostri vobis facti de dominicis nostris in manum nostram capiendis, quia si jus habuerimus ad homines et redditus predictos vendicandos secundum legem terre nos perquiremus. Teste ut supra.

De dimittendo per plevinam.—Mandatum est Engelardo de Cygony quod si Willelmus de Wauton', captus et detentus in prisona regis pro suspicione transgressionis foreste, invenerit ei salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis regis proximo itineraturis in partibus illis ad placita foreste, tunc ipsum per plevinam illam dimittat et ea occasione ad catalla sua manum non mittat. Teste rege apud Wind', xj. die Augusti. Per Willelmum de Raleg'.

Pro Johanne Blundo, prisone Oxonie.—Rex dilectis et fidelibus suis Ricardo de Harewcurt, Willelmo de Sancto Edmundo, Rogero de Oylly et Bardulfo de Cestreton', salutem. Mandamus vobis quod judicium Johannis Blundi, prisonis in castro nostro Oxonie, quod alias poni precepimus in respectum usque ad octabas Sancti Michaelis anno etc. xxi. ponatis in respectum usque ad octabas Omnium Sanctorum, anno etc. xxij. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Rex Ricardo de Munfichet', salutem. Mandamus vobis quod in baillia vestra Essex' prope aquam Tamisie facias habere Roberto de Cantuaria, clerico nostro de capella nostra, tria robora ad focum suum, de dono nostro. Teste rege ut supra.

1237.
[m. 5.] *De custodia domorum regis apud Oxoniam.*—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod, non obstante precepto regis quod rex fecit de liberando Henrico le Sauser custodiam domorum regis Oxonie, plenam seisinam habere faciat Gileberto Coco de predicta custodia et consuetas liberationes suas ei habere faciat a die susceptionis litterarum istarum sicut eas percipere consuevit. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod Willelmo de Raleg' habere faciat quinque damos de dono regis, videlicet tres damos in foresta de Whytlewud' et duos damos in foresta de Brehull'. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Brehull' faciat habere Willelmo de Raleg' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat Willelmo de Raleg' tres damos in foresta de Whychewud', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem Thome quod habere faciat Ern' de Bosco tres damos in eadem foresta de Whychewud' extra dominica regis, de dono regis. Teste ut supra.

De bladis maneriorum de Linl' et Wyl'.—Rex J. comiti Linc' et constabulario Cestrie, salutem. Bene recolimus quod quando commisimus vobis maneria de Linleg' et de Wylie tenenda de baillio nostro que Paganus de Chaurc' prius tenuit non intelleximus concedere vobis blada que idem Paganus habuit in eisdem maneriis de instanti autumpno, que quidem blada baillivi vestri in manus vestras seisiverunt, ut audivimus; et ideo vobis mandamus quod predicta blada sine dilatione habere faciatis executoribus testamenti ejusdem Pagani ad executionem ipsius testamenti faciendam. Teste ut supra.

De non permittendo quod aliquis currat in forestis regis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod, sicut regem et honorem suum diligit et indempnitatem propriam, et sicut noluerit quod ad eum rex se capiat graviter, non permittat pro posse suo quod aliquis, sive comes sive baro, sive alius magnatum nostrorum, transiens per bailliam suam currat ibidem vel aliquam feram capiat sine speciali precepto regis. Et si quis illuc venerit illuc (*sic*) ad currendum ibidem et pro eo omittere noluerit quin ibi currat, nomen ejus regi sine dilatione scire faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Avic' de Columbers de baillia sua, Henrico de Dun, et Ricardo de Wrotham.

De damo dato.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in foresta Essex' faciat habere Willelmo de Haverhull' unum damum, de dono regis. Teste me ipso apud Windles', xiiij. die Augusti.

1237.

[m. 5.] *De decima bladorum episcopatus Dunholmensis.*—Mandatum est Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunholmensis, quod vocatis in presencia sua probis hominibus per quos appreciata fuerint blada R. Dunholmensis episcopi que sunt in terris episcopatus illius, super sacramentum illorum inquirat ab eis utrum utrum (*sic*) intentio illorum esset in appreciatione illa appreciare blada predicta in solidum, non habito respectu ad decimam excipiendam, an intentio illorum fuerit in predicto precio appreciare tantum novem partes predictorum bladorum, exclusa decima ad ecclesias parochiarum pertinente. Quia si hec ultima erat eorum intentio, tunc remanemus nos onerati decima predicta; alioquin executores testamenti prefati episcopi in predicti precio regem inde tenentur exonerare. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Munemue quod habere faciat Johanni Byset tres damos in Nova Foresta nostra, de dono nostro. Teste ut supra.

De pictura camere regis apud Westmonasterium.—Mandatum est Odoni aurifabro quod picturam que incepta est depingi in magna camera regis apud Westmonasterium subtus magnam historiam ejusdem camere, cum panellis continentibus species et figuras leonum, avium et aliarum bestiarum, sine dilatione deponi faciat et de viridi in modum cortine eam depingi faciat, ita quod illa magna historia conservetur illesa. Teste ut supra.

Pro Philippo de Sancto Philiberto.—Rex licentiam dedit Philippo de Sancto Phileberto quod vendere possit subboscum xl. acrarum in bosco suo de Sexel'. Et mandatum est Ricardo de Muntfichet quod hoc sine impedimento fieri permittat. Idem enim Philippus manucepit coram rege quod ex quo subboscum illum vendidit, predictum boscum salvo custodiri faciet donec idem subboscus recreverit. Teste rege apud Wyndles', xiiij. die Augusti.

Hibernia. Pro Willelmo de Marisco.—Mandatum est Mauricio filio Geroldi, justiciarie Hibernie, quod plenam seisinam habere faciat Willelmo de Marisco de omnibus terris suis de quibus ipsum disseisivit in Hibernia, ut dicitur, occasione roberie que nuper facta fuit in mari inter Angliam et Hiberniam per Willelmum de Marisco, consanguineum predicti Willelmi, ut dicitur; et si quid interim captum fuerit de terris predictis id ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatam est Johanni de Nevill' quod in foresta de Cliva faciat habere Hugoni Wak' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis et custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod Johannem de Bosco, Hugonem de Bosco, Walterum Strupeling' et Robertum Grig', prisones captos pro morte Ricardi, servientis R. Cycestrensis episcopi etc. de Seles', quos senescallus

1237.
[m. 5.] ejusdem episcopi ei liberabit, recipiat et in prisona regis apud Cycestr' salvo custodiri faciat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Rading', xiiij. die Augusti.

De datis damis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Bernewud' faciat habere Alenore, comitisse Penbr', octo damos, de dono regis. Teste rege ut supra.

Mandatum est Henrico le Dun quod in foresta de Clarendon' faciat habere eidem comitisse octo damos, de dono regis. Teste ut supra.

De landis boscorum.—Mandatum est Roberto de Ros quod landas boscorum pertinentium ad dominica regis que sunt in custodia Roberti de Crepping' per preceptum regis permittat ipsum Robertum falcare et fena levare et sine impedimento asportare, sicut rex ei injunxit. Fena etiam landarum ad eadem dominica pertinentium que per ipsum, sive per alios quibus ea vendiderit vel alio modo dimiserit falcata sunt et coadunata ibidem in pace esse faciat, non permittens ea inde amoveri donec rex in adventu suo usque Eboracum in festo Exaltationis Sancte Crucis cum eo locutus fuerit. Teste ut supra.

Pro Roberto de Waleton'.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod districtionem quam facit per preceptum regis Roberto de Waleton' ad reddendum per annum xx. solidos priori de Pochel' et ad faciendum eidem priori servicium quarte partis feodi unius militis ponat in respectum usque in xv. dies a festo Sancti Michaelis anno etc xxj.

Pro Ernaldo de Peregorz.—Mandatum est Johanni de Gisorz quod, non obstante crimine heresis quo Ernaldus de Peregorz notatus fuerat, de quo crimine postea purgavit se, nec obstante prohibitione regis ei prius facta, reddat eidem Ernaldo quaterviginti et vij. libras sterlingorum quas ei debet de vinis que ab eo emit, ut dicitur. Teste rege apud Rading', xvij. die Augusti.

Eodem modo scribitur Willelmo Joymery et Jordano de Coventr' de quadraginta et duabus libris ei reddendis pro xxxij. doliis vini que Johannes de Colemere eis liberavit de vinis ejusdem Ernaldi. Teste ut supra.

De quadam domo necessaria apud London'.—Rex majori et vicecomitibus Lond', salutem. Precipimus vobis quod, non obstante precepto nostro quod vobis fecimus de domibus Baalun vel placia sua prolonganda in Ripa Regine, non permittatis aliquid amoveri de domo necessaria quondam per Matildem reginam constructa in eadem Ripa ad opus commune civitatis London', set eam conservari faciatis indempnem, ita quod domus illa habeat adeo liberum cursum aque Tamesie sicut eam prius habere consuevit; formam autem brevis quod idem Baalun nuper inde in curia nostra impetravit et vobis detulit ex parte nostra, sine dilatione nobis transmittatis. Teste ut supra.

1237.
[m. 4.]

De attornato comitis de Ferrariis.—Willelmus de Ferrariis, comes Dereb', attornavit Robertum Radmon loco suo ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Dereb' inter ipsum comitem, petentem, et Thomam Pikot, deforciantem, de consuetudinibus et serviciis que idem comes exigit ab eo de libero tenemento suo quod de eo tenet in burgagio. Teste rege apud Walingf', xvij. die Augusti.

Pro Radulfo filio Nicholao.—Rex Waltero de Burgo, salutem. Mandamus vobis quod permittatis dilectum et fidelem nostrum Radulfum filium Nicholai metere blada sua in manerio de Corsham, et abducere ea quo voluerit sine impedimento et facere inde voluntatem suam. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Matheo filio Hereberti (*sic*) quod faciat habere W. Exoniensi episcopo, duos cervos in foresta regis de Dertemor'. Teste rege apud Oxoniam, xviij. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Johanni Talebot duos damos in foresta de Rokyngeham, de dono regis. Teste ut supra.

Pro comite de Ferrariis, de warenna.—Dominus rex concessit Willelmo de Ferrariis quod habeat liberam warennam in dominicis terris suis in Stebbyng', ita quod nullus intrare possit ad fugandum in ea sine licentia et voluntate ipsius. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod warennam illam clamari faciat et ibidem teneri. Teste rege apud Oxoniam, xviij. die Augusti.

De custodia abbacie de Thorn'.—Rex priori et conventui de Thorn', salutem. Mittimus ad vos dilectum clericum nostrum Petrum de Bedint' ad abbaciam vestram cum pertinentiis suis custodiendam quamdiu nobis placuerit, vobis mandantes quod ipsum Petrum ad hoc recipiatis. Teste ut supra.

Pro quodam converso exhibendo.—Mandatum est Joceo filio Petri et Magistro Waltero, custodibus hospitalis conversorum Lond', quod Willelmum conversum, latorem presentium, exhibeant in domo predicta secundum mandatum regis alias eis inde directum; et quod faciant ei reddi areragia sua que ei aretro sunt a Pascha proximo preterito usque modo. Teste rege ut supra.

Wasconia. Pro Ernaldo Ranulfi.—Rex Huberto Huse, senescallo suo Wasconie, salutem. Sciatis quod lx. libras, quas dilectus et fidelis noster H. de Trublevill', dum fuit senescallus noster Wasconie, assignavit Ernaldo Ranulfi percipiendas de consuetudinibus Burdegale, concessimus eidem Ernaldo ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod eas ei in pace habere permittatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

1237.

[m. 4.] *Wasconia. Pro Willelmo Segur.*—Eodem modo scribitur eidem Huberto, senescallo Wasconie, pro Willelmo Segur de xxx. libratis terre quas dictus H. de Trublevill', tempore quo fuit senescallus Wasconie, [assignavit] in insula de Olerun' ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu ei placuerit. Teste ut supra.

Wasconia. Pro Petro de Sancto Ciro.—Mandatum est Huberto Hus', senescallo Wasconie, quod assignari faciat Petro de Sancto Cyro x. libratas terre in insula de Oleron', vel alibi ubi competentius ei assignari [possit] ad se sustentandum in servicio domini regis, quamdiu ei placuerit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Samford' quod faciat habere Ricardo Suward' iiij. damos in foresta de Braden', de dono regis. Teste rege apud Wudestoke, xxix. die Augusti.

Pro Willelmo de Malham.—Rex vicecomiti Sussex, salutem. Quia constat nobis per inquisitionem factam per preceptum nostrum quod terra Roberti de Maleham, utlagati pro malo retto, exstitit in manu nostra per unum annum et unum diem et quod tenuit terram suam de Willelmo de Malham, tibi precipimus quod de terra illa predicto Willelmo plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro Matheo Siward'.—Dominus rex concessit Matheo Syward' catalla Theobaldi de Ryngested, suspensi pro felonia, qui fuit homo ipsius Mathei, que appreciata sunt ad valenciam circiter xl. solidorum; et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod catalla illa ei habere faciat, de dono regis. Teste ut supra.

De prisonibus deliberandis per baillium.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, si Walerandus de Rocheford' et Robertus de Boun, armiger ejus, quos justiciarii assignati ad gaiolam Colecestr' deliberandam arestaverunt pro morte Willelmi Pygaz et sunt in prisona Colecestr', invenerint ei xij. tam milites quam alios liberos et legales homines qui eos manucapiant habendos coram justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv. dies, tunc ipsos Walerandum et Robertum predictis xij. per baillium liberet, sicut predictum est. Et habeat ad prefatum terminum coram ipsis justiciariis nomina predictorum xij. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario Colecestr' quod ipsos ita a prisona deliberari permittat. Teste ut supra.

Pro Willelmo Gernun.—Rex vicecomiti Berk', salutem. Scias quod concessimus et carta nostra confirmavimus dilecto et fideli nostro Willelmo Gernun terram que fuit Galfridi filii Hamonis Britonis in Gench', et quam Bertramus de Guarclip prius tenuit de baillio nostro, habendam et tenendam de nobis et heredibus nostris sibi et heredibus suis donec eam reddiderimus rectis heredibus per voluntatem nostram vel per pacem. Et ideo tibi precipimus quod de predicta terra plenam seisinam ei habere facias, sicut

1237.
[m. 4.] predictum est, salvo Magistro Willelmo de Waltham termino suo quem ei concessimus de eadem terra a festo Sancti Michaelis anno xxj. usque ad festum Sancti Michaelis anno xxij. Teste rege apud Wudestok', xx. die Augusti.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Venuiz* quod faciat habere Ricardo Barbaton vj. quercus in foresta de Axiholt' ad se hospitandum, de dono regis. Teste ut supra.

De kaio episcopatus Norwicensis apud Lond' reparando de garbis ecclesiarum de Langham' et Terling'.—Mandatum est custodi episcopatus Norwicensis quod garbas ecclesiarum de Langham et de Terling' coadunari facias et de eisdem sine dilatione reparari facias kayum domorum episcopatus Norwicensis apud London', ita quod perficiatur ante instantem hyemem; et ad hoc faciendum incontinenti mittas usque London' et maeremium ibidem emi et dictam operationem statim incipi facias de denariis mutuo capiendis super denarios de garbis proventuros: residuum autem exituum dictarum garbarum ponas in reparationem domorum prefati episcopatus tam apud London' quam alibi ubi magis indigebunt reparatione. Teste ut supra.

Pro Pontio de Pontibus.—Dominus rex perdonavit Pontio filio Reginaldi de Pontibus quatuor marcas ad quas amerciatus fuit coram Hugone de Mara et sociis suis, assignatis ad quandam assisam capiendam apud Oxoniam. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo de Podio.—Mandatum est Huberto Huse, senescallo Wasconie, quod faciat habere Bartholomeo de Podio plenam seisinam de terra quam dominus rex ei concessit tenendam de baillio suo in insula Oleron', non obstante eo quod H. de Trublevill', dum fuit senescallus Wasconie, terram illam commisit Hugoni de Taunay. Teste rege ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Hugoni de Vivon' duos damos in foresta de Selewud'. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill'.—Rex vicecomiti Linc', salutem. Scias quod xxx. solidatas redditus quas Johannes de Erlham habuit de baillio nostro in Clypesby concessimus Henrico de Trublevill' ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu nobis placuerit; et ideo tibi precipimus quod de predicto redditu eidem Henrico plenam seisinam habere facias, sicut predictum est. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Rex Thome de Samford', salutem. Alias vobis mandavimus quod faceretis habere venerabili patri W. Eboracensi archiepiscopo, vj. quercus ad se hospitandum apud Otinton', quas ei nondum habere fecistis. Et ideo vobis mandamus quatinus eidem archiepiscopo habere faciatis sex quercus competentes in foresta nostra de Braden' ad se hospitandum in loco predicto. Teste ut supra.

* Substituted for 'Nevill'.'

1237.

[m. 4.] *De vinis reponendis apud Wigorniam.*—Mandatum est custodi domorum W. Wigorniensis episcopi, apud Wigorniam quod x. dolia vini que vicecomes Glouc' ad eum missurus est recipiat et in domo domini sui apud Wigorniam hospitari faciat et salvo custodiri donec aliud mandatum inde habuerit. Teste rege apud Wudest', xxj. die Augusti.

De quercu data.—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat Matillidi de la More que includenda est apud Kersynton' unam quercum in ballia sua ad se hospitandam, de dono regis. Teste ut supra.

De maeremio ad quandam cameram regis apud Oxoniam.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in forestis de Shotovr' et de Pauncehal' faciat habere Johanni de Tywe, vicecomiti Oxonie, xl. quercus ad cheverones, postes, gistas, et planchias faciendas ad quandam cameram regis faciendam apud Oxoniam. Teste rege apud Wudestok', xxij. die Augusti.

Pro abbate de Cluny.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod sine dilatione plenam seisinam habere faciat abbati Cluniacensi de manerio de Ledecumbe cum omnibus pertinentiis suis. Et si quid inde ceperit occasione mortis prioris de Theford', procuratoris ejusdem abbatis, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

De abbacia Sancti Jacobi Norht'.—Rex electioni facte de fratre Osberto, quondam priore Sancti Jacobi, Norhampt', in abbatem ejusdem loci regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est Simoni de Norwico quod de predicta abbacia cum terris et possessionibus ad eam pertinentibus plenam ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Idem electus habet litteras patentes directas militibus et liberis hominibus et aliis tenentibus de abbacia predicta.

De bladis maneriorum de Totham et de Kembeston'.—Mandatum est vicecomiti Middels' quod, non obstante precepto regis de seisina facienda executoribus testamenti J. quondam comitis Cestrie et Hunt', de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius comitis in ballia sua, non permittat quod aliquid amoveatur de bladis seminatis in dominicis terris manerii de Totham', donec sciatur utrum blada illa remanere debeant Elene, comitisse Cestrie, secundum legem et consuetudines terre, an predictis executoribus ad testamentum predicti comitis faciendum; et interim permittat quod blada illa de assensu eorundem executorum et per visum alicujus ex parte eorum et alicujus ex parte ipsius comitisse colligantur et coadunantur per operaciones ejusdem manerii: ita quod nichil inde amoveatur donec blada illa appreciata fuerint in presencia ipsius vicecomitis et predictorum executorum et ballivi predicte comitisse per sacramentum proborum et legalium hominum per quos melius possent estimari; quia eadem

1237.
[m. 4.]

comitissa concessit quod blada illa colligantur per operaciones illas, et nisi blada illa secundum legem et consuetudinem terre ei quieta remanere debeant de precio eorundem bladorum satisfaciet predictis executoribus et inde plegios inveniet. Rex etiam ipsis executoribus dedit in mandatis quod sic fieri precepit, et quod predictis bladis appreciandis intersint, et quod blada illa colligi permittant per operaciones predictas que debentur eidem comitisse, secut justum est in precio ejusdem bladi allocari si blada illa ei remaneant per precium quod predicti homines in eo apposuerint. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Bed' de manerio de Kembestun'.

Et predictis executoribus modo predicto.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Samford' quod in foresta de Braden' faciat habere Gileberto Basset duos damos, de dono regis. Teste rege apud Selveston', xxiij. die Augusti. Per Amauricum de Sancto Amando.

Pro Elya Leveske, Judeo Lond'.—Quia Elyas Le Eveske, Judeus Lond', reddidit regi, ut dicitur, ducentas marcas de debito quingentarum marcarum quod regi debet et non sufficit ad solutionem residuarum trescentarum marcarum, mandatum est constabulario Turris Lond' quod distringat Isaac filium Josce ad reddendum eidem Elye ad opus Henne filie sue, que fuit uxor Josce le Prestre, trescentas marcas, et ad opus Sarre filie ipsius Henne, sexaginta marcas, dum tamen solutio debiti predicti quod idem Isaac nobis debet non impediatur. Teste rege apud Wudest', xxij. die Augusti.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Reginaldo de Bosco x. quercus ubi melius et competentius capi possunt in ballia sua ad quoddam appentitium inde faciendum ad capud aule de Brehull'. Teste rege apud Norht', xxvij. die Augusti. Per fratrem Galfridum.

Pro Thoma de Sifrewast'.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum regis quod Johannes de Ispania qui suspensus fuit pro latrocinio tenuit de Thoma de Sifrewast' xvj. acras terre cum pertinentiis in Cestresham, et de Johanne Osmund xiiij. acras terre in eadem villa, et quod terre ille extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, mandatum est vicecomiti Buk' quod eidem Thome de predictis xvi. acris et eidem Johanni de predictis xiiij. acris plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Norht', xxiiij. die Augusti.

De muragio Wigornie.—Rex loco Radulfi Felagh' qui mortuus est et qui consuevit una [cum] Alexandro le Draper denarios muragii civitatis Wigornie expendere substituit Robertum filium Nigelli ad predictos denarios expendendos. Et mandatum est eidem Roberto quod una cum predicto Alexandro taliter intendat denariis illis expendendis quod fidelitas sua possit et debeat merito commendari. Teste rege apud Norht', xxvij. die Augusti.

1237.

[m. 3.] *Pro episcopo Elyensi.*—Quia venerabilis pater H. Elyensis episcopus, ostendit regi quod tempore quo fuit abbas Sancti Edmundi reddidit in garderoba regis Waltero de Kirkeham, clerico ejusdem garderobe, lxxvj. libras de carucagio pro exercitu Bedef' et quod idem Walterus de eisdem denariis reddidit compotum ad Scaccarium, ut dicitur; mandatum est baronibus de Scaccario quod, inspectis rotulis dicti Scaccarii, si invenerint ipsum Walterum de predicta pecunia respondisse ad Scaccarium, sicut predictum est, tunc Henricum, abbatem Sancti Edmundi qui nunc est, et a quo predicta pecunia exigitur ad Scaccarium, inde quietum esse faciant. Teste rege apud Norht', xxviij. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Witlewod' faciat habere Willelmo de Ferrariis tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem quod habere faciat heremite de Vinemere tres quercus in foresta de Bernewod' ad capellam suam faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilupo.—Quia rex vocavit Willelmum de Cantilupo quod sit coram eo apud Wigorniam a die Sancti Michaelis in xv. dies; mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis ad eundem diem inter ipsum et abbatissam de Fonte Ebroldi de terra in Eyton' ponant in respectum usque in octabas Sancti Hillarii, anno etc. xxj. Teste me ipso apud Norht', xxviij. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est ballivo de Fecham quod habere faciat abbati de Evesham sex damos in foresta de Fecham, de dono regis. Teste rege apud Clive, j. die Septembris.

Pro priore de Duddeleg'.—Mandatum est vicecomiti Staff' quod occasione precepti quod rex ei fecit de justiciando per corpus suum priorem de Duddeleg', quem A. Coventrensis et Lichfeldensis episcopus, regi significavit esse excommunicatum, ad ipsum capiendum manum non apponat set executioni predicti precepti supersedeat donec a rege aliud inde preceptum habuerit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Lindes' duos damos in foresta de Roking' extra dominicum de Clive, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem Johanni quod habere faciat Johanni Bozard' et Hugoni de Legh' unum damum in foresta de Wauberg', de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Fratribus Predicatoribus Norht' xv. quercus in foresta de Salceto, de dono regis, ad se hospitandos apud Norhampt'. Teste ut supra.

1237.
[m. 3.] *Pro priore Lenton', de decima venationis.*—Mandatum est Johanni Gubaud' quod de venatione quam venatores regis currentes in foresta de Pecco ceperunt et capturi sunt ibidem faciat habere priori et monachis de Lenton decimam, sicut eam habere consueverunt per cartam domini J. regis, et confirmationem domini regis. Teste rege apud Clive, ij. die Septembris.

De damo dato.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Rokingham faciat habere Willelmo de Insula unum damum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem Johanni quod in foresta de Roking' extra dominica regis faciat habere Ricardo de Watervill' unum damum de dono regis. Teste rege apud Keten', ij. die Septembris. Per W. de Ferrariis.

De cervo dato.—Mandatum est Johanni de Monem' quod in Nova Foresta regis faciat habere latori presentium ad opus Margarete Biset unum cervum et unum damum, de dono regis. Teste ut supra. Per electum Valentinum.

Pro Elya le Plumer.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod non obstante eo quod rex concessit Elye Plumbario decem libratas terre in insula de Oleron' ad se et uxorem suam et familiam suam inde sustentandam, quamdiu ei placuerit, faciat ei habere singulis diebus tres denarios ad Scaccarium, sicut prius habere consuevit. Teste rege apud Keten', iij. die Septembris.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Selveston' faciat habere Willelmo de Ferrariis sex robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Noting', v. die Septembris.

Pro priore de Derhurst.—Rex admisit fratrem Nicholaum quem Odo, abbas Sancti Dionisii in Francia, per litteras suas patentes regi presentavit in priorem de Derhurst'. Et mandatum est vicecomiti Wygornie quod de omnibus terris, rebus, redditibus et possessionibus ad ipsum prioratum pertinentibus eidem priori plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Oxonie et Glouc'.

De cervis datis.—Mandatum est Thome de Muleton' quod habere faciat W. Eboracensi archiepiscopo, x. cervos in foresta Cumberl', de dono regis. Teste ut supra.

De prisone custodiendo.—Mandatum est majori et probis hominibus Carleoli quod Ricardum Shakeloc, malefactorem quem arestaverunt apud Carleolum, liberent vicecomiti vicecomiti (*sic*) Cumbr' custodiendum etc. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem vicecomiti quod ipsum Ricardum recipiat ab eis et salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

1237.

[m. 3.] *De damis datis.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Rokingham faciat habere R. de Quency, comiti Wintonie, duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis emendis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Eboraci quod emant ad opus regis sex dolia boni vini super meram et ea liberent Petro de Wakering', quem rex mittit ad partes ad faciendum provisiones contra adventum regis usque Eboracum; ubi rex tunc eis reddi faciet custum quod ad hoc posuerint. Ipsi etiam Petro ad predictas provisiones faciendas consulentes sint et auxiliantes. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ferrariis.—Dominus rex concessit Willelmo de Ferrariis quod habeat in bosco suo de Heywud' in baillia sua rationabile estoverium suum, scilicet husbot' et heybot', et buscham et carbonem ad focum suum, in manerio suo de Byngeham. Et mandatum est Roberto de Everingeham quod predictum estoverium, buscham, et carbonem ei habere permittat, sicut predictum est. Teste rege apud Noting', vij. die Septembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Henrico de Lamel' quod in haya regis de Willeg' faciat habere Fratribus Minoribus Noting' v. quercus ad perfectionem kaii sui in Noting', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo May.—Rex vicecomiti Linc', salutem. Scias quod terram illam cum pertinentiis in Waltham' quam prius concesseramus Magistro Johanni del Disner et quam postea assignavimus hospitali nostro de Ofspring' concessimus dilecto et fideli nostro Willelmo May ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu nobis placuerit. Et ideo tibi precipimus quod sine dilatione eidem Willelmo de predicta terra plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro hospitali de Ospring.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod terram quam Jordanus de Mumartr' tenuit in Triameston' de baillio nostro, qui quidem Jordanus profectus est in Franciam ad petendum ibidem quandam hereditatem suam, assignavit rex hospitali suo de Ofspring'. Et ideo mandatum est eidem vicecomiti quod Gracieno, custodi ejusdem hospitalis, de predicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De passagio de Thorkes'.—Mandatam est vicecomiti Noting' quod sine dilatione plenam seisinam habere faciat Warnero Engaynne de passagio de Thorkesie cum omnibus ad predictum passagium spectantibus, adeo integre sicut H. rex, avus noster, et R. rex, avunculus noster, et dominus J. rex, pater noster, illud habuerunt temporibus suis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Linc' de eodem passagio. Teste ut supra.

1237.
[m. 3.]

Pro uxore Willelmi Marescalli.—Quia rex accepit [per] inquisitionem factam per preceptum suum quod xij acre terre cum pertinentiis quas Willelmus Marescallus, qui utlagatus est pro morte hominis, ut dicitur, tenuit in Brademar', sunt jus et maritagium Aline uxoris ejus et non jus et hereditas ipsius Willelmi; mandatum est vicecomiti Noting' quod eidem Aline de ipsis xij. acris plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in oresta regis de Clyva extra parcum regis faciat habere Willelmo de Burgo sex quercus ad maeremium faciendum ad domos suas apud Burgum que nuper combuste fuerunt reedificandas. Teste ut supra.

Pro Semeine balistario.—Mandatum est Aaron et Leoni, Judeis Eboraci, Benedicto Crespin et David de Oxonia et omnibus aliis Judeis Anglie, quod curam capiant de Semano balistario, neccessaria sua tam in robis quam in aliis ei rationabiliter inveniendo, sicut rex alias eis precepit; ita quod pro defectu ipsorum non oporteat eum conquerendo de eis ad regem redire. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat abbati de Burgo tres damos in foresta de Clive pro decima sua que eundem abbatem contingit de xxx. damis quos rex nuper ceperit in foresta de Rokingham et de Selveston'. Teste rege apud Notingham', ix. die Septembris.

Pro comitissa Cestrie.—Mandatum est J. comiti Linc', quod vaccariam quam J. quondam comes Cestrie et Hunt', dedit Helene comitisse Cestrie et Hunt', uxoris sue, habendam apud Henleg' cum Ricardo de Maxfeld', permittat ipsam comitissam in pace et sine impedimento habere. Teste ut supra.

Pro Willelmo Bardulf'.—Rex perdonavit Willelmo Bardulf' v. marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Norf'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Noting', x. die Septembris.

Pro Roberto de Wudeton'.—Rex perdonavit Roberto de Wudeton' lx. solidos ad quos amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Salop', ad se sustentandum in servicio regis ad xxx.am colligendam in comitatu predicto. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Noting', x die Septembris.

Et mandatum est vicecomiti Salop' quod pacem ei inde habere permittat, et averia etc. deliberari faciat. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Henrico de Dun quod habere aciat Huberto Hoes', senescallo Wasconie, duos cervos in foresta de Graveling', de dono regis. Teste ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

1237.
[m. 3.] *Pro hospitali de Ospring'.*—Mandatum est vicecomiti Linc' quod non obstante seisina quam rex fieri precepit Willelmo May de terra in Waltham quam rex prius assignaverat hospitali de Ospring' et quam rex postea concessit eidem Willelmo ad se sustentandum quamdiu regi placuerit, faciat habere magistro ejusdem hospitalis redditum ejusdem terre de termino Sancti Michaelis proximo instantis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo May quod de damis quos cepit in forestis de Clive et de Geitinton' faciat habere Magistro W. de Kilkenny tres damos, de dono regis. Teste ut supra. Per electum Valentinum.

De terra partibili in soca de Gayton'.—Rex vicecomiti Linc'. Quia accepimus per inquisitionem quam fieri precepimus quod terra que fuit Johannis filii Jukelli in Jereburk secundum consuetudinem soke de Geyton' partibilis est et quod Amabilia que fuit uxor ipsius Johannis post mortem suam de eadem terra nullam dotem habuit per se separatam, nec Ricardus, filius predicti Johannis primogenitus, qui rettatus fuit de morte Willelmi filii Acerii secundum eandem inquisitionem, nec Jukellus, filius ipsius Johannis junior, portiones separatas de eadem terra habuerunt, immo terram illam tam predicta Amabilia quam predicti Ricardus et Jukellus tanquam pro indiviso tenuerunt; tibi precipimus quod predicte Amabilie rationabilem dotem suam de eadem terra assignari facias, et predicto Jukello rationabilem portionem ipsum contingentem de predicta terra secundum consuetudinem predicte soke habere facias, retenta in manu nostra portione que predictum Ricardum contingebat de eadem terra, quam portionem salvo in manu nostra custodias donec aliud inde preceperimus. Teste me ipso apud Noting', xij. die Septembris.

Pro Bartholomeo Bigod.—Rex concessit Bartholomeo le Bigod custodiam terre et heredum Thome le Ak' usque ad legalem etatem ipsorum heredum cum maritagio eorundem. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod de custodia eidem Bartholomeo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per A. de Sancto Amando.

Pro Margareta de Sumery.—Rex perdonavit, ad instantiam Ricardi Suhard, Margarete de Sumery v. marcas ad quas amerciata fuit pro disseisina coram Radulfo de Sudleg' et sociis suis, justiciariis assignatis ad assisam nove disseisine capiendam inter Walterum de Theshal' et ipsam Margaretam de tenemento in Norton'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam Margaretam de ipsis v. marcis quietam esse faciant. Teste rege apud Noting', xiiij die Septembris.

Pro Fratribus Minoribus Linc'.—Rex probis hominibus suis Linc', salutem. Quia placia illa in villa vestra Linc' ubi placita vestra tenentur, et que Gildeaula vestra esse consuevit, valde commodum esset

1237.

[m. 3.] Fratribus Minoribus commorantibus apud Linc' ad locum suum dilatandum et ampliandum, gratum esset nobis et bene nobis placeret quod, si idem velitis, placiam illam concedatis et dimittatis fratribus predictis, et nos libenter, si id feceritis, aliam placiam in villa nostra vobis concedemus ad placita vestra tenenda, si eam alibi inveneritis competentem, cum id nobis significaveritis. Teste rege apud Noting', xvij. die Septembris.

De fructibus ecclesie de Wutton'.—Bene recolit rex qualiter precepit vicecomiti Glouc' quod amoveret vim laicam quam inveniret in ecclesia de Wutton, set non recolit quod precepit ut manum apponeret fructibus ecclesie memorate. Quia vero idem colligi facit fructus ecclesie predicte et triturari et vendi, non habens inde warantum, mandatum est ei quod de fructibus illis in nullo se intromittat, et si quid inde amoveri fecerit restitui faciat ecclesie predicte, possessionem ejusdem ecclesie clericis inde contendentibus relinquens. Teste ut supra.

[m. 2.] *De roboribus datis.*—Mandatum est Avicie de Columbariis quod in foresta de Cett' faciat habere Magistro Hervico, persone ecclesie de Anne, v. robora, de dono regis. Teste rege apud Noting', xvij. die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est constabulario castri Windl' quod capi faciat iiij. damos in foresta de Windles' ad opus magistri Nicholai de Farenham et eos ei habere faciat de dono regis. Teste ut supra.

De maeremio ad operationes castri Noting'.—Mandatum est Roberto de Everingham quod habere faciat constabulario Noting' maeremium in ballia sua ad operationes faciendas in castro Noting' et ad kaium molendini regis sub castro faciendum, quas rex ei injunxit. Teste rege apud Noting', xviij. die Septembris.

Eodem modo scribitur Henrico de Lamel'.

De damis capiendis et ponendis in parro parco regis apud Noting'.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod cum festinatione capi faciat in foresta de Shirewod' x. damos et decem damas ad ponendum in parco regis sub castro de Noting'. Teste ut supra.

Et mandatum est Roberto de Everingham quod ad feras illas capiendas eidem vicecomiti sit auxilians. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi episcopatus Dunholmensis quod, si Magister W. de Kilkenny nondum habuerit maeremium in foresta de Langec' per preceptum regis ad quoddam horreum faciendum in eadem foresta, tunc xl. quercus ei sine dilatione habere faciat in eadem foresta ad horreum illud faciendum. Teste rege apud Eboracum, xxiiij. die Septembris. Per magistrum S. Normannum.

1237.
[m. 2.] *Pro Fratribus Minoribus Eboraci.*—Rex majori et probis hominibus Eboraci etc. Quia protestatum est coram nobis quod non est ad nocumentum civtatis nostre Eboraci si concedamus Fratribus Minoribus apud Eboracum conversantibus duodecim pedes in latitudine et quadraginta pedes in longitudine de puplica strata nostra, prope domos ipsorum fratrum ex parte orientali, in augmentum mansionis eorundem fratrum: vobis mandamus quod de predictis duodecim pedibus in latitudine et quadraginta pedibus in longitudine plenam seisinam faciatis fratribus predictis in augmentum sue mansionis, sicut predictum est. Tests rege apud Eboracum, xxv. die Septembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod in foresta regis de Cett' habere faciat Magistro Hervico, persone de Anne, quinque quercus nisi quinque robora habuerit per alias litteras nostras nuper inde tibi directas. Teste ut supra.

De terra Nicholai de Farendon' extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terras Nicholai de Ferendon' extendi faciant quantum valeant in dominicis, redditibus, vilenagiis et omnibus aliis exitibus terre, et secundum valorem earundem terrarum et quantitatem debiti quod debet Aaron et Deudone, Judeis Eboraci, rationabilem [finem] et rationabiles terminos ei habere faciant. Teste rege apud Eboracum, xxvj. die Septembris.

Pro priore et conventu de Thorn'.—Mandatum est Petro de Bedinton' quod habere faciat priori et conventui de Thorn' de exitibus abbatie de Thorn' que est in custodia sua rationabile estoverium suum in victu et vestitu secundum quod habere consueverunt et stipendia servientum suorum acquietari. Teste ut supra.

De cervo dato.—Mandatum est Thome de Muleton quod in foresta Carleol' faciat habere Henrico de Bernevall', capellano regis, unum cervum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore Lanc'.—Prior de Lanc' per assisam ultime presentationis captam coram justiciariis ad hoc assignatis recuperavit versus Rogerum Gernet et Warinum de Waleton' seisinam advocationis medietatis capelle de Eccleston'; et mandatum est episcopo Coventrensi et Lichefeldensi quod ad presentationem ipsius prioris ad predictam medietatem capelle idoneam personam admittat. Teste ut supra.

Pro heredibus comitis Cestrie.—Rex per assensum heredum Johannis, quondam comitis Cestrie et Hunt', commisit W. comiti Albemarl', omnes terras quas dictus comes Cestrie tenuit de rege in capite in comitatu Norhampt' custodiendas quousque fiat inter predictos heredes partitio terrarum que eos hereditarie contingunt de predicto comite; Et mandatam est vicecomiti Norhampt' quod de predictis terris in ballia sua eidem comiti sine dilatione plenam seisinam habere faciat,

1237.
[m. 2.] salva Helene, que fuit uxor ipsius comitis Cestrie, dote sua que eam contingit de predictis terris. Teste rege apud Eboracum, xxvij. die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Linc', Huntind', et Essex.

Pro abbate de Cadomo.—Abbas de Cadamo fecit regi fidelitatem suam. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de omnibus terris et possessionibus ad predictam abbaciam pertinentibus in ballia sua plenam seisinam ei habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norf', Essex', Dors', Wilt'.

Pro Fratribus Minoribus Eboraci.—Mandatum est majori Eboraci quod, assumptis secum probis et legalibus hominibus de Eboraco, accedat ad domum Fratrum Minorum Eboraci et per visum eorundem faciat eis habere xij. pedes terre in latitudine versus orientem juxta curiam suam, et xviij. perticatas terre in longitudine curie sue ad curiam suam prolongandam, si id fieri possit absque nocumento regie strate regis. Teste rege apud Eboracum, xxviij. die Septembris.

De custodia castrorum de Bamburg' et Novi Castri super Tynam.—Quia firma pax inita est inter regem et regem Scottie, ita quod non est timendum regi de castris suis sicut prius, non est necesse quod tam magni sumptus fiant ad castra regis de Bamburg' et de Novo Castro super Tynam sicut fieri consueverunt; et mandatum est Hugoni de Bolebec quod minores sumptus quos poterit apponat ad predicta castra custodienda, quousque rex providerit quibus sumptibus ipsa castra possint custodiri, et hoc ei significaverit. Teste ut supra.

De bremiis et luciis datis.—Rex dedit archiepiscopo Eboracensi xx. lucios et xxx. bremias capiendas in vivario de Foss'; et mandatum est vicecomiti Eboraci quod ipsum eos ibidem capere permittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros' quod in foresta de Gautris faciat habere Fratribus Predicatoribus Eboraci xl. quercus ad edificia sua construenda, de dono regis. Teste ut supra.

Pro fratribus de Kippiard'.—Mandatum est custodi episcopatus Dunholm' quod diligentiam quam poterit apponat ad hoc, quod executores testamenti R. quondam Dunholm' episcopi, reddant fratribus de Kippiard' bladum quod ab eodem episcopo percipere consueverunt per annum tempore suo de blado illo quod habent in manibus ad executionem ejusdem episcopi faciendam, et si forte executores ipsi id pro eo facere noluerint, ipse custos de denariis quos debet executoribus predictis bladum illud predictis fratribus reddi faciat, et postea custum illius bladi executoribus ipsis computet. Teste ut supra.

1237.

[m. 2.] *De carta libertatum legenda.*—Mandatum est vicecomiti Westmeril' quod cartam quam rex fieri fecit omnibus de regno suo de libertatibus eis concessis, in comitatu suo legi faciat et teneri. Teste apud Shireburn', xxix. die Septembris.

Pro Thoma filio Johannis.—Mandatum est Rogero de Essex' quod sine dilatione replegiari faciat Thome filio Johannis terram Henrici de Stavel' que est in custodia sua et quam idem Rogerus cepit in manum regis eo quod Alicia de Stavel' que terram illam tenere debet de rege in Ravenewic' in comitatu Cumbrie nondum venit ad regem ad faciendum ei inde homagium suum, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Shireburne, xxx. die Septembris.

Pro Henrico le Joefne de Orde.—Mandatum est custodi episcopatus Dunholm' quod non distringat Henricum le Joefne de Orde ad reddendum regi nomine tallagii assisi super homines ejusdem episcopatus ultra duas marcas, per quas duas marcas quietus esse debet de predicto tallagio per cartam J. regis etc. quam inde habet. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Bed' quod loco Rogeri de Bray, quondam coronatoris comitatus sui, eligi faciat alium coronatorem etc.

Pro Hugone Paynel'.—Rex concessit Hugoni Paynel quod habeat apud manerium suum de Westrasun quandam feriam singulis annis per tres dies duraturam, videlicet in vigilia et in die Omnium Sanctorum et in die Animarum, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod feriam illam per totam balliam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Danecastr', j. die Octobris. Per A. de Sancto Amando.

Pro Benedicto de Derlinton'.—Quia Benedictus de Derlinton' quietus esse debet de tallagiis per cartas episcoporum Dunholm', quas inde habet et quas rex inspexit; mandatum est custodi episcopatus illius quod ipsum de tallagiis quietum esse faciat Teste ut supra.

De custodia aule regis apud Eboracum.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod habere faciat Johanni Doget custodiam aule regis Eboraci, pro custodia janue castri Eboraci quam ipse habere consuevit antequam predictum castrum esset* prostratum. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Sancto Albano.—Willelmus de Sancto Albano habet respectum usque ad festum Sancti Andree de debito quod debet quibusdam Judeis pro Ricardo Gubiun. Teste rege apud Wyrkeshop', iij. die Octobris.

De damis datis.—Mandatum est Hasculfo de Nevill' quod in foresta regis de Roteland' faciat habere Hugoni Paynel' tres damas, de dono regis. Teste rege apud Works', iij. Octobris.

---

* Esse in MS.

1237.

[m. 2.] *De Fratribus Minoribus Linc'.*—Rex gratam habens assignationem placie de la Gilehaul' in Linc' quam major et ballivi ejusdem ville fecerunt Fratribus Minoribus Linc' ad mandatum regis, retenta in manu regis petra que est super placiam predictam; mandavit eisdem ballivis quatinus, retenta ipsa ad opus regis, ipsam placiam eisdem fratribus faciant deliberari. Teste rege apud Noting', v. die Octobris.

Pro Willelmo Luvel. — Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod demandam quam Aaron filius Abrahe, Judeus Lond', facit Willelmo Luvel de xvj. quarteriis frumenti, que idem Judeus dicit sibi deberi a predicto Willelmo per cyrographum cujus altera pars est in archa cyrographorum, et pro quibus fecerunt eum distringi, ponant in respectum usque ad octabas Sancti Martini ut tunc inquiratur utrum bladum illud sit debitum vel feoffamentum. Et interim eidem Willelmo de terris et catallis suis pacem habere faciant. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Sancto Sampsone. — Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod catalla Radulfi de Sancto Samsone, servientis regis, que Walterus de Derneford' cepit et capta detinet occasione mortis uxoris sue, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Hugone de Legh'.—Rex concessit Hugoni de Legh', militi M. filii Geroldi, justiciarii Hibernie, custodiam terrarum que fuerunt Stephani de Hereford' in Hibernia, qui de rege tenuit in capite, usque ad legitimam etatem heredis ipsius Stephani. Et mandatum est justiciario predicto quod de eisdem terris eidem Hugoni plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Noting', iiij. die Octobris.

Idem Hugo habet inde litteras patentes omnibus directas etc. Teste ut supra.

Rex rogavit Magistrum Thomam, phisicum, quod accedat ad Hugonem Dispensarium, infirmum, moraturus cum eo quousque convaluerit. Et mandatum est H. de Pateshull', thesaurario, quod rationabiles expensas ei illuc inveniat. Teste ut supra.

De xx. marcis ad operationem camere regine apud Westmonasterium.—Mandatum est Hugoni de Pateshull' quod habere faciat fratri Johanni de Waverle xx. marcas de prestito super aurum regine ad operationem camere ejusdem regine apud Westmonasterium, providendo quod denarii illi salvo expendantur in operatione predicta. Teste ut supra.

Pro archidiacono Dublin'. Hibernia.—Mandatum est Mauricio filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod plenam seisinam habere faciat G. de Turvill', archidiacono et thesaurario Dublin', de bosco regis de Garflonn cum pertinentiis suis qui est in manu Walteri de Rideleford', qui quidem boscus pertinet ad forestam et terram de Obbrun, quas predictus archidiaconus habet de ballio regis quamdiu regi placuerit. Teste ut supra.

1237.
[m. 2.] Et mandatum est eidem Waltero de Rideleford' quod permittat predictum Galfridum boscum illum in pace tenere, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro monachis Majoris Monasterii.—Mandatum est Waltero de Burgo quod permittat monachos Majoris Monasterii habere xvj. boves, v. vaccas, et unum taurum in pasturis regis de Cosham, que est in custodia sua, cum bobus regis sicut eos in ipsis pasturis habere debent per cartam H. regis, avi, et per confirmationem domini regis. Teste rege apud Noting', vj. die Octobris.

De quercubus ad elemosinariam regis apud Noting'.—Mandatum est Roberto de Ros quod habere faciat fratri Johanni, elemosinario regis, decem quercus in haya de Wylleye ad quandam elemosinariam inde faciendam in castro de. Noting.' Teste rege apud Noting', vj. die Octobris.

Hibernia. De natis ante matrimonium.—Rex justiciario suo Hibernie, salutem. Significamus vobis, sicut alias significavimus, quod si natus ante matrimonium, cui movetur questio, cognoscat se esse natum ante matrimonium, nec petere potest hereditatem nec petitam retinere secundum consuetudinem Anglie; nec talis, si dicat se natum esse post, non est mittendus ad curiam Christianitatis eo quod clerus talem habet pro legitimo. Et ideo vobis mandamus quatinus secundum quod predictum est in partibus vestris id fieri faciatis. Teste ut supra.

Pro archiepiscopo Eboracensi de perdonatione l. marcarum.—Rex perdonavit W. Eboracensi archiepiscopo, l. marcas que regi restant reddende de ducentis marcis per quas idem archiepiscopus finem fecit cum rege pro habenda custodia terre Walteri filii Willelmi de Tunstall', unius heredum Ade de Tindal, qui mortuus est, et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum archiepiscopum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Hibernia. De brevi de divisis.—Mandatum est justiciario Hibernie quod si breve regis de rationabilibus divisis faciendis fuit in usu in Hibernia antequam Ricardus Duket et Simon de Hall', quos rex illuc misit ad itinerandum ad partes illas, venissent, et si per ipsos sine communi assensu magnatum Hibernie fuit abrogatum et ne cursale esset prohibitum; tunc per commune consilium et assensum eorundem magnatum predictum breve faciat in usum revocari et per illud placitari eodem modo quo fieri consuevit antequam ipsi Ricardus et Simon in Hiberniam venissent per preceptum regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Adam le Wudeward', captus et detentus in prisona abbatis Certes' pro morte Reginaldi le Taillur unde Sarra que fuit uxor ipsius Reginaldi' eum appellat odio et athia etc. ut rex accepit per inquisitionem, habet litteras directas vicecomiti Surr' quod tradatur in ballium xij. etc. Teste ut supra.

1237.

[m. 2] *De quercubus datis.*—Mandatum est Hugoni de Logh' quod habere faciat Fratribus Minoribus de Lichef' ad constructionem demorum suarum et capelle sue x. quercus in foresta de Alrewas sparsim per loca, et in foresta de Hopwas decem quercus sparsim per loca, et in foresta nostra de Benetl' x. quercus sparsim per loca, de dono regis. Teste rege apud Lichef', x. die Octobris.

Mandatum est constabulario de Kenill' quod in forinseco bosco regis de Kenill' faciat habere priorisse de Eton' x. quercus ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Birmingh', xj. die Octobris.

De permittendo personam de Middelham facere quandam gaiolam.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod si Johannes, persona de Middeham, velit ad custum suum proprium facere quandam gaiolam bonam et fortem infra muros qui circuunt gaiolam nostram et prope eandem gaiolam, ad feminas in ea incarcerandas et salvo custodiendas, tunc permittat ipsum gaiolam illam ibidem facere, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Evering' quod habere faciat J. comiti Linc' etc, xl. quercus in bosco de Mamesfeld' ad se hospitandum apud Kneshal', de dono regis. Teste rege apud Wigorniam, xiiij. die Octobris.

De clerico admisso ad residentiam faciendam ad Scaccarium loco marescalli.—Rex ad presentationem G. comitis Marescalli, admisit Ricardum de Swindon', clericum suum, ad residentiam faciendam ad Scaccarium tamquam marescallum ejusdem Scaccarii loco ipsius comitis, quousque rex illuc venerit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum ad hoc admittant, et, cum rex illuc venerit, scire faciant regi si ad hoc idoneus fuerit. Teste ut supra.

Pro Petro Hohod de Sancto Audomaro.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod v. dacras coriorum et quatuor libras sterlingorum, quas Jacobus Hohod de Sancto Audomaro qui interfectus fuit in navi in mari depredata per Willelmum de Mariscis et socios suos et Petrus Hohod de Sancto Audomaro, frater ejus, habuerunt in predicta navi et arestata sunt apud Bristoll' et ipse Petrus poterit probare sua esse et predicti fratris sui, eidem Petro reddi faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingh' quod in bosco de Carleton' faciat habere Petro Sarraceno xij. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Poncio de Wymes.—Mandatum est Henrico de Pateshull' quod habere faciat Poncio de Wymes unam cuppam deauratam ponderis l. solidorum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro uxore Rogeri filii Pagani.—Mandatum est Petro de Wakering' quod sine dilatione faciat habere Margarete que fuit uxor Rogeri filii Pagani rationabitem dotem suam de terris et tenementis que

1237.

[m. 2.] fuerunt predicti Rogeri in ballia sua et que sunt in manu regis, de quibus terris et tenementis idem Rogerus obiit seisitus. Teste ut supra.

De probatoribus recipiendis et custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Walterum et Nicholaum, probatores regis quos ballivi Oxonie ei liberabunt ab eis recipiat et in castro Oxonie salvo custodiri faciat. Teste ut supra.

De quercubus, damis, roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Waltero de Clifford' x. quercus in bosco de Shrubbe, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Engelardo de Cyguyn' quod permittat W. Karleol' episcopum capere tres damas cum leporariis suis quas rex ei concessit capiendas in foresta sua de Windeshor', de dono regis. Teste rege apud Persor', xvij. die Octobris.

Mandatum est Waltero de Burgo quod faciat habere Hereberto filio Mathei x. robora ad focum suum in foresta de Melkesham', de dono regis. Teste ut supra.

[m. 1.] *Hibernia. De archiepiscopatu Armacano.*—Rex justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod archiepiscopus Armacanus mortuus est, et ideo vobis mandamus quod [ipsum] archiepiscopatum cum omnibus terris et possessionibus suis de quibus idem archiepiscopus seisitus fuit die quo recessit de partibus Hybernie sine dilatione capiatis in manum nostram et salvo custodiatis donec aliud inde preceperimus, ita quod de exitibus ejusdem sufficienter possitis respondere ad Scaccarium nostrum et consequenter a nobis grates speciales reportare. Teste rege apud Pershour', xvij. die Octobris.

Pro Isabella que fuit uxor Osberti Giffard'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod, quia constat regi quod Osbertus Giffard' tenuit terram suam in Pichelecumb' in soccagio et quod Isabella que fuit uxor ipsius Osberti propinquior est heredi ipsius Osberti de custodia predicte terre predicte Isabelle plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Roberto de Andely de terra que fuit ipsius Osberti in Gillingham.' Teste ut supra.

De prisone deliberando per plegios.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod, si Henricus de Alecot', captus et detentus in prisona regis Norht' pro venatione de qua vocavit ad warantum Gilbertum de Preston' cujus uxor eam dedit uxori dicti Henrici, ut dicit, invenerit ei bonos et salvos plegios ad habendum ipsum Gilbertum, warantum suum, coram justiciariis regis de foresta cum in partes illas venerint vel ad standum inde recto coram justiciariis predictis, tunc ipsum Henricum a prisona regis deliberari faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

1237.

[m. 1.] *De tradendo in ballio ad faciendum duellum.*—Rex vicecomiti Salopie, salutem. Quia Willelmus de Blore, captus et detentus in prisona nostra apud Salopiam pro malo retto unde judicatus fuit, ut dicitur, coram justiciariis itinerantibus in comitatu tuo, antequam caperetur ibidem invadiavit duellum in curia Fulconis filii Warini de latrocinio unde appellatus est ibidem, tibi precipimus quod, si idem Willelmus invenerit tibi xij. probos et legales homines de comitatu tuo qui eum manucapiant dum fecerit predictum duellum, ita quod si duellum illud evincat habeant eum statim reponendum in prisona in qua nunc est, tunc tradas ipsum in ballium ipsis xij. sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro Hugone de Viron'.—Mandatum est Huberto Hoese quod sine dilatione talem seisinam habere faciat Hugoni de Vivon' de terris que fuerunt Petri de Gaveret in Wasconia, cujus filius et heres ducet in uxorem filiam predicti Hugonis, qualem rex fieri precepit antequam idem Hugo dimisit senescalciam Wasconie et a Wasconia recessit, salva Willelme que fuit uxor predicti Petri dote sua. Teste rege apud Theok', xviij. die Octobris.

De quercubus datis.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod in bosco de Alston' faciat habere Fratribus Minoribus Hereford' xx. quercus ad fabricam ecclesie sue Heref', de dono regis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Henrico Walense.—Rex justiciario Hibernie, salutem. Monstravit nobis Henricus Walensis quod, licet prius preceperimus quod ipse et alii qui fuerunt cum R. Marescallo, quondam comite Penbr', tempore guerre mote inter regem et ipsum, reseisiti essent de terris suis unde fuerunt disseisiti eo quod steterunt in obsequio predicti comitis tempore predicto, hucusque reseisiri non potuit de quadam terra sua in Hibernia quam Walterus de Rideleford', de quo terram illam tenuit, ei injuste detinet, et de qua disseisitus fuit occasione predicta. Et ideo vobis mandamus quod si ita est de terra predicta, talem seisinam habere faciatis qualem inde habuit ante guerram predictam. Teste ut supra.

Pro uxore que fuit Rogeri filii Pagani.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod habere faciat Margarie que fuit uxor Rogeri filii Pagani rationabilem dotem suam de terris et tenementis que fuerunt predicti Rogeri in ballia sua et que sunt in manu regis, de quibus terris et tenementis dictus Rogerus obiit seisitus. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Devonie et Wilt'.

Pro Rogero Wastehoes'.—Rex commisit Rogero Wastehoes' custodiam terre et heredis Radulfi de Barling' habendam usque ad legitimam etatem ipsius heredis cum ejusdem heredis maritagio; et mandatum est vicecomiti Kancie quod de tota terra cum pertinentiis unde predictus Radulfus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, simul et de custodia predicti heredis, eidem Rogero plenam seisinam habere faciat, salva uxori ejusdem Radulfi rationabili dote sua de predicta terra. Teste rege apud Theok', xix. die Octobris.

1237.

[m. 1.] *De testamento archiepiscopi Armacani.*—Archiepiscopus Armacanus mortuus est; et mandatum est justiciario Hibernie quod, si ei constare possit quod testamentum condiderit, sine impedimento permittat executores suos liberam habere administrationem de omnibus catallis que fuerunt archiepiscopi predicti ad executionem testamenti sui faciendam; et si quid de predictis catallis amotum fuerit, illud eis reddi faciat. Teste ut supra.

Pro filia Reginaldi de Moyun.—Rex vicecomiti Buk', salutem. Monstravit nobis Reginaldus de Moyun quod cum Willelmus de Clinton maritari fecisset Willelmum filium suum Alicie filie ipsius Reginaldi, et idem Willelmus de assensu et voluntate predicti Willelmi, patris sui, dotasset ipsam Aliciam uxorem suam de quadraginta libratis terre cum pertinentiis in Eston', ita quod predicta terra post contractum illum remansit in custodia ipsius Reginaldi, tu, mortuo predicto Willelmo de Clinton' et filio suo predicto, cepisti in manum nostram predictas xl. libratas terre. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est quod predictus Willelmus de assensu et voluntate predicti Willelmi, patris sui, dotasset ipsam Aliciam uxorem suam de predictis xl. libratis terre, sicut predictum est, eidem Alicie de terra illa plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Cadomo.—Rex die Dominica proxima ante festum Sancti Michaelis proximo preteritum cepit fidelitatem abbatisse de Cadomo apud Eboracum de terris et tenementis suis in Anglia, et de ipsis terris et tenementis ei seisinam fieri precepit. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod quicquid post diem illum cepit de terris et tenementis predictis et hominibus ipsarum terrarum et tenementorum, tam de firmis quam aliis, ei plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Willelmo de Mariscis.—Monstravit regi Willelmus de Marisco quod Jordanus de Marisco, pater suus, disseisitus fuit de terro sua de Corkedofn' occasione guerre mote inter regem et Ricardum Marescallum. Et mandatum est justiciario Hibernie quod si idem Jordanus disseisitus fuit de predicta terra sua occasione predicta, tunc ipsi Willelmo, filio suo, tamquam suo heredi plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham' quod in foresta regis de Errechich' faciat habere Hereberto filio Mathei v. damas et tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De liberationibus datis.—Rex liberationem duarum denaratarum quam Johannes Blundus habuit de elemosina regis constituta concessit Johanni de Meer. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod liberationem illam ei habere faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur baronibus pro Normanno Neureman' de alia liberatione unius denarate quam Simon Fulbert habuit. Teste ut supra.

1237.
[m. 1.] *De extenta terrarum Ricardi Brudle.*—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod cum ad eos venerit extenta terrarum Ricardi Brudle per vicecomitem Wigornie, cui rex eam demandavit faciendam, secundum valorem earundem terrarum et quantitatem debitorum in quibus tenetur Mossy filio Deulebeneye et Sarrabel' fil' ejus, Judeis Wigornie, rationabilem finem et rationabiles terminos ei habere faciant; ita quod interim cessent usure eorundem debitorum. Teste rege apud Theok', xx. die Octobris.

Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendat terras illas et ipsam extentam distince et aperte factam etc. mittat eisdem justiciariis.

Pro Hamone filio Philippi.—Rex concessit Hamoni filio Philippi custodiam terre que fuit Henrici de Ferlinton' in Breceb' cum omnibus pertinentiis suis habendam usque ad legitimam etatem heredum ipsius Henrici sine maritagio heredum predictarum, que quidem custodia ad regem spectat ratione episcopatus Dunholmensis etc.; et mandatum est Johanni filio Philippi quod de predicta custodia plenam ei seisinam habere faciat. Teste rege apud Theok', xx. die Octobris.

Idem Hamo habet inde litteras patentes sibi et cui assignare voluerit.

De liberatione data.—Rex concessit Simoni Hurtaud' liberationem duorum denariorum quam Johannes Blundus* percipere consuevit de elemosina constituta; et mandatum est baronibus de Scaccario quod liberationem illam eidem Simoni habere faciant. Teste rege apud Glouc', xxj. die Octobris.

De extenta terre.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum legalium hominum extendi faciant terram Simonis filii Reginaldi in Coleby quantum valeat etc, et secundum valorem et quantitatem debiti quod debet Abrahe de Colecestr' et Deudone fil' Deulecresse rationabilem finem et rationabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro hominibus de Chilteham'.—Mandatum est Waltero de Burgo quod permittat homines de Chiltham' tenere villam suam ad firmam usque ad terminum contentum in literis regis patentibus qui nondum preteriit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod habere faciat Philippo de Colevill' xxx. quercus in proprio bosco suo infra forestam de Den' ad domos suas que combuste sunt reedificandas. Teste apud Glouc', xxj. die Octobris.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta Sancti Briavelli faciat habere Fratribus Minoribus Glouc' v. vetera robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

* Substituted for 'Robertus le Squeler.'

1237.
[m. 1.] *Pro duobus forestariis de Windles'.*—Mandatum est Engelardo de Cygoin' quod averia Laurencii Cokerel et Galfridi de Bagset', que cepit occasione redditus quem exigit ab eis de foresta de Bagset', deliberari faciat usque ad primum adventum regis ad partes illas. Teste rege apud Winch', xxiij. die Octobris.

De perdonatione eskapii prisonum.—Rex ad instantiam Magistri Nicholai de Farnham perdonavit Thome filio Seyt, Waltero filio Thome, Ranulfo le King et Thome le Kyng et aliis hominibus de Sloctres evasionem Willelmi de Bradwelle capti propter latrocinium et eis liberati ad custodiendum. Et mandatum est Waltero de Burgo quod de evasione illa pacem ei[s] habere permittat. Teste ut supra.

Pro monialibus de Tarent'.—Rex per cartam suam confirmavit abbatisse et monialibus ordinis Cysterciensis de Tarent' donationes diversarum terrarum et tenementorum et concessit eis quasdam libertates et quietancias in predicta carta plenius contentas. Et mandatum est vicecomiti Dors' et Sumers' quod cartam illam in pleno comitatu suo legi faciat et libertates illas eis in ballia sua firmiter observari. Teste rege apud Otinton', xxiij. die Octobris.

[*Pro Johanne*] *Blundo, de perdonatione transgressionis.*—Rex pro anima Andree Bukerel, quondam majoris Lond', perdonavit Johanni Blundo nepoti suo, capto et detento in prisona apud Oxoniam pro transgressione foreste, predictam transgressionem, et eum inde quietumclamavit. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ipsum Johannem a prisona deliberet et quietum abire permittat. Teste rege apud Otinton', xxiiij. die Octobris. Per ipsum regum coram electo Valentino et fratre Galfrido.

Hibernia. Pro Ricardo de Burgo.—Rex per cartam suam concessit Ricardo de Burgo quod ipse et heredes sui habeant quedam mercata et quasdam ferias et warennas apud diversa maneria sua in Hiberna sicut plenius continetur in carta predicta. Et mandatum est justiciario Hibernie quod predicta mercata, ferias, et warennas, sicut plenius exprimuntur in carta predicta, clamari faciat et teneri. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Kenill'* quod in bosco de Kenill' faciat habere Magistro Simoni de Wauton' iiij. quercus ad maeremium, de dono regis, ad se hospitandum apud Cestreton'. Teste rege apud Wodestok', xxv. die Octobris.

Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Godefridus Walensis tenuit medietatem manerii de Glinde cum pertinentiis de Roberto filio Walteri et quod idem Robertus. [*Cancelled*] *Quia in finibus.*

Pro Johanne de Gisorciis.—Rex occasione precepti sui quod fecit vicecomiti Essex' de facienda seisina W. comiti Albemarl', de omnibus terris quas J. quondam comes Cestrie et Hunt', tenuit de

* Substituted for 'Willelmo de Lucy.'

1237.
[m. 1.] rege in capite in ballia sua habendis quousque fiat inter heredes ipsius comitis Cestrie particio terrarum que fuerunt ejusdem comitis non vult Johannem de Gisorz ita disseisiri de manerio de Badewe, quod predictus comes ei dimisit ad firmam ad terminum qui nondum preteriit, quin omnes exitus ejusdem manerii libere percipiat usque ad terminum suum. Et mandatam est eidem vicecomiti quod predicto comiti de predicto manerio ita seisinam faciat ad opus predictorum heredum quod ipsi capiant homagia liberorum hominum, et assignetur Helene que fuit uxor ipsius comitis Cestrie rationabilis dos sua, salvis predicto Johanni omnibus exitibus ejusdem manerii usque ad terminum suum, sicut predictum est. Teste rege apud Wudest', xxvj. die Octobris.

Pro Gregorio de la Duna.—Mandatum est Engelardo de Cygoiny quod demandam quam facit Gregorio de Duna de firma foreste ponat in respectum usque ad octabas Sancti Martini. Teste ut supra.

De facienda particione terrarum inter heredes comitis Cestrie.—Mandatam est W. comiti Albemarl', quod omnes terras quas J. quondam comes Cestrie et Hunt', tenuit de rege in capite in comitatibus Norht', Linc', Huntend' et Essex', et de quibus seisinam nuper vobis (*sic*) fieri precepimus ad opus heredum ipsius comitis, partiri faciatis (*sic*) inter predictos heredes in presencia ipsorum heredum et aliorum proborum et legalium hominum, ita quod cuilibet ipsorum heredum assignetur certa pars sua de predictis terris una cum omnibus exitibus earundem terrarum a tempore quo habuistis custodiam earundem, salva tamen Elene que fuit uxor ejusdem comitis Cestrie rationabili dote sua de predictis terris, salvis etiam Johanni de Gisorz exitibus manerii de Badewe usque ad terminum ad quem dictus comes idem manerium ei dimisit, quem terminum ei confirmavimus. Teste rege apud Wudestok', xxvj. die Octobris.

De roboribus datis.—Mandatum est Thome de Langleg' quod in foresta de Whychwud' faciat habere vicecomiti Oxonie quindecim robora ad faciendum inde carbonem ad opus Fratrum Minorum Oxonie, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Robertus de Mundefeld' rettatus de morte Willelmi de Pikeham odio et athia etc., ut rex accepit per inquisitionem, habet litteras directas vicecomiti Norf' quod tradatur xij. etc. in ballium. Teste rege apud Wudest', xxvij. die Octobris.

De scutellis et salsariis liberandis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod xij. scutellos argenteos ponderis xvij*l*. vj*s*. viij*d*. et duodecim salsaria argentea ponderis lxxv*s*. et v*d*. que per Willelmum Hardel, custodem cambii Lond', fieri precepit ad opus domini legati, de dono regis, et que idem legatus recipere noluit et que Simon de Monte Forti ei liberavit custodienda, liberet electo Valentino, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxiiij. de Octobris.

1236.
[m. 22d.] Die Martis in crastino Sancti Michaelis apud Eycles venit H. de Burgo, comes Kancie, ibidem ad mandatum domini regis, et ibi allocutus fuit eum dominus rex si deliberasset ei maritagium Ricardi de Clar' secundum quod promisit ei apud Glouc' quando dominus rex cepit eum ad pacem suam et unde dominus rex dicit quod tunc quietumclamavit ei maritagium illud; et petiit quod teneret ei conventionem illam, quia per illam dicit dominus rex quod postea reddidit ei plures terras que remansisse debuerunt ipsi domino regi per formam pacis inter eos factam.

Et comes tunc ibi respondit quod non habuit ibi consilium per quod inde plenius respondere posset; ita quod dominus rex dedit ei diem a die illo Martis in xv. dies apud Lond' ad certificandum se interim, et quod tunc inde responderet domino regi. Ad quem diem venit comes et tunc habuit alium diem apud Kenyton', et cognoscit quod post pacem factam apud Glouc' misit dominus rex sero propter ipsum et duxit ad altare dicens quod voluit quod juraret super altare quod nunquam loqueretur de Ricardo de Clare et ipse hoc juravit; et numquam postea aliquid inde locutus fuit nec aliquid postea inde fecit, et hoc bene patet. Quia quidam magnates locuti fuerunt cum eo de maritagio filie sue et ita quod in tantum processum fuit quod debuit affidari, et tunc venit comitissa, uxor sua, et cecidit ad pedes ejus et dixit quod filia sua tantum fecerat cum Ricardo de Clar' quod non potuit alii copulari, et propter hoc non potuit tunc filia sua maritari; set propter dictum uxoris sue certus esse non potest utrum maritagium factum sit inter ipsum Ricardum et filiam suam. Et dicit quod uxor sua ei dixit quod maritagium illud factum fuerat inter eos apud Sanctum Edmundum dum idem comes obsessus fuit apud Merton'. Interrogatus qualiter intellexerit sacramentum illud, dicit quod dominus rex ita intellexit quod quietumclamaret ei maritagium illud et ipse similiter ita intellexit. Et dicit quod in forma pacis facte inter eos nulla facta fuit inter eos conventio de aliquibus terris nisi de justiciaria tantum et constabularia castri Dovor', que habuit ad vitam suam et que postea remisit domino regi. Et dominus rex ad hoc respondit quod conventio fuit inter eos de terris in forma pacis, et inde ostendit rotulum Cancellarie in quo continetur forma cujusdam carte facte ipsi comiti. Ad quod comes respondet quod carta illa fuit ei transmissa per precentorem Hereford' set noluit illam recipere. Et comes similiter cognoscit quod dominus rex ei dixit, quando fecit sacramentum suum, quod non haberet gratiam suam nisi predictum sacramentum juraret. Post venit comes et petiit alium diem ad certificandum se plenius, ut ad diem illum veniat et deliberet maritagium illud, si poterit, precise, et, si non poterit, quod hoc emendabit secundum considerationem parium suorum. Dies datus est ei apud Lond' in octabis Sancti Hillarii et comes concedit quod ulteriorem non queret dilationem.

Rex venerabilibus in Christo patribus universis, Dei gratia, archiepiscopis, episcopis, abbatibus et prioribus, et dilectis et fidelibus

1236.
[m. 22d.] suis comitibus, baronibus, militibus et liberis hominibus in Hybernia constitutis ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Cum propter maritagium dilecte sororis nostre Isabelle quam maritavimus domino Imperatori, sicut satis audistis, non solum eidem Imperatori set et domino Pape et aliis propter diversa regni nostri negotia in magna teneamur summa pecunie et ultra modum debitis oneremur adhuc, licet fideles nostri de regno nostro Anglie ad hoc efficax nobis auxilium impenderint, universitatem vestram rogandam duximus cum affectu quatinus cum speremus de liberalitate vestra quod in urgenti necessitate nostra consimilem gratiam nobis facere debeatis, nec facile sit nobis sine amminiculo vestro a tam gravium onere debitorum liberari, juxta fiduciam quam de vobis reportamus ita liberaliter et efficaciter nos juvare velitis ad liberationem nostram predictam cum per justiciarium nostrum Hybernie fueritis inde ex parte nostra requisiti, quod non solum ex impenso nobis auxilio possitis ab aliis merito commendari set exinde debitores nos constituatis ad perpetuas gratiarum actiones.

Rex omnibus probis hominibus suis de civitatibus, burgis et dominicis suis in Hybernia, salutem. Sciatis quod dedimus in mandatis dilecto et fideli nostro M. filio Geroldi, justiciario nostro Hybernie, quod pro diversis debitis nostris quibus sumus plurimum onerati acquietandis tallagium super vos assideri faciat ad opus nostrum, sicut civitates, burgos, et dominica nostra in regno nostro talliari fecimus. Et ideo vobis mandamus quod eidem justiciario nostro ad hoc intendentes sitis et respondentes. In cujus rei testimonium etc.

Rex dilecto et fideli suo Waltero de Lascy, salutem. Cum ad presens necesse habeamus quod in urgenti necessitate nostra quam dilectus et fidelis noster M. filius Geroldi, justiciarius noster Hybernie, vobis plenius ostendet nobis subveniatis, fidelitatem vestram rogamus attentius quatinus in petitione nostra, de qua tam litteris nostris patentibus vobis et aliis fidelibus nostris inde directis quam ore ipsius justiciarii nostri certificari poteritis, ita nos benigne velitis exaudire quod ex eo appareat quam sincere nos dilexeritis et ad perpetuas vobis teneamur gratiarum actiones.

Eodem modo scribitur singulis baronibus de Hybernia.

Rex justiciario suo Hybernie, salutem. Laudabile obsequium vestrum plenius attendentes quod evidentia facti multipliciter declarat copiosas inde vobis exsolvimus gratiarum actiones, inter cetera fidelitatis vestre obsequia vos habentes commendatos de diligentia quam estate preterita jam laborastis circa negotia nostra in partibus Connac' expedienda et de thesauro nostro quem nuper nobis transmisistis. Et cum relacione venerabilis patris L. Dublinensis archiepiscopi, et ceterorum fide dignorum nobis innotuerit quod plurimum expediet tranquillitati terre nostre predicte Connac' quod preter tria castra que ibidem firmari fecistis adhuc in estate futura duo ibidem firmentur; fidelitati vestre significamus quod bene placet

1236.
[m. 22d.] nobis quod ita fiat, ita quod ad hoc faciendum attractum fieri faciatis in quadragesima, et nos, sive personaliter veniamus in Hyberniam sive non, aliquem discretum a latere nostro premittemus qui una vobiscum operationi predicte consilium apponet, ut prudenter allocetur id quod in dicta operatione necesse fuerit apponendum. Certum, cum plurimum indigeamus peccunia pro debitis quibus tenemur domino Imperatori et pluribus aliis, decrevimus magnates terre nostre Hybernie, tam prelatos quam alios, specialiter exorandos ut ipsi necessitatem nostram attendentes nobis velint subvenire quoddam auxilium nobis concedendo, sicut fecerunt prelati et magnates terre nostre Anglie. Et ideo vobis mandamus quod, si creditis quod sine molestia nobis velint annuere, non inproperaturi dampna que per guerram pro nobis pertulerunt, tunc prefatam petitionem nostram, sicut expedire videritis, eis proponatis, litteras nostras quas vobis mittimus clausas, singulis directas, et similiter patentes, directas universis, eis exhibentes, et pecuniam de predicto auxilio provenientem diligenter colligi et salvo custodiri facientes donec aliud a nobis inde habueritis mandatum. Alioquin nec intentionem nostram in hac parte eis exponatis nec litteras nostras eis exhibeatis. Sive vero dictum auxilium nobis concessum fuerit, sive non, civitates, burgos, et dominica nostra in Hybernia talliari faciatis pro prefatis negotiis nostris, sicut fecimus in Anglia, et denarios inde provenientes quam cito poteritis colligi faciatis, simul cum quibuscumque denariis aliis quos in tam urgenti negotio nostro nobis perquirere poteritis. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Novembris.

[m. 21d.] Rogerus de Essewell' attornavit Johannem de Erdelee in loquela que est in comitatu Hertford' inter. [*Unfinished.*]

[m. 20d.] Mandatum est vicecomiti Oxonie quod prisones quos ballivus regis de Wodestok' cepit in parco de Wodestok' ab eo recipiat et salvo custodiri faciat donec etc. Teste rege apud Wodestok', xxv. die Novembris.

Rex ballivo suo de Geres', salutem. Monstravit nobis Willelmus le Galitien quod cum, tempore quo Philippus de Albiniaco habuit custodiam insularum nostrarum, electa esset quedam jurata in ballia tua ad inquirendum per ejus veredictum qui essent fideles et qui infideles, et quesitum esset per juratam illam de fama et conversatione predicti Willelmi, eadem jurata credebat ipsum potius esse infidelem quam fidelem; unde idem Willelmus occasione illius veredicti ac metu mortis ad ecclesiam confugit. Quia vero idem Willelmus optulit ponere se super veredictum xxiiij. proborum et legalium hominum trium vicinarum villatarum, tibi precipimus quod secundum consuetudinem predicte insule nostre juratam xxiiij. proborum et legalium hominum, sicut predictum est, ei habere facias. Et si constiterit tibi per ipsos xxiiij. ipsum potius esse fidelem quam infidelem, tunc firmam pacem nostram ei inde habere facias nisi terram nostram abjuraverit vel utlagatus fuerit. Teste rege apud Wodestok', xxvij. die Novembris.

1236
[m. 20d]

Agnes de Rames' attornavit Philippum filium ejus et Stephanum de la More in loquela que est in comitatu Oxonie inter ipsam Agnetem, petentem, et priorem de Derhest', tenentem, de quater xx. acras terre in Rames'.

De assisa vinorum.—Rex majori et vicecomitibus Lond', salutem. Mandamus vobis quod per totam civitatem nostram Lond' clamari et firmiter prohiberi faciatis ex parte nostra quod nullus super forisfacturam nostram vendat sextercium vini rubei carius quam pro x. denariis nec sextercium vini albi Gallici carius quam pro viij. denariis, et hanc assisam nostram ita teneri faciatis ne pro ejusdem transgressione ad vos nos capere debeamus. Faciatis etiam clamari et firmiter prohiberi ex parte nostra super forisfacturam nostram ne quis de civitate Lond' decetero, vel per aquam vel per terram, occurrat mercatoribus venientibus cum vinis vel aliis mercandisis versus civitatem nostram Lond' ad ea emenda vel mercanda antequam usque Lond' pervenerint, set singuli mercatores illuc venire volentes libere et sine impedimento veniant et vina et alias mercandisas suas ibi vendant faciendo inde rectas et debitas consuetudines. Et hanc assisam nostram similiter faciatis ita firmiter observari ne si super eo negligentes inveniamini merito debeatis inde gravari. Assignavimus enim thesaurarium nostrum Lond' et constabularium nostrum Turris Lond' ad videndum quod predicte assise inviolabiliter observentur, quibus etiam dedimus in mandatis quod, si aliqui inveniantur vendentes vel ementes vina vel alias mercandisas contra has assisas nostras, ea in manum nostram capiant et salvo custodiant donec id nobis significaverint et placitum nostrum inde fieri preceperimus. Teste rege apud Wodestok', xxviij. die Octobris.

Et mandatum est Hugoni de Pateshull', thesaurario regis, et Hugoni Giffard, constabulario Turris Lond', quod si quis convinci possit quod contra hoc statutum regis ierit in occursum rerum venalium per terram sive per mare ad ea emenda sive mercianda, ut per manum suam eas in predicta civitate carius vendant, omnes res illas capi faciant in manum regis et salvo custodiri donec rex aliud inde preceperit; vel, si vinum vendiderint contra assisam predictam postquam clamata fuerit, omnia vina sua capi faciant in manum regis et salvo custodiri donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Rex Hugoni de Trublevill', senescallo suo Wasconie, salutem. Quia dolia venientia in Angliam cum vinis de partibus Wasconie non sunt ejusdem modii nec tantum continent quantum dolia partium illarum continere consueverunt temporibus H. regis, avi nostri, R. regis, avunculi nostri, domini J. regis, patris, vel etiam tempore nostro; vobis mandamus quatinus in singulis civitatibus et burgis terre nostre Wasconie publice clamari faciatis et firmiter ex parte nostra prohiberi ne qui decetero alia dolia quam que sint debiti modii et tantum contineant quantum continere solebant temporibus predictis in terram nostram Anglie mittere presumant, scientes quod si hoc

1236
[m. 20*d*.] facerent post prohibitionem nostram, vina ipsa capi faceremus in manum nostram tamquam ea que nobis incurrerunt per false mensure transgressionem. Et ne aliquibus verti posset in dubium quin hanc prohibitionem feceritis de auctoritate et mandato nostro, vobis mittimus inde litteras nostras patentes, directas omnibus de Wasconia tam mercatoribus quam aliis, dictam prohibitionem continentes, quas in singulis civitatibus et burgis partium illarum egi faciatis. Teste rege apud Wodestok', xxviij. die Novembris.

Patentes.—Rex omnibus tam mercatoribus quam aliis de partibus Wasconie, salutem. Quia dolia venientia in Angliam cum vinis de partibus vestris nec sunt ejusdem modii nec tantum continent quantum dolia partium illarum continere consueverunt temporibus H. regis, avi nostri, R. regis, avunculi nostri, domini J. regis, patris nostri, vel etiam tempore nostro; vobis mandamus firmiter prohibentes ne quis vestrum dolia vini que non sunt de recto modio et tantum contineant quantum dolia continere solebant predictis temporibus post hanc prohibitionem nostram in terram nostram Anglie mittere presumat; sciturі pro certo quod si quis convinci possit quod contra prohibitionem nostram alia dolia vini miserit vel venire fecerit in dictam terram nostram quam que sint de recto modio, sicut predictum est, omnia vina sua capi faciemus in manum nostram tamquam ea que nobis incurrirunt per transgressionem false mensure. In cujus etc.

Isti sunt assignati ad pacem servandam inter universitatem cleri et communam villam Oxonie:—major, duo prepositi, Philippus Molendinarius, Henricus filius Symonis, Galfridus de Stocwell', Ricardus Curteys, Pentecost', Thomas filius Walteri, Adam filius Walteri, Adam Feteplaz, Philippus Burgeys, Laurencius Gwy, Mac', Willelmus Sauser, Philippus Pady, Johannes Pille, Robertus Mercenarius, Adam Dylby, Ricardus filius Henrici, Thomas le Verer, Laurencius Log', Robertus Taillur, Willelmus de Wintonia, Hugo Harding, Hugo Kepeharm'.

Rex Hugoni de Trublevill', senescallo Wasconie, salutem. Sciatis quod habitis inter nos et comitissam Flandrie pluribus tractatibus per transmissos ad nos nuntios suos super emendis faciendis de transgressionibus et roberiis factis hominibus ipsius comitisse per vos et alios ballivos nostros qui habuerunt custodiam insul' de vinis et aliis mercandisis suis, tandem inter nos ita convenit quod concessimus quod reddi faciemus contra festum Sancte Trinitatis omnia vina que mercatores ipsius comitisse probare poterunt ad eundem terminum vos vel ballivos vestros et Ricardum de Gray vel ballivos suos ipsis mercatoribus abstulisse sine pacatione vel certa ratione. Et ideo vobis mandamus quod nobis provideatis de acquietatione predictorum vinorum contra predictum terminum facienda, ita quod non oporteat nos ad hoc manum apponere. Teste rege apud Wudestok', iij. die Decembris.

1236.
[m. 19*d*.] Cum Sarra de Byrum araniavit assisam ultime presentationis ecclesie de Wotton' coram Symone de Roppel', Willelmo de Benigewurd' et sociis suis, justiciariis ad hoc assignatis, versus Elyam de Byrum, recognovit assisa illa quod predicta Sarra tempore pacis presentavit ultimam personam, que mortua est, scilicet Nicolaum de Freyng', ad ecclesiam predictam. Et ideo consideratum fuit quod predictus Elyas incideret in misericordiam unius marce, et advocatio illius ecclesie eidem Sarre remaneret.

Alicia uxor Willelmi le Wayte attornavit predictum Willelmum le Wayte in loquela que est in comitatu War' inter ipsos Aliciam et Willelmum, petentes, et Robertum Marescallum et Evam uxorem ejus, tenentes, de xxx. et una acris terre et dimidia in Berthon'; et in loquela que est in eodem comitatu inter ipsos Willelmum et Aliciam, petentes, et predictos Robertum et Evam, tenentes, de iij. acris terre et dimidia in eadem villa.

Margeria de Ripariis attornavit Alexandrum de Niweton' in loquela que est in comitatu Hertf' per breve de recto inter Willelmum de la Gren' et Aliciam uxorem ejus, petentes, et ipsam Margeriam, tenentem, de medietate x. acrarum terre et iiij. acrarum prati in Sebricchesworth'.

Willelmus filius Ricardi attornavit Radulfum de Thouseby in loquela que est in comitatu Linc' inter ipsum Willelmum et Robertum de Gummeby et Philippum de Swaby de eo quod predicti Robertus et Philippus faciant ei consuetudines et recta servicia que ei facere de tenemento quod de eo tenent in Swaby.

Rex constabulario Oxonie, salutem. Scias quod ad instantiam cancellarii cleri studentis Oxonie concessimus quod, quando voluerit, habeat copiam gaiole nostre castri nostri Oxonie ad cohercendum scolares rebelles qui se non permittunt justiciari a predicto cancellario secundum formam scolarium. Et ideo tibi precipimus quod, quoties fueris requisitus a predicto cancellario, clericos rebelles in predicta gaiola permittas imprisonari. Teste rege apud Wintoniam, xxvij. die Decembris.

Oxonia.—Rex cancellario et toti universitati Oxonie, salutem. Quia nuper procurastis Johannem de Curcy iterato capi et in prisona nostra detineri pro suspicione de eo concepta quod adhuc per ipsum studii vestri tranquillitas impediretur; idem Johannes ad nos postea veniens usque Cantuariam ut omnem hujusmodi perturbationis tolleret suspitionem optulit se inventurum nobis xxiiij. viros fidedignos vel plures, si necesse fuerit, qui modis omnibus pro eodem Johanne cavebunt quod decetero eo procurante vel aliquid faciente non continget aliquem penes vos studentem gravari aut studii vestri pacem perturbari, et, si in aliquo deliquit, satisfaciet de commissis. Licet autem videatur nobis quod acceptanda sit oblata securitas et satis possemus et deberemus, vobis inconsultis, eam per nos recipere, ne processu temporis credere possetis quod scienter alicui perturbatori universitatis vestre gratiam

1236 [m. 19d.] impenderemus sine conscientia vestra, quod nobis optulit non duximus admittendum. Mandavimus tamen majori et ballivis nostris Oxonie quod cum credamus vos tante discretionis viros quod tante securitatis recusare non debeant sufficienciam a memorato Johanne in presentia aliquorum ex parte vestra deputandorum securitatem predictam recipiant, si videatis, prout nobis videtur, et honori et tranquillitati similiter expedire; et si qua aliqua causa subfuerit propter quam securitate predicta contenti non fueritis, illam nobis significetis.

1237. Rex justiciariis suis de Banco, salutem. Monstravit nobis magister Milicie Templi in Anglia quod, cum inplacitaverit coram vobis priorissam de Hecham et homines suos de Hecham de secta facienda ad hundedrum suum de Shamel' quam ad illud facere consueverint, ut dicitur, usque a tempore quo honor Bolonie fuit in manu Roberti Passel' de voluntate nostra. Et ideo vobis mandamus quod per sacramentum proborum et legalium hominum diligenter inquiri facias inde veritatem, qua inquisita utrique parti justiciam inde exhibere non omittatis. Teste rege apud Cantuariam, tertio die Marcii.

Rex vicecomiti Suht', salutem. Quia volumus quod venerabili patri P. Wintoniensi episcopo, et ecclesie sue libertates conserventur illese, tibi precipimus quod duos probatores quos ballivi nostri Wintonie ceperunt super feodum predicti episcopi et sunt in custodia tua liberes in propria persona tua ipsis ballivis nostris ducendos super feodum predictum, ubi capti fuerunt, et liberandos ibidem in presentia tua ipsi episcopo vel ballivo suo, et incontinenti recipiendos per manus ipsius episcopi vel ballivi sui et reducendos per manus ipsorum ballivorum nostrorum ad castrum nostrum Wintonie, ut ibidem salvo in custodia tua custodiantur donec fiat de eis quod de jure et consuetudine regni nostri fuerit faciendum. Et ideo tibi precipimus quod ipsos probatores super feodum predicti episcopi duci et ipsi episcopo vel ballivo suo liberari et iterato recipi et salvo custodiri facias, sicut predictum est. Teste rege apud Cantuariam, xij. die Marcii.

[m. 18d.] Adam de Pyrinton' attornavit Robertum de Kersewell' contra Ranulfum Helle de loquela que est inter eos in comitatu Norhumbr' de j. carucata terre in Elynton'.

Magister Adam, subdecanus Sarrisburiensis, attornavit loco suo Robertum de Sarresbir' et Reginaldum le Sumeter vel alterum illorum ad lucrandum vel perdendum in loquela que est coram rege inter Hubertum Hoes', querentem, et episcopum Sarrisburiensem et ipsum subdecanum, deforciantes, de advocatione ecclesie de Stapelford'.

Lanc'.—Henricus de Coudray attornavit loco [sùo] Willelmum Russel ad lucrandum vel perdendum in loquela que est inter ipsum, petentem, et Alanum de Singleton', tenentem, de xiiij. bovatis terre in Northmoles.

1236.
[m. 18*d*.] *Essex.*—Willelmus de Culewrth' et Willelmus de Sancto Edmundo assignati sunt justiciarii ad assisam de morte antecessoris capiendam quam Johannes filius Rogeri de Sympling' aramiavit versus Henricum de Hamhal' de quinquaginta acris terre cum pertinentiis in Bracsted' et mandatum est vicecomiti Essex' quod a die Sancti Hyllarii in quindecim dies coram eisdem venire faciat assisam illam apud Straford'. Teste rege apud Echleg', xxvj. die Decembris.

Beatricia uxor Roberti de Briuns attornavit loco [suo] Willelmum de Torneham ad lucrandum vel perdendum in loquela que summonita est coram justiciariis de Banco inter ipsos Robertum et Beatriciam, petentes, et Robertum, personam ecclesie de Thayden', tenentem, de xx. et vj. acris terre in Thayden'. Teste rege apud Clarend', xxviij. die Decembris.

1237. Martinus de Legh' attornavit loco suo Radulfum de Ashton' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est inter ipsum Martinum et Alexandrum de Aldinton' in curia regis de Merleberge, de quadam conventione inter eos facta de uno mesuagio cum pertinentiis in Merleberge. Teste rege apud Clarendon', xj. die Januarii.

Abbatissa de Tarrent' attornavit coram iiij. militibus ad hoc missis Thomam capellanum de Tarrent' et Willelmum de Brumham, clericum, ad lucrandum vel perdendum in loquela que est inter eandem abbatissam et dominum regem quo waranto eadem abbatissa teneat quartam partem unius carucate terre cum pertinentiis in Cussigh'. Teste rege apud Clarend', xij. die Januarii.

Adam de Peryton' attornavit Robertum de Carswell' contra Robertum de Elynton' de j. carucata terre in Elynton'. Teste rege apud Werewell', xiij. die Januarii. [*Cancelled*] *Quia superius.*

Abbas de Rading' attornavit Willelmum de Wautham et Ricardum Gerout contra Willelmum de la Grene et Aliciam, uxorem ejus, de medietate xx. et unius acre terre in Sabrichewurth'. Teste rege apud Rading', xvj. die Januarii.

Reyn' uxor Thome de Bernefeud' attornavit loco suo ipsum Thomam contra Symonem de Sandwico in loquela que est in comitatu Kancie inter ipsos Thomam et Reyn' de consuetudinibus et serviciis. Teste rege apud Cantuariam, primo die Marcii.

Henricus filius Geroldi attornavit Aylwin' de Tyule contra Walterum filium Ricardi de duabus partibus dimidie shope cum pertinentiis in Windesor'. Teste rege ibidem, xix. die Januarii.

H., Elyensis episcopus, attornavit loco suo Thomam de Bateford' et Gilbertum Forestarium* ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Essex' inter Johannem de Litlebur', Ricardum filium Emme, Joceum filium Matildis, Agnetem de Wicheford', Goldemar' de Trumpyton', et Edel' uxorem ejus, petentes, et ipsum abbatem (*sic*), tenentem, de manerio de Hadestok' cum pertinentiis. Teste rege apud Windes', xvj. die Januarii.

* Substituted for 'Johannem de Pulebam et Franceys le Huysser.'

1237.
[m. 18d.] Henricus de Sancto Albano attornavit loco suo Ricardum de Flamested' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est coram justiciariis de Banco inter priorem Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' in Anglia et predictum Henricum de manerio de Hampton' cum pertinentiis. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Januarii. [*Cancelled*] *Quia non habuit.*

Abbas de Dor' attornavit loco suo Willelmum Corbyn et Johannem de Bredwerthin ad lucrandum vel perdendum contra Margaretam que fuit uxor Willelmi Aurifabri de uno messuagio in Oxonia. Teste rege ut supra.

Thomas Fossard' attornavit loco suo ad lucrandum vel perdendum Jacobum de Spaldinton' et Thomam Fossard' in loquela que est in comitatu Eboraci contra Danyelem de Killingwic' de iiij. bovatis terre in Swaneslund' et Feryby, et in loquela que est in eodem comitatu contra Thomam le Clerc de Sutton' de rationabili compoto ipsi reddendo, et in loquela que est in eodem comitatu contra priorem de Novo Burgo de quadam conventione inter eos facta de xl. acris bosci in Sutton'. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Januarii.

Willelmus de Surnie attornavit loco suo Brianum le Forester et Johannem de Cranford' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Leic' contra Ricardum de Rudinton' de x. virgatis terre in Stanton'. Teste ut supra.

Gilbertus de Umframvill' attornavit loco suo Ricardum Russel et Adam de Hameldon' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Rotel' contra Eustrichiam que fuit uxor Roberti de Sancto Albano de tercia parte xx. virgatarum et v. acrarum terre in Normanton'. Teste ut supra.

Willelmus Avenel attornavit loco suo Thomam de Rakington' et Symonem Baward' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Bed' contra Robertum de Hasting' de j. carucata terre cum pertinentiis exceptis iiij. acris et tribus rodis in Middelton'. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Januarii.

Idem Willelmus attornavit loco suo predictos Thomam et Symonem ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Oxonie contra Willelmum de Stanes et Hugonem le Butiller de ij. carucatis terre cum pertinentiis in Wivelicot'. Teste ut supra.

Hugo Wak' attornavit Galfridum Wak' contra Willelmum Otowy in loquela que est in comitatu Eboraci inter eos de consuetudinibus et serviciis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Januarii.

Adam filius Benedicti attornavit coram rege Adam le Messager in loquela que est in comitatu Eboraci inter ipsum et Willelmum de Grey, archidiaconum Richemund', de una carucata terre in Karleton'. Teste rege ut supra.

1237.

[m. 18*d.*] Margeria uxor Reginaldi de Carleton' attornavit loco suo Reginaldum de Carleton' et Herebertum de Sanfredeby ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Linc' inter predictos Reginaldum et Margeriam et Johannem de Anneby et Elizabeth, uxorem ejus, de medietate unius mesuagii in Yreby. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Januarii.

Baldewinus, comes de Gyennes, attornavit Philippum de la Mote in loquela que est in comitatu Essex' inter ipsum et Robertum de Savans de una hida terre et de xx. parte feodi unius militis in Toleshunt'. Teste rege apud Cantuariam, xviij. die Februarii.

[m. 17*d.*] Rex fratri J. quondam abbati de Clyva, et dilecto et fideli suo Huberto Huse. salutem. Mittimus vobis transcriptum cujusdam compositionis provise inter archiepiscopum Burdegalensem et dilectum et fidelem nostrum H. de Trublevill', senescallum nostrum Wasconie, et sigillis ipsius senescalli et Willelmi de Buell' nobis ex parte illorum transmisse, super escambio quod idem archiepiscopus a nobis exigit pro castro et terra sua de Cutures, quam quidem compositionem nondum duximus acceptandam donec inde plenius fuerimus certificati per alios fideles nostros quam per illos. Mandamus igitur vobis quatinus in fide qua nobis tenemini, et sicut nos et honorem nostrum diligitis, una cum predicto senescallo nostro et dilecto et fideli nostro Reginaldo de Pontibus, quibus inde scripsimus, accedatis ad partes illas et diligenter inquiratis quantum valeat id quod dictus archiepiscopus nobis offert pro eo quod a nobis petit in escambium in dominicis, redditibus et omnibus aliis proventibus, et quantum id valet quod a nobis petit pro predicto castro et terra de Cutures in dominicis, redditibus et omnibus aliis proventibus, et utrum sit ad commodum nostrum vel dampnum si escambio illi adquieverimus et, si sit ad commodum nostrum, cujusmodi commodum, vel ad dampnum nostrum, cujusmodi dampnum. Ita quod cum vos* ad nos redieritis nos super premissis certificare possitis per inquisitionem distincte et aperte inde factam sub sigillis vestris et sigillis predictorum H. senescalli nostri, et predicti Reginaldi. Teste rege apud Clarendon', iij. die Januarii.

Eodem modo scribitur R. de Pontibus et H. de Trublevill'.

Jordanus de Aynoh' attornavit loco suo Walterum le Faukener in loquela que est inter Willelmum de la Grene et Aliciam, uxorem ejus, et predictum Jordanum in comitatu Hertford' de una acra prati in Sebricheswurth'. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Januarii.

Gratia de Insula attornavit loco suo Herebertum de Salfletheby et Petrum Marescallum in loquela que est in curia de Grimesby contra Baldewinum filium Roberti de dimidio mesuagio in Grimesby. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Januarii. Et in loquela que est in curia Linc' contra Johannem Marescallum de tercia parte j. mesuagii in Lincoln'; et in loquela que est in eadem curia contra

* *Substituted for* 'predicti abbas et Hubertus.'

1237.

[m. 17*d*.] eosdem ballivos de eo quod ipsi ballivi non distringant ipsam Gratiam ad faciendum eis consuetudines vel servicia etc.; et in loquela que est in comitatu Lincoln' de eo quod Hugo Wak' acquietet ipsam Gratiam de servicio quod Hawisia de Quency exigit ab ea de libero tenemento quod de predicto Hugone tenet in Glentham, Damintone et in Hemingeby; et in loquela que est in eodem comitatu inter ipsam Gratiam et priorem de Sixel' de amensuratione pasture in Heynton' et in Saleby; et in loquela que est in eodem comitatu inter eandem Gratiam et predictum priorem de tribus acris terre in Tharestorp'. Teste rege ut supra.

Idem prior attornavit loco suo Unfridum de Sixel', canonicum suum, in loquela que est in eodem comitatu inter eandem Gratiam et ipsum de iij. acris terre in Tharestorp'. Teste rege ut supra.

Abbas de Burton' attornavit loco suo Willelmum de Esseburn' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Stafford' de consuetudinibus et serviciis que idem abbas exigit de Roberto de la More et quibusdam aliis in brevi contentis. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Januarii.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Johannes de Curcy quem ballivi Oxonie ei liberabunt recipiat et ipsum salvo custodiri faciat in prisona castri Oxonie. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Januarii.

Et mandatum est eisdem ballivis quod ipsum Johannem capiant et ipsum liberent predicto vicecomiti. Teste rege ut supra.

Mandatum est majori et ballivis Oxonie quod assisam coram rege provisam apud Wodestok' de pane et cervisia et aliis in villa Oxonie clamari et firmiter observari faciant. Teste rege ut supra.

Mandatum est constabulario castri Oxonie quod cum cancellarius universitatis Oxonie ei liberaverit aliquem clericum ponendum in prisona regis ad ipsum justiciandum in exitu suo non permittat quod custos gaiole nec janitor porte aliquid ab eo capiant. Teste rege ut supra.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in propria persona sua accedat ad singulos boscos regis pertinentes ad dominica regis que sunt in custodia W. de Burgo et Warneri Engayne et assumat secum forestarios et viridarios singulorum boscorum in presentia Walteri et Warneri vel alterius illorum diligenter videri faciat in quibus boscis et in quibus locis venditio fieri possit de subbosco et alio bosco regis ad commodum regis et quot acre de subbosco et alio vendi possint in singulis boscis et in quibus boscis possint elargare dominica regis per purpresturas et assarta in eisdem facienda et quot acre possint essartari; et quot acre fieri de purpresturis in singulis boscis et landis et brueris sine gravi detrimento foreste regis. Et rei veritatem distincte et aperte in scriptum redactam regi mittat et hoc breve. Teste rege apud Clarendon', xij. die Januarii.

Willelmus de Bello Campo attornavit loco suo [*Unfinished*].

1237.
[m. 17d.] Alanus filius War', attornavit loco suo Johannem de Gopeshull'* ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Wiltes' contra Henricum de Chanflur', tenentem de xx. et vij. solidatis redditus in Hulecot', et vj. solidatis et viij. denaratis redditus in Shalke. Teste rege apud Kenynton', iij. die Februarii.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod summoneri faciant Hugonem Wak' et Johannam, uxorem ejus, et Eustachium de Stutevill' quod sint coram eis in octabis Clausi Pasche ad respondendum regi de debitis que Nicholaus de Stutevill' regi debuit, et ad recipiendum judicium suum quis eorum respondere debeat de predictis debitis, quod quidem judicium eis facient secundum consuetudinem Scaccarii regis. Teste rege apud Kenynton', iiij. die Februarii.

Johannes de Kirkeby attornavit loco suo Walterum de Tatham' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Eboraci inter eum et Johannem de Curtenay et Matillidem, uxorem ejus, et Johannem de Kanfeud de consuetudinibus et serviciis. Teste rege apud Kenet', v. die Februarii.

Radulfus filius Bernard attornavit loco suo Galfridum le Moyne ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Kancie inter eum et Ricardum de Berghested' de feodo dimidii militis in Bykenore. Teste rege ut supra.

Henricus de Scaccario attornavit loco suo Thomam Ivyngho ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Berkes' inter eum et Walterum de la Rive de j. carucata terre in Botelhamested'. Teste rege ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norf' quod habere faciat Roberto de Sotindon', custodi episcopatus Norwicensis, returnum omnium brevium regis que ad eum venerunt post vacationem predicti episcopatus† quamdiu fuerit in manu regis† et decetero ventura sunt de placitis et loquelis emersis vel emergentibus infra libertatem predicti episcopatus quamdiu fuerit in manu regis eodem modo quo returnum illud fieri consuevit tempore Th. quondam Norwicensis episcopi, superstitis, et quod sis eidem Roberto in auxilium in hiis que ad predictum returnum pertinent et aliis que commodum et honorem regis respiciunt melius expediendis.

De narratione descensus ab antecessoribus in brevi de recto a tempore H. regis senis anni et diei, provisum est quod decetero non fiat computatio a tam longinquo tempore set a tempore regis H. avi domini regis; et habeat locum ista constitutio et vigorem ad Pentecosten anno regis istius xxj. et non ante, et brevia prius impetrata procedant. [Note in the margin] *Approbatur.*

* 'Et Robertum de Waneting' erased here.

† These words erased in MSS.

1237.

[m. 17d.] Brevia mortis antecessoris et de nativis et de ingressu non excedant reditum regis Johannis de Hybernia in Angliam, et vigorem habeat ista provisio a tempore predicto, et brevia prius impetrata procedant.

Brevia vero nove dissasine non excedant transfretationem regis qui nunc est in Britanniam, et vigorem habeant a tempore predicto, et brevia prius impetrata procedant.

Memorandum quod dominus rex concessit Willelmo de Keu quod terras suas de Mordon' et de Wicton' cum pertinentiis possit tradere ad firmam usque ad terminum vj. annorum, et ei inde litteras suas fecit patentes, et eis qui terras illas a predicto Willelmo receperint ad firmam per cartam suam confirmabit.

Radulfus de Hoyland' attornavit Johannem de Wigetoft ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Linc' inter ipsum et Radulfum de Fenn' de consuetudinibus et serviciis que exigit ab eo de tenemento in Benyton', et in loquela que est in eodem comitatu inter ipsum et Gerardum de Fenn' de consuetudinibus et serviciis de tenemento in Scirebec, et in loquela que est in eodem comitatu inter ipsum et Thomam de Notingh' et Feliciam, uxorem ejus, de consuetudinibus et serviciis de tenemento in villa Sancti Botulphi. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Februarii.

Stephanus filius Ricardi attornavit Reginaldum filium Laurentii ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Essex' inter eum et Ranulfum Haliday de xv. acris terre in Twinsted'. Teste rege apud Kenet', vij. die Februarii.

[m. 16d.] Willelmus de Wy et Matillis, uxor ejus, attornaverunt Stephanum de Bewell' in loquela que est in comitatu Kancie inter ipsos et Lucam de Fonte de vij. acris terre et dimidia in Westerham. Teste rege apud Cantuariam, vj. die Marcii.

Die Mercurii proxima post Purificationem anno regni etc. xxj. coram domino rege et coram domino Eboracensi episcopo et aliis de consilio domini regis tractatum fuit de forestis et officio capitalium justiciariorum forestarum, et de officio ballivorum dominica domini regis custodientium, inter quos contentio fuit quis eorum debuit respondere de viridi et venatione. Et tandem ita provisum est coram domino rege quod capitales justiciarii plenam habeant potestatem custodiendi omnes forestas, tam de dominicis domini regis quam de aliis, et quod ballivi domini regis de dominicis suis habeant in boscis dominicis domini regis ea que pertinent ad maneria sua, videlicet nuces et mel et pessonem et etiam agistationem per visum agistatorum et forestariorum et herbagium ad staurum domini regis per visum et consilium capitalium justiciariorum ad majus commodum domini regis et ad minus nocumentum foreste sue. De caplecio fiat commodum domini regis per visum viridariorum et forestariorum Et dominus rex habeat in singulis villis suis forestarium suum sine arcu et sagittis, et qui non vivat de patria; set capitalis justiciarius apponat forestarios cum arcu et sagittis, tales quod de eorum facto

1237.

[m. 16*d*.] respondeant. Et si aliqui bosci sint qui non pertineant ad aliquod manerium domini regis, tunc capitalis justiciarius illum custodiat et inde absolute respondeat. De parcis clausis ballivi de dominicis sint custodes et non respondeant.

De forestariis qui feoffati sunt per cartas et qui fuerunt disseisiti per ballivos domini regis ita provisum est, quod rehabeant seisinas suas in eodem statu in quo illas prius habuerunt; et postea, si domino regi placuerit, summoneantur ad ostendendum warantum suum, et secundum legem terre deducantur.

Postea apud Kenynton' coram ipso domino rege et consilio suo provisum est, et qui hoc concessit quod ballivi sui qui mittendi sunt ad nundinas vel alibi pro vinis et pannis et aliis mercandisis ad opus domini regis emendis, plus non capiant ad opus domini regis quam ipse dominus rex necesse habuerit, nec plus quam continebitur in litteris domini regis eis super hoc conficiendis, nec aliud nisi id unde habuerint breve domini regis ad warantum. Et cum ad nundinas venerint, statim capiant et sine longa mora merces et mercandisas pro quibus ibi missi fuerunt ne mercatores aliqui per eos injuste graventur ut antea gravari solebant. Et ballivi tales habeant litteras quod iiij. legales mercatores de singulis nundinis secundum diversa genera mercandisarum que ad opus domini regis emende sunt in fide qua Deo et domino regi tenentur rationabile precium imponent predictis mercandisis.

Assisa vinorum.—Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Precipimus tibi quod per totam balliam tuam et in civitate Eboraci et in aliis villis in quibus vina venduntur clammari facias et firmiter prohiberi ex parte nostra quod sextercium vini albi Gallici non vendatur carius quam ad viij. denarios, et sextercium vini rubei carius quam ad x. denarios, et quod dolium vini, si vendatur in grosso, non vendatur carius quam assisa predicta sexterciorum deposcit; et in singulis villis predictis deputari facias duos legales homines qui videant quod assisa predicta vini, tam in grosso quam aliter, firmiter observetur, sicut predictum est, ita quod ad te et ipsos nos capere non debeamus; et, si quem inveneris qui vinum vendat contra assisam predictam postquam id clammari feceris et prohiberi, vina ipsius in manum nostram capias et ea salvo custodias donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Kenet', vij. die Februarii.

	vicecomiti Devonie	vicecomiti Notingh'
	vicecomiti Cornubie	vicecomiti Cantebr' et Hunt'
Eodem modo mandatum est	vicecomiti Norf' et Suff'	vicecomiti Lincoln'
	vicecomiti Surr'	vicecomiti Norhampt'
	vicecomiti Buk'et Bed'	custodi Quinque Portuum

vicecomiti Essex' eo adjecto quod in villis que parum distant a portubus in quibus vina applicant, quod sextercium vini rubei vendatur ad x. denarios et non carius, et vini albi Gallici ad viij. et in villis que distant a portubus per xx. leucas et amplius vendatur sextercium vini rubei ad xij. denarios et vini albi Gallici ad x. et non carius.

1237.
[m. 16*d*.] Rex vicecomiti Wiltes', salutem. Precipimus tibi quod per totam balliam tuam clammari et firmiter prohiberi ex parte nostra facias ne quis sextercium vini rubei carius vendat quam pro x. denariis nec sextercium vini albi Gallici carius quam pro viij. denariis, et hanc assisam ita teneri facias ne pro transgressione suas (*sic*) nos ad eos graviter capere debeamus.

Eodem modo mandatum est;
- ballivis Cycestr'
- vicecomiti Berkes'
- majori et ballivis Wigornie
- ballivis Bristoll'
- ballivis Glouc'

- majori et vicecomitibus London', set sub alia forma ut supra in tergo istius rotuli
- vicecomiti Sumers' et Dors'
- vicecomiti Devonie
- vicecomiti Kancie
- majori et ballivis Wintonie
- majori et ballivis Exonie
- ballivis Novarum Sar'
- ballivis Wilton'
- constabulario Merleberg'
- vicecomiti Norhumbrie

Mandatum est M. justiciario Hibernie, quod diligenter audiat querelas N. Clochorensis episcopi, quas audivit et coram eo deponet per preceptum regis super injuriis, gravaminibus, spoliationibus terrarum et ecclesiarum ei et suis irrogatis ab archiepiscopo Armacano et suis, et querelis suis plenius auditis et intellectis secundum legem et consuetudinem terre Hybernie plenam et celerem justitiam ei exhibeat. Nec remaneat aliquatenus eidem exhibitio justicie facienda occasione litterarum regis quas aliquando rex ei transmisit pro parte prefati archiepiscopi contra memoratum archiepiscopum (*sic*) de captione hominum ipsius episcopi quos ipse archiepiscopus regi suggessit esse excommunicatos; quia ipse archiepiscopus in impetratione earum per procuratores suos regem circumvenit, cum ipse et sui fautores tempore impetrationis earumdem litterarum essent excommunicati, sicut regi postea plenius innotuit ex mandato venerabilium patrum, archiepiscopi Cantuariensis et episcopi Cycestrensis, cancellarii regis, conservatorum cause memorati episcopi contra prefatum archiepiscopum, qui ad mandatum venerabilis patris L. Dublinensis archiepiscopi, et dilecti regi in Christo D. prioris Omnium Sanctorum Dublin', quibus prefati archiepiscopus Cantuariensis and episcopus Cycestrensis vices suas commiserant super executione predicta per litteras suas patentes, eis significaverunt. Teste rege apud Kenet', x. die Februarii.

Vitalis Engayne attornavit Reginaldum de Hedon' in loquela que est in comitatu Norht' contra Walterum de Buketon' de terra in Pisteslee. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Februarii.

1237.
[m. 16*d*.] Jacobus de Hotton' attornavit Henricum de Litleton' contra Leticiam de Hotot, Elenam de Hotot, et Amiciam que fuit uxor Ivonis de Hotot, et Willelmum Pistorem, de terra in Duntesberne.

Mandatum est constabulario Turris Lond' quod libere sustineat quod parentes Galfridi de Burghers ei possint necessaria victus sufficienter ministrare et armaturam ad duellum faciendum necessariam; et quod antequam percutiat aliquod duellum, se possit cum scuto et virga tribus vel quatuor diebus ad duellum faciendum habilitare, dum tamen sit in salva et secura custodia. Teste rege apud Dovor', xxiiij. die Februarii.

Ernisius de Dunheved' et Johanna, uxor ejus, attornaverunt Hugonem de Coudray in assisa nove disseisine quam Philippus, prior Sancti Johannis de Trum, aramiavit coram Mauricio filio Geroldi, justiciario regis Hybernie, versus predictos Ernisium et Johannam de tenemento in Balymunenham'. Teste rege apud Cantuariam, xxvij. die Februarii.

Amauricius de Sancto Amando, Bertramus de Crioil, Johannes de Plessetis et Silvester de Everdon', clericus, missi fuerunt ex parte regis apud Roffam xiij. die Marcii ad judices delegatos ad inhibendum eis ne procederent in causa que ventilabatur coram eis inter dominum Cantuariensem et priorem Sancte Trinitatis Cantuarie de patronatu ecclesiarum, quia hujusmodi placita spectant ad coronam et dignitatem regis et, si hujusmodi cause coram eis terminarentur, in ejus prejudicium verteretur.

Postea scripsit eis sub hac forma: Rex abbati de Lesnes, salutem. Audivimus quod prior et monachi Sancte Trinitatis Cantuarie coram te et conjudicibus tuis trahit E. Cantuariensem archiepiscopum. in placita in curia Christianitatis auctoritate litterarum domini Pape super advocacionibus ecclesiarum maneriorum suorum et super xeniis que idem archiepiscopus percipit de maneriis ipsorum prioris et monachorum et super obedientiis domus Sancte Trinitatis Cantuarie. Quia vero manifeste est contra coronam et dignitatem nostram quod prefata loquela teneatur in curia Christianitatis cum placitum de advocacionibus ecclesiarum alibi teneri non debeat nec consueverit in regno nostro quam in curia nostra; et preterea cum, vacante archiepiscopatu Cantuariensi, ad nos et heredes nostros pertineat dictorum xenniorum perceptio et dictarum obedientiarum dispositio, prohibuimus tibi ne decetero placitum illud teneas in curia Christianitatis. Teste rege apud Roffam, xiiij. die Marcii.

Norht'.—Eustachius de Arderne attornavit Willelmum de Francton', capellanum, et Henricum del Aunay contra Philippum de Cropperie de feodo j. militis in Sprotton'. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Marcii.

Dors'.—Prior Sancti Swithuni Wintonie attornavit Johannem de Basing' contra abbatem de Cern' de rationabilibus divisis inter terram ipsius prioris in Wyk' et terram predicti abbatis in Redepoll'. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Marcii.

1237.
[m. 16*d*.] *Stafford'*.—Hugo de Log' attornavit Henricum de Lilleburn' contra Aviciam de Otherton', Robertum de Linhull' et Sybillam, uxorem ejus, et Robertum le Orb, de eo quod idem Hugo acquietet predictos Aviciam, Robertum, Sybillam et Robertum, de servicio quod Herveus Bagod exigit ab eis de libero tenemento suo quod de predicto Hugone tenent in Otherton' et in Linhull'. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Marcii.

Mandatum est justiciariis de Banco quod Robertus Huscarl' fuit coram rege die Sancti Benedicti et petiit terram suam sibi replegiari, que capta est in manum regis propter defaltam quam fecit versus Ceciliam que fuit uxor Willelmi Jocelin' de placito terre quod est inter eos coram eis per breve regis. Et hoc eis significat rex. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Marcii.

[m. 15*d*.] Consimiles litteras directas eisdem justiciariis habet Hugo le Plumer propter defaltam quam fecit versus abbatem de Messenden' de placito terre quod est inter eos coram eis per breve regis. Et hoc eis significat rex. Teste rege ut supra.

Robertus de Baillol attornavit Willelmum le Blund in loquela que est in comitatu Norht' inter eum et Walterum de Fontibus per breve de recto de manerio de Parva Welledon' cum pertinentiis, exceptis tribus virgatis et tribus acris terre. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Marcii.

Gilbertus de Chaunford' attornavit loco suo Robertum de Pinkeny in loquela que est coram rege inter ipsum regem et ipsum Gilbertum de cameraria regine in coronatione regis, unde diem habet a die Pasche in unum mensem.

Gwido de Sancto Amando attornavit Henricum de Foxton' in loquela que est coram rege inter ipsum regem et ipsum Gwidonem de terra que fuit Willelmi de Nevill' in Chaldewic', cujus terre custodiam concessit rex R. Cycestrensi episcopo, unde diem habet a die Pasche in xv. dies.

Emma filia Ade attornavit coram rege Oliverum Motin loco suo in loquela que est in curia regis Bedef' contra priorem de Caldewell' et priorissam de Chikessant', de vij. messuagiis et xij. acris terre in Bedeford'.

Abbas de Evesham' attornavit Hugonem de Dore et Ricardum filium Ade in loquela que est in curia regis de Slohtr' contra Robertum Gerard', petentem, de j. pertica terre in Slohtres.

Agatha Trussebot attornavit Radulfum de la Vache in loquela que est in comitatu Buk' inter ipsam Agatham et Walterum Duredent de xx. acris terre in Chalfund Sancti Egidii.

Abbas de Tyleteye attornavit Henricum de Fuleburn' in loquela que est in comitatu Essex' inter Johannem de Litlebur' et predictum abbatem de serviciis et consuetudinibus que predictus Johannes exigit a predicto abbate.

1237.
[m. 15*d*.] Robertus de Penrys et Agnes, uxor ejus, attornaverunt Rogerum de Renny in loquela que est in comitatu Devonie contra Archembald' le Flemeng de manerio de Chymewell' cum pertinentiis.

Gilbertus Marescallus, comes Penbr', attornavit Ricardum Walerand' in loquela que est in curia Dublin' inter ipsum et episcopum Osseriensem de castro et manerio de Dervach' cum pertinentiis. Teste rege apud Merton', xj. die Aprilis.

Dies datus est commune de Aldingebir' et Stephano de Segrave, de loquela que est inter eos coram domino rege de consuetudinibus et serviciis, a die Pasche in xv. dies coram eodem rege.

Robertus filius Willelmi attornavit [*Unfinished.*]

Willelmus de Canvill' attornavit Galfridum de Canvill' et Willelmum Russell' in assisa mortis antecessoris quam Mauricius filius Geroldi arramiavit versus predictum Willelmum in curia regis de tenemento in Toysz de Honningel' et in Clommor *[et in loquela que est in eadem curia inter Robertum Brun et uxorem ejus, querentes, et ipsum Willelmum, deforciantem, de rationabili dote ipsius uxoris in Kyllimelagh']; et in loquela que est in eadem curia inter Walterum Bacun et Feliciam, uxorem ejus, querentes, et ipsum Willelmum, deforciantem, de maneriis de Kanterdunestok' et de Fedemer cum pertinentiis. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Aprilis.

Memorandum quod Adam Rolland' venit coram rege die Mercurii proximo post Dominicam in Ramis Palmarum apud Mertun' et petiit terram suam apud Hull' sibi replegiari quam Ricardus Rollaund petit versus predictum Adam in curia regis per breve regis et que capta est in manum regis per defaltam ipsius Ade. Et est loquela illa coram domino rege.

Reginaldus filius Willelmi attornavit Ricardum filium Mace in loquela que est in comitatu Norhampt' inter ipsum Reginaldum et Philippum filium Roberti de sexties xx. acris terre in Wytefeld'. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Aprilis.

Abbas de Majori Monasterio attornavit Gilbertum, monacum suum, in loquela que est in comitatu Devonie inter ipsum et Robertum Burnel de terra in Westecote. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Aprilis.

Amandus de Wudehall' attornavit Elyam de Wadingwurth' in loquela que est in comitatu Linc' inter ipsum et Johannem Luveles' de averiis ipsius Amandi captis et injuste detentis. Teste rege apud Kenet', xxij. die Aprilis.

Mandatum est principi de Abberfrau quod, quando mittit ad regem Davidem filium suum, mittat cum eo dominum de Sancto

* The words in brackets have been cancelled in the MS.

1237.
[m. 15d.] Asapho et Edenevet', fidelem ipsius principis, qui plenam potestatem habeant tractandi cum rege de pace et eam inter regem et ipsum principem firmandi. Teste rege apud Kenet', ut supra.

Rex mittit ad nundinas Sancti Ivonis Willelmum Scissorem et Johannem le Flemeng ad emendum ad opus regis mille et centum ulnas de viridi et murice ad robas militum, et novies xx. ulnas de murice ad opus clericorum, et ccc. et xl. ulnas de murice et viridi ad opus servientum, et xl. robas burelli ad valettos, et viij^{xx} ulnas de murice et viridi ad dominas et domicellas, et quater viginti ulnas scarlette, et xviij. penulas et vj. furruras de minuto vario, et xl. furruras ad vallettos, et cc. cendallorum, et unum miliarium cere. Et mandatum est ballivis predictarum nundinarum quod predictis servientibus Willelmo et Johanni sint auxiliantes ad negotia predicta regis expedienda. Teste rege apud Kenyton, xxiij. die Aprilis.

Hybernia.—Mandatum est justiciario Hybernie quia expedit regi quod de agendis regis in Hybernia et de statu terre regis Hybernie aliter disponat de consilio fidelium regis * nec propositum regis in hac parte ad utilitatem regis poterit rex adimplere quantum ad ordinacionem predictorum sine presencia ipsius justiciarii, quatinus apposita salva custodia in castris regis Hybernie et proviso quod agenda regis in absentia ipsius justiciarii prospere procedant, non omittat quin sit ad regem in Anglia citra instans festum Sancte Trinitatis, anno regni regis xxj. Teste rege apud Kenynt', xxv. die Aprilis.

Eodem modo scribitur { domino Dublinensi
archidiacono Dublinensi
Hugoni de Lascy }
quod ad terminum predictum cum ipso justiciario veniant in Angliam.

Et mandatum est eidem justiciario quod omnes denarios quos habet de thesauro et quos interim perquirere poterit secum deferat ad terminum predictum.

Abbas de Dore attornavit Willelmum Corbin et Rogerum speciarium in loquela que est in curia regis Oxonie per breve regis de recto inter Margaretam que fuit uxor Willelmi Aurifabri et ipsum abbatem de uno mesuagio cum pertinentiis in Oxonia. Teste rege apud Kenynt', xxiiij. die Aprilis.

Johannes filius Willelmi attornavit Petrum Bruman in loquela que est in curia regis de Awelton' inter ipsum Johannem et Ricardum filium Roberti Pewel de xiij. acris terre et dimidia in Awelton'. Teste rege apud Kenynt', xxviij. die Aprilis.

* *The words* 'in hac parte' *cancelled here.*

1237.
[m. 15*d*.] Mandatum est baronibus de Scaccario quod Robertus le Lou venit ad regem die Lune in crastino Clausi Pasche et moram fecit cum rege per preceptum regis usque ad diem Jovis sequentis et quod ipsum Robertum propter absentiam suam diebus predictis ad Scaccarium regis non occasionent, quia rex ei absentiam suam warantizat. Teste rege apud Windles', xxx. die Aprilis.

Illud

Willelmus de Botereus attornavit Thomam Shirray in loquela que est in comitatu Cornubie inter ipsum Willelmum et Ricardum de Tintager de consuetudinibus et serviciis. Teste rege apud Rading', ij. die Maii.

Hybernia.—Rex Mauricio filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Veniens ad nos frater Adam, abbas de Magio, conquerendo nobis monstravit quod cum Mauricius de London' implacitasset fratrem Willelmun, quondam abbatem ejusdem loci, predecessorem suum, qui postea cessit abbacie sue, et postea fratrem Donatum ei substitutum qui postea depositus fuerat, super quibusdam terris et possessionibus in Hibernia quas petebat versus abbates predictos, idem Mauricius non destitit loquelam suam prosequi contra abbaciam predictam tempore medio quo vacabat per cessionem predicti fratris Willelmi et depositionem dicti fratris Donati usque ad promotionem supradicti abbatis, unde cum non esset qui ad placitum illud respondere possit eo tempore, versus abbaciam predictam occasiones quaerit intendens ipsam per defaltas, quas dicit eam fecisse tempore vacationis sue, graviter dampnificare. Et quia iniquum esset manifeste et contra legem terre regis quod occasione predicta dampnum incurreret abbas predictus vel in aliquo esset perdens, vobis mandamus quod abbatem ipsum propter hoc in nullo occasionetis nec pro defaltis reputari faciatis quod tempore predicto omissum est. Teste me ipso apud Rading', ij. die Maii, anno regni nostri xxj.

Rex vicecomiti Kancie, salutem. Pone per vadium et salvos plegios de Boxle, Sancte Radegundis, et de Lesnes abbates quod sint coram justiciariis nostris apud Westmonasterium in octabis Sancte Trinitatis ostensuri quare tenuerunt placita in curia christianitatis super advocationibus ecclesiarum maneriorum prioris et monachorum Sancte Trinitatis Cantuarie, et super xenniis que idem archiepiscopus percipit de maneriis ipsorum prioris et monachorum, et super obedientiis domus Sancte Trinitatis Cantuarie contra prohibitionem nostram, cum placita de advocationibus ecclesiarum alibi teneri non debeant nec consueverint in regno nostro quam in curia nostra; et preterea cum, vacante archiepiscopatu Contuariensi, ad nos et heredes nostros dictorum xenniorum perceptio et predictarum obedientiarum dispositio pertineat. Pone etiam per vadium et salvos plegios predictum priorem quod tunc sit ibi ostensurus quare secutus est idem placitum in eadem curia contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste rege apud Windles', v. die Maii. Per W. de Raleg'.

1237.

[m. 15*d.*] Rex Waltero de Burgo, salutem. Monstraverunt nobis Elyas de Westcot', Radulfus le Bastard et Petrus de Heghes, quod, cum ipsi liberi homines et libere tenentes nostri sint de manerio nostro de Awelton', quibus etiam nuper fieri precepimus seisinam de terris ipsorum unde ipsos alias disseivistis, vos predictos homines nostros de tenentibus suis iterato disseivistis, et ideo vobis mandamus quod, si ita est, faciatis habere eisdem hominibus talem seisinam de predictis tenentibus suis qualem inde prius habuerunt, salvo nobis clamio nostro cum versus eos inde loqui voluerimus. Teste rege apud Windles', viij. die Maii.

Datum est intelligi regi quod quidam milites et servientes de partibus Flandrie venientes jam in Angliam transferunt se in habitu mercatorum, aliquando xx. aliquando x. aliquando pauciores, versus partes Scotie ut pacem regis perturbent et regni regis. Et ideo mandatum est ballivis Norht' quod in fide qua regi tenentur et sicut regem et honorem regis diligunt, diligenter inquirant siqui tales per balliam suam versus partes predictas transeant. Et si quos invenerint de hujusmodi transeuntibus per balliam suam ipsos arestari faciant et salvo custodiri donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Wind', ix. die Maii.

Eodem modo mandatum est {
- vicecomiti Norht'.
- vicecomiti et ballivis Eboraci.
- vicecomiti Cumberl' et ballivis de Karl'.
- vicecomiti de Westmer'.
- vicecomiti Norhumbr' et ballivis Novi Castri super Tynam.
- vicecomiti et ballivis Notingham.
- vicecomiti et ballivis de Lancastr'.
- Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Norwicensis.

Willelmus Huscarl' attornavit Reginaldum le Gentil in loquela que est in comitatu Sumers' contra Willelmum de Marisco. Teste rege ut supra.

Francus de Ermenya attornavit Henricum de Wesco contra Hugonem Wak' de eo quod acquietet ipsum de servicio quod Margeria de Ripariis exigit ab eo de libero tenemento quod de eo tenet in Wyton' et in Wesco. Teste rege apud Wind', ix. die Maii.

[m 14*d.*] Mandatum est vicecomiti Devonie quod, assumptis secum xij. probis et legalibus hominibus de comitatu suo, in propria persona sua accedat ad terras abbatis de Dunekewell' et Mathei de Bampton' in Wulferchirche et in Cumba, et per sacramentum eorundem fieri faciat perambulationem inter terram ipsius abbatis in Wulferchirche et terram predicti Mathei in Cumba. Ita etc. Teste rege apud Wind' ix. die Maii.

Ricardus de Gray attornavit Walterum de Preston' contra Ricardum et Willelmum de Wrabrun' in loquela que est inter eos in comitatu Norf'. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Maii.

1237.
[m. 14*d*.] Walterus de Ridewar'* attornavit Willelmum de Burnham, et Matillis uxor ejus attornavit Willelmum de Leyham contra Galfridum Pecche, Elam matrem ejus, et Symonem de Skelling' in loquela que est in comitatu Suff' inter eos. Teste rege ut supra.

Ricardus filius Nicholai attornavit Nicholaum filium Ricardi contra Ricardum filium Willelmi in loquela que est inter eos in comitatu Huntindon' de duabus virgatis terre cum pertinentiis in Lecton.' Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Maii.

Matheus de Lovayn attornavit Abraham filium Thome et Philippum de Stallo in loquela que est inter ipsum et Philippum Basset in comitatu Essex', de averiis ipsius Philippi captis et injuste detentis. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Maii.

Eboracum.—Brianus filius Alani attornavit loco suo Michaelem filium Michaelis et Everardum de Wratting' versus Gillebertum de Gant de medietate manerii de Ryth.' Teste rege ut supra.

Eboracum. Jodlanus de Nevill' attornavit Johannem de Pikehal' et Alanum de Heyling' in loquela que est in comitatu Eboraci contra Willelmum filium Willelmi de j. molendino in Rokeby. Teste rege ut supra.

Mandatum est custodi terre et heredis Hugonis Russel quod ex quo constiterit ei per certum nuncium suum quem sine dilatione mittat usque Thorn' ad abbatem de Thorn' qui languidus est, ut dicitur, quem idem abbas attornare voluerit ad sectam faciendam ad hundredum predicti heredis de Falewell', ipsum quem ad hoc coram dicto nuncio suo attornaverit ad hoc sine difficultate recipiat. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Maii.

Eodem modo mandatum est abbati Sancti Petri de Burgo de hundredo libertatis ipsius abbatis. Teste ut supra.

Mandatum est justiciariis assignatis ad gaiolam Wintonie deliberandam quod Caperonum vadlettum regis, quem quidam probator appellat de societate, per plevinam dimisit W. comiti Warenn', Amaurico de Sancto Amando et aliis, habendum coram eis in curia regis ibidem ad standum recto super appello predicto; et audito appello prefati appellatoris versus ipsum Caperonum et defensione ipsius Caperoni erga eum, ita quod ad judicium sit perventum super appello et defensione, non procedant ulterius set sub sigillis suis recordum ejusdem appelli et defensionis regi transmittant, interim predictum probatorem salve custodientes et prefatum Chaperonum sub plevina predictorum dimittentes. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Maii.

Rex constituit Radulfum filium Reginaldi visorem operationum castri regis de Rockingh' una cum Ricardo de Mideltun'. Et inde habuit litteras idem Radulfus et alias predictus Ricardus. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Maii.

* 'et Matillis uxor ejus' cancelled in MS.

1237.

[m. 14*d*.] *De malefactoribus foreste regis.* Mandatum est vicecomiti Oxonie quod ponat per vadium et salvos plegios Johannem Mus de Watelegh', Bartholomeum servientem Johanne de Forsthill', Willelmum messorem ipsius Johanne, Willelmum Grosmund', quod sint coram rege quando precipiet rex responsuri de malefacto foreste regis unde rettati sunt et indictati, et Willelmum filium Bernardi et Walterum de Fonte quod tunc sint coram rege responsuri quare receptaverunt predictos malefactores contra pacem regis; et quod habeat ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Bed' quod ponat per vadium etc. Jordanum de Blunham, Johannem de Blunham, Willelmum de Blunham, Henricum de Blunham, Willelmum de Scandeya, Johannem de Wrassingewurth', Robertum de Chikesaund, Ernaldum de Wrassingewurth', qui rettati sunt de malefacto foreste regis. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Wigornie de Johanne de Wigornia, Roberto de Wigornia, Roberto de Pidel', Willelmo de Pidel', Ricardo de Persor', Johanne de Persor', qui rettati sunt de malefacto foreste regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod, visis litteris istis, capiat Rogerum de Hybernia pro malefacto foreste regis unde rettatus et indictatus est, et eum salvo custodiri faciat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Eodem modo modo mandatum est vicecomiti Hertford' de Galfrido de Childewic' juniore, et Willelmo de Gorham. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Norht' de Henrico de Alecot', Willelmo de Rod', Philippo de Quentun' et Johanne, fratre ejus, Willelmo le Lou de Eston', et Alexandro le Mouner de Bosenhou, rettatis et indictatis de malefacto foreste regis per viridarios et forestarios regis, et de Roberto fullone de Rockingham' et Henrico, filio ejus, pro receptamento predictorum malefactorum; et omnes predictos in prisona regis salvo custodiri faciat donec rex aluid inde preceperit. Teste ut supra.

Walterus de Funteneys attornavit Johannem le Flemeng' versus Robertum de Bailol de placito quod est inter eos in comitatu Oxonie de medietate manerii de Rollesham'. Teste ut supra.

Rogerus de Neweham attornavit Thomam Facehen versus Alanum de Berton' in placito quod est inter eos in comitatu Cantebrigie de quarta parte unius acre terre cum pertinentiis in Neweham.

Ernisius de Duneheved' ponit loco suo Ricardum de Avelton' et Willelmum Balle versus Randulfum de Flury de duabus carucatis terre cum pertinentiis in Nyhenhid' et Wythel' in comitatu Sumers'; et in loquela que est in eodem comitatu inter ipsum Ernisium et Andr' que fuit uxor Thome de Flury de una acra terre in eisdem villis; et versus Robertum Beset' et Margaretam, uxorem ejus, de placito quod est inter eos in eodem comitatu de una carucata terre cum pertinentiis in eisdem villis.

1237.
[m 14*d*.] Johanna uxor Gwidonis de Sancto Amando attornavit loco suo Willelmum de la Bere et Johannem le Taillur in loquela que est coram rege inter ipsum et predictos Gwidonem et Johannam de custodia terre Willelmi de Nevill' in Shaldewic', cujus custodiam rex concessit domino Cycestrensi.

Contra monacos Cysterciensis ordinis.—Mandatum est vicecomiti Rotel' quod in pleno comitatu suo et per omnes bonas villas comitatus sui et per totam balliam suam publice clammari et ex parte regis firmiter prohiberi faciat ne aliquis monachus vel conversus Cisterciensis ordinis lanam vel coria emat aliis vendenda, nec aliquis eis hujusmodi mercandisas vendat per manum suam iterum vendendas. Et si decetero aliquis monachus vel conversus prefati ordinis interceptus vel convictus fuerit super hujusmodi emptione tam mercandise quam denarii eis quorum fuerint deperdentur et ad opus regis incurrentur.

Eodem modo mandatur omnibus vicecomitibus Anglie.

De malefactoribus itinerantibus in comitatu Essex'.—Ad regis pervenit notitiam quod plures malefactores itinerant per comitatum Essex' conversantes et receptantes in boscis regis manifeste sine eo quod clamorem vel uthesium super eos levari faciant comites, barones, milites, liberi homines, et omnes alii de comitatu Essex'. Immo, quod pejus est, vicini necessaria eis in boscis suis faciunt transmitti, ipsos etiam in domibus suis receptantes. Pro quo mittit rex Johannem filium Galfridi, Amauricum de Sancto Amando, senescallum regis, et Willelmum de Gulewurth' ad providendum qualiter dicti malefactores compescantur et pax regis firmiter observetur. Et ideo mandatum est eisdem comitibus, baronibus, liberis etc. quod efficax consilium ad hoc apponere curent, scituri quod providebit rex qualiter, amotis dictis malefactoribus a partibus Essex', pax regis ibidem inviolabiliter observetur per eos, ita quod regi respondere possint sufficienter super attemptatis contra pacem regis per hujusmodi malefactores vel rex servientes ponet in partibus illis super bursas suas qui pacem regis servent ibidem ; eligant quod maluerint. Videtur enim non inmerito nobis et consilio regis dictos malefactores esse de consanguinitate vel familiis suis, ex quo non solum clamorem vel uthesium super eos non levant, set, quod majus est, ipsos pascere et in domibus suis receptare non omittant. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. die Maii.

Et mandatum est vicecomiti Essex' quod, visis litteris istis, per totam balliam suam in singulis hundredis clamari faciat quod comites, barones, milites, liberi homines, et de singulis villis quatuor homines et prepositus, sint apud Writel' instanti die Martis proxima ante Pentecosten' coram predictis Johanne, Amaurico, et Willelmo quos rex illuc mittit ad providendum de consilio omnium de
[m. 13*d*.] comitatu suo qualiter pax regis servetur ibidem contra malefactores qui itinerant per partes illas et pacem regis perturbant. Teste ut supra.

1237.
[m. 13*d*.]

Eboracum.—Johannes filius Roberti attornavit Reginaldum de Donecastre et Willelmum de Leverton' contra Hugonem de Wodehus' de j. bovata terre in Wuttewurth'. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Maii.

Midd'.—Philippus Thorold attornavit Johannem le Hare in loquela que est in comitatu Midd' inter eum et Edwardum de terra in Estlalham. Teste rege ut supra.

Eboracum, de tradendo in ballium.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod, si Hugo filius Gerardi, captus et detentus in prisona regis de Eboraco pro appello quod Alexander le Cuverur facit versus eum de pace regis fracta, invenerit ei salvos plegios de respondendo dicto Alexandro coram justiciariis regis ad primam etc. de pace regis fracta, tunc ipsum Hugonem per predictos plegios dimittat. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Maii.

Hybernia.—Mandatum est Mauricio filio Geroldi, justiciario regis Hybernie, quod per visum proborum et legalium hominum partium Hybernie assideri faciat et teneri assisam vinorum in Hybernia, tam de vinis albis quam de vinis rubeis, prout melius inde viderit expedire. Teste ut supra.

Mandatur eidem justiciario quod, si illi qui fuerunt cum inimicis regis una cum R. Marescallo, quondam comite Penbr', in prelio de Kildar' et remanserunt ad terras predictorum inimicorum custodiendas et dampna et gravamina intulerunt vicinis suis existentibus in servicio regis in partibus illis, terras eorum depredando, ad pacem regis venire voluerint, eos ad pacem regis recipiant (*sic*) et ab eis sufficientem redemptionem ad opus regis capiant (*sic*). Teste rege ut supra.

Mandatum est Roberto de Stopeham [*cancelled*].

Rex magistro R. archidiacono Oxoniensi, salutem. Cum super jure patronatus hospitalis Sancti Johannis Oxonie nobis questio referri non possit nec debeat, utpote qui pro salute antecessorum nostrorum idem hospitale fundavimus ac de bonis nostris ditavimus, miramur non modicum ac pariter movemur quod vos, nobis irrequisitis, fratrem Willelmum cui administrationem spiritualium ejusdem domus ad tempus commisimus amoventes, Elyam capellanum ejusdem hospitalis magistrum prefecistis in regie dignitatis prejudicium et gravamen. Quocirca nos requirimus firmiter prohibentes ne falcem vestram mittatis in messem alienam, set potius jure vestro contenti jus patronatus quod in dicto hospitali obtinemus perturbare desistatis, culpam precedentem per patientiam subsequentem taliter redimentes ne decetero de talibus ad aures magnificentie nostre querela perveniat. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Maii.

Idem mandatum est domino R. Lincolniensi, et quod det ipsi archidiacono in mandatis ut quod presumptum est ab eo in hac parte, sine more dispendio studeat revocare. Teste rege ut supra.

1237.
[m. 13*d*.] Mandatum est Johanni de Nevill' quod cartam regis quam rex fieri fecit archiepiscopis, episcopis, abbatibus et prioribus, comitibus, baronibus, militibus, et omnibus aliis de regno regis Anglie de libertatibus et quietanciis eis concessis per aliam cartam regis factam dum rex fuit infra etatem, legi et in tota ballia sua in comitatu Norht' firmiter teneri faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Maii.

Eodem modo mandatum est constabulario Sancti Briavelli. Teste rege ut supra.

Deronia.—Warinus de Kenel' attornavit Jordanum de Radeslo contra Willelmum Pippard de terra in Laverk'ber'. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Maii.

De venatoribus regis, quod non currant.—Mandatum est Rogero de Stopeham quod post susceptionem litterarum regis non currat cum canibus regis ad venationem capiendam in foresta regis de Blakemor', set accedat ad regem cum canibus regis, et venationem quam ibi ceperit liberet Ricardo de Wrotham; et ipsi Ricardo quod non permittat ipsum plus currere. Teste ut supra.

Eodem modo mandatur:

Johanni et Philippo, venatoribus regis missis ad venandum in foresta regis de Chetel; et Ricardo de la Lade quod non permittat etc. Teste ut supra.

Willelmo May and Willelmo Luvel, missis ad venandum in foresta regis de Dene, et constabulario Sancti Briavelli quod non permittat etc. Teste ut supra.

Willelmo filio Walkelini, misso ad venandum in foresta regis de Kannoc, et Hugoni de Log' quod non permittat etc. Teste ut supra.

Norht'.—Radulfus Basset et Beatricia, uxor ejus, attornaverunt Willelmum de Weledon' in loquela que est in comitatu Norht' inter ipsos et Rogerum Race de uno messuagio cum pertinentiis in Sclipton'. Idem Radulfus attornavit eundem Willelmum in loquela que est in eodem comitatu inter ipsum et priorem de la Lande, Johannem de Chancel', et Radulfum Taylehaste de consuetudinibus et serviciis que idem Radulfus exigit ab eis de libero tenemento suo quod de eo tenent in Weledon' et Pycceleg'. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. die Maii.

Reginaldus de Albo Monasterio attornavit Benedictum de Cumb' contra Albredam de Boterell' in loquela que est inter eos de consuetudinibus et serviciis. Teste rege ut supra.

Devonia.—Abbas Majoris Monasterii attornavit Gilbertum, monacum suum, et Robertum de Berdesye contra Rogerum de Hele de manerio de Turveton' cum pertinentiis. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Junii.

1237.
[m. 13d.] Idem abbas attornavit eosdem Gilbertum et Robertum contra Robertum Brunel de dimidia carucate terre in Wostcot'. Teste ut supra.

Hamo de Valeynes [attornavit] Jervasium de Aldermanesby contra custodem honoris Glouc' de serviciis et consuetudinibus quas idem custos exigit ab eo de tenemento in Gyceseye (*sic*). Teste ut supra.

[m. 12d.] Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod assumptis secum xij. probis et legalibus hominibus de comitatu suo in propria persona accedat ad terram Walteri de Godarvill' de Magna Cheverel et terram Alexandri de Cheverel de Parva Cheverel, et per sacramentum proborum et legalium hominum fieri faciat perambulationem inter terram predicti Walteri, de Magna Cheverel, et terram predicti Alexandri, de Parva Cheverel. Ita quod perambulatio illa fiat per rectas et certas divisas et metas quia predicti Walterus et Alexander posuerunt se coram rege super perambulationem illam, et sub sigillo suo etc. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Junii.

Linc'.—Johannes de Nevill' attornavit coram rege Robertum filium Philippi in loquela que est in comitatu Linc' per breve regis de consuetudinibus et serviciis que idem Johannes exigit a Willelmo filio Hugonis de tenemento in Parva Karleton'. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Junii anno xxj.

De attornato.—Fulco filius Warini attornavit coram rege Johannem de Ebroicis et Ricardum de Rochford' ad lucrandum vel perdendum in assisa mortis antecessoris quam idem Fulco aramiavit versus Johannem Travers et Hugonem Purcell' de terra in Docoinell' Glencaveran', vel eorum alterum, si ambo interesse non possunt. Teste ut supra.

G. comes Penbrok', ponit loco suo Ricardum Walerand' in loquela que summonita est coram justiciariis apud Dubblin', cum in partes illas venerint, inter ipsum comitem, petentem, et Walterum, Ossoriensem episcopum, de castro de Dervach', et quatuor carucatis terre cum pertinentiis in Dervach'. Teste rege ut supra.

Kancia.—Agatha uxor Willelmi de Wahull' attornavit ipsum Willelmum etc. contra Robertum de Godineton' et Isabellam, uxorem ejus, Radulfum de Glanvill' et Ceciliam, uxorem ejus, tenentes, de tercia parte duorum messuagiorum in Hardres'.

Kancia.—Gunnora filia Hereward' attornavit coram rege Robertum Chalke ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Kancie per breve de recto inter ipsam Gunnoram, petentem, et Johannem de Cobbaham', tenentem, de novem acris marisci in Chalk'. Teste rege apud Roffam', xij. die Junii.

1237.

[m. 11*d*.] *Cornubia'*.—Reginaldus le Chauncelr' attornavit Rollandum de Pudiford' in loquela que est in comitatu Cornubie inter ipsum Reginaldum, petentem, et Willelmum filium Ricardi, Johannem de Crupher et Ricardum de Lissemor, tenentes, de una acra terre cum pertinentiis in Bassehan' et dimidiam acram terre cum pertinentiis in Lissemor'. Et mandatum est vicecomiti Cornubie quod ipsum Rollandum ad hoc recipiat. Teste etc.

Rex probis hominibus suis Bristoll', salutem. Significastis nobis quod quidam depredatores in mari ceperunt quosdam obsides a quibusbam mercatoribus Hibernie, Dublin' et Droghedan', certum terminum eisdem mercatoribus statuentes quo certam pecunie summam eis solvant, scilicet sexties viginti libras, pro redemptione obsidum predictorum. Nolentes igitur quod predicti obsides per defectum predicte redemptionis non solute corporum suorum incurrant (*sic*) vobis mandamus quod de catallis predictorum mercatorum, tam vivorum quam mortuorum, que in navibus ipsorum in villa vestra arestari fecistis, libere vendere usque ad summam predictam permittatis ad redemptionem obsidum predictorum solvendam, proviso quod pecunia illa solvatur per testimonium proborum hominum illorum quibus solvi debet. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Junii.

Rex. L. principi de Aberfraw et domino de Snawdon', salutem. Dilectioni vestre significamus quod, cum audissemus treugas inter nos et vos prorogari per fratrem Theodericum, priorem Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia ab instanti festo Sancti Jacobi usque in unum annum sequentem, bene nobis placuit et prorogationem illam gratam habuimus et acceptam; et sicut vos ex parte vestra per quosdam fideles vestros ipsam jurari fecistis in animam vestram, sic et nos dilectos et fideles nostros Willelmum de Ferariis, Amauricum de Sancto Amando, Ricardum de Grey, Hugonem de Vivonia, et Hubertum Hose, jurare fecimus in animam nostram quod treugam ipsam in forma provisa et concessa faciemus firmiter observari, et super hoc vice nostra litteras nostras patentes vobis transmittimus per Simonem, clericum vestrum ad nos transmissum, plene vobis regraciantes quod dilectum nepotem nostrum, David, filium vestrum, parati fuistis ad nos mittere cum quibusdam fidelibus vestris usque Wygorniam sub conductu ad hoc proviso a die Sancte Trinitatis in quindecim dies, sicut fieri desideravimus. Cum autem ad diem illum propter temporis brevitatem loco predicto nullo modo possimus habere presentiam dilecti fratris nostri R. comitis Pictavie et Cornubie, W. electi Valenti', Simonis de Monte Forte, et quorundam aliorum fidelium nostrorum sine quibus de negociis ididem expendiendis non esset nobis expediens tractare; de consilio nostro duximus diem illum a festo Sancte Trinitatis in quindecim dies prorogare usque ad festum Sancti Petri ad Vincula et tunc, dante Domino, erimus apud Wygorniam in occursum predicti nepotis nostri, filii vestri, et aliorum quos cum ipso estis illuc missuri, et ad ipsos conducendos ad nos premittemus venerabiles patres R. Herefordensem A. Coventrensem episcopos, et dilectos et fideles nostros

1237.
[m. 11*d*.] J. comitem Linc', vel W. comitem Auberm' loco suo, Walterum de Clifford', Radulfum de Mortuo Mari, et Johannem Extraneum, ita quod erunt apud Salopsbr' in festo Sancti Jacobi Apostoli ipsos conducturi usque Wygorniam. Et hoc dilectioni vestre significamus rogantes quatinus mutationem istam gratam habentes, ad terminum predictum, videlicet festum Sancti Jacobi, predictum nepotem nostrum et alios fideles vestros quos cum eo missuri estis, promptos esse faciatis et paratos apud Salopiam in occursum predictorum fidelium nostrorum qui ipsos salvo et honorifice, sicut decet, ad nos conducent. Teste rege apud Westmonasterium, xvj die Junii.

Et mandatum est singulis predictorum conductorum, exceptis comite Linc' et comite Aubemarl', quod sicut scriptum est superius faciant. Teste ut supra.

Memorandum quod dominus cancellarius liberavit fratri Galfrido litteras Lewlini de prorogatione trewgarum a die Sancti Jacobi anno regni regis xxj. usque in unum annum sequentem, selicet, usque ad festum Sancti Jacobi anno xxij.; et liberate sunt ei die Martis proxima post festum Sancte Trinitatis.

Pro rege.—Memorandum quod mandatum est justiciario Hibernie et thesaurario Hibernie quod duo milia marcarum que prompta habuerunt ad Pentecosten proximo preteritam, et alios denarios quos perquirere poterunt interim, secum deferant in adventu suo in Angliam citra Assumptionem Beate Marie.

De attornato.—Willelmus Malebis attornavit corom rege Johannem de Warewyc' in loquela que est in comitatu Eboraci inter Willelmum Maleshoures, petentem, et ipsum Willelmum, tenentem, de duabus bovatis terre cum pertinentiis in Copmanethorp'. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Junii.

De Scotia.—Henricus de Bailloll', Willelmus de Lindes' et Magister Abell' venerunt ad dominum regem et petierunt a domino rege quod ipse redderet regi Scotie domino comitatum Huntendon' de quo J. comes, nuper obiit seisitus; et hoc ratione, ut dicunt, quod idem comes de eo tenuit comitatum illum et idem comes dum fuit infra etatem fuit in custodia ejusdem regis Scotie occasione predicti comitatus. Et petunt seisinam domini sui de custodia, licet ad hoc specialiter non mittantur. Quibus ita responsum est a domino rege et consilio suo quod non debet nocere domino regi quia si predictus Johannes comes unquam fuit in custodia ipsius regis Scotie, hoc fuit tempore Huberti de Burgo, comitis Kancie, qui amicus fuit et familiaris ipsi regi Scotie, et qui regnum Anglie habuit in manu sua, et dum ipse dominus rex Anglie fuit infra etatem. Et potius deberet pertinere ad dominum regem custodia illa quam ad aliquem alium, quia talis est lex Anglie et consuetudo hucusque approbata et optenta in Anglia ab omnibus, tam majoribus quam minoribus, quod a quibuscumque quis fuerit feoffatus, dum tamen a domino rege feoffatus sit aliquo tempore per tenementum quod tenetur per servicium militare, quod dominus rex

1237.

[m. 11*d*.] habebit custodiam omnium terrarum tam de feoffamento aliorum quam de feoffamento proprio. Verumptamen quia omnes heredes ipsius comitis jam plene etatis sunt dominus rex reddit eidem regi Scotie seisina (*sic*) de feodo suo, ita tamen quod omnibus inde jus habentibus justicia teneatur. Et hoc facit ei specialiter quia heredes sunt plene etatis et non ratione predicte seisine quam dominus rex habet pro nulla: salvis tamen ipsi domino regi Anglie quatuor maneriis que fuerunt in manu ipsius comitis et que idem comes tenuit de domino rege in capite.

Devonia.—Lucas de Barry attornavit coram rege Radulfum Barn' in loquela que est in comitatu Devonie per breve de recto inter ipsum Lucam, petentem, et Robertum de Sechvill' et Michel' uxorem ejus, tenentes, de feodo dimidii militis cum pertinentiis in Columb'. Teste rege apud Rading', xx. die Junii.

[m. 10*d*.] *De Cestria.*—Rex Henrico de Aldithleg', Stephano de Segrave, et Hugoni Dispensario, salutem. Sciatis quod ita provisum est de consilio nostro quod vos, Henrice, custodiatis castra de Cestria et de Rupe que fuerunt J. quondam comitis Cestrie, et que Walkelinus de Arden' nobis reddidit, cui precepimus per litteras nostras patentes quod castra predicta vobis liberet quibus custodiendis intendatis; et quod vos, Stephane, sitis justiciarius noster Cestr' ad justiciam exhibendam singulis conquerentibus in partibus illis secundum consuetudinem partium illarum, ita quod omnia placita et assise, tam de nova disseisina quam alia, mota tempore dicti comitis per brevia sua procedant; alia vero de quibus brevia impetrata fuerunt tempore predicti comitis et non exhibita vicecomiti non procedant; et que de cetero movenda sunt et orta post mortem predicti comitis placitentur per breve vestrum quod sub sigillo nostro fieri facias justiciam petentibus, in hiis et aliis justiciarii officio contingentibus diligenter vos intromittentes. Mandavimus enim baronibus et omnibus aliis de comitatu Cestrie quod vobis intendentes sint et respondentes tamquam justiciario nostro, et litteras nostras vobis inde mittimus patentes directas predictis baronibus et omnibus aliis, quos ita amicabiliter tractetis libertates suas eis conservando quod occasionem non habeant conquerendi de vobis. De molendinis quidem que post mortem predicti comitis audivimus prosterni a quibusdam de partibus illis vobis mandamus quod molendina illa reparari faciatis et redigi in statum quo prius fuerunt ab eisdem qui ea prostraverunt, de transgressione illa ipsos castigantes secundum merita singulorum. Et si alique terre que fuerunt predicti comitis ab aliquibus occupate fuerint vel alienate post mortem ipsius comitis, ipsas in manum nostram capiatis, terras dominicas de exitibus Cestresir' excoli facientes, que quidem fuerunt comitis memorati, ad melius quod poteritis. Et blada que sua fuerunt in terris seminata ad opus nostrum retineatis ab executoribus ipsius comitis pro precio rationabili per visum proborum et legalium hominum eisdem apposito. Similiter et balistas et alias armaturas inventas in castris predictis

1237.
[m. 10*d*.] et scaccaria cum scaccis et ciphis et hujusmodi que appreciari faciatis ut de precio, si justum fuerit, respondeamus eisdem executoribus sicut eis mandavimus. De redditu etiam Sancti Johannis Baptiste quem comes premanibus recepit, ut dicitur, provideatis quod homines qui illum solverunt ad ipsum iterato solvendum non compellantur, et quod nobis non depereat si quid de redditu illo ad nos pertinere debeat si ad executores predictos inde nos capere debeamus. De comitissa vero Cestrie, nepte nostra, vobis mandamus quod ipsam honorifice teneri et exhiberi faciatis donec de statu suo certificati fuerimus et de ipsa aliter providerimus. De constabulariis et ballivis retinendis uno modo vel alio totum relinquimus discretioni vestre ordinandum. Ordinatis igitur predictis negociis et aliis, quibus disponendis volumus interesse dilectum clericum nostrum quem ad vos mittimus, videlicet Johannem le Maunsell'; vos, Hugo, una cum predicto Johanne, clerico nostro, et Walkelino de Arden', ad nos veniatis de predictis negociis simul et de statu predicte comitisse nos certificaturi, et ut eisdem negociis secundum quod a vobis audierimus consilium expediens apponamus. Teste rege apud Oxoniam, xxij. die Junii.

Pro Warino filio Geroldi et Agnete, uxore ejus.—Warinus filius Geroldi attornavit coram rege Willelmum de Bechampton' et Galfridum de Landefeld' in loquela que est in comitatu Buking' per breve regis inter Henricum de Scaccario et Petronillam, uxorem ejus, et ipsum Warinum et Agnetem, uxorem ejus, de consuetudinibus et serviciis. Teste rege apud Wudestok', xxvj. die Junii.

Idem Warinus et Agnes, uxor ejus, attornaverunt coram rege Radulfum de Grendon' et Nicolaum le Mareschall' in loquela que est in eodem comitatu per breve regis inter predictos Henricum et Petronillam, uxorem ejus, et predictos Warinum et Agnetem de consuetudinibus et serviciis. Teste ut supra.

Hereford'.—Warinus de Monte Kanisio attornavit Walterum de Kingesbrg' in loquela que est in comitatu Hereford' per breve de recto inter ipsum Warinum, petentem, et episcopum Herefordensem, priorem de Cressewelly, Willelmum filium Warini, et Henricum de Bradel', tenentes, de octo carucatis terre et uno molendino cum pertinentiis in Hamm'.

Radulfus de Mortuo Mari et Gladusa, uxor ejus, attornaverunt coram rege Walterum Pauncefot' et Philippum filium Alani ad lucrandum vel perdendum in loquela que est coram justiciariis de Banco inter Rogerum de Chaundos, petentem, et ipsos Radulfum et Gladusam, tenentes, de una carucata terre cum pertinentiis in Knihteton'. Et idem Radulfus attornavit coram nobis loco suo eosdem Walterum et Philippum in loquela que est coram eisdem justiciariis inter predictum Rogerum, petentem, et ipsum Radulfum, tenentem, de duabus carucatis terre cum pertinentiis in Norton'; et in loquela que summonita est coram eisdem justiciariis per breve regis inter ipsum Radulfum, petentem, et Umfridum,

1237.
[m. 10*d*.] comitem Hereford', tenentem, de quatuor carucatis terre cum pertinentiis in Kinebauton': et in loquela que est coram eisdem justiciariis inter eundem Radulfum, petentem, et predictum comitem, tenentem, de tribus carucatis terre cum pertinentiis in Whytehurst'. Teste rege apud Wudestok', v. die Julii.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod, si baillivi E. Cantuariensis archiepiscopi, vel aliorum qui libertates habent in comitatu suo, quibus vicecomes denunciaverit quod eos capi faciant qui infra libertates suas rettati fuerint de felonia, negligentes sint ad eos capiendos, manum apponat ad ipsos capiendos auctoritate regis, non obstante aliqua libertate. Et si transgressores foreste vel parcorum archiepiscopi predicti vel aliorum in comitatu suo quos cepit vel capturus est decetero, inveniant sibi sufficientem securitatem ad standum inde recto quando et ubi preceperit rex, et quod decetero pacem regis conservabunt, per securitatem predictam eos dimittat. Teste rege apud Wudestok', x. die Julii.

Rex abbatibus de Boxl', Sancte Radegundis, et de Lesnes, salutem. Memoriter tenemus nos alias inhibuisse ne teneretis placitum in curia christianitatis inter venerabilem fatrem E. Cantuariensem archiepiscopum, ex una parte, et priorem et monacos Sancte Trinitatis Cantuarie ex alia, super advocationibus ecclesiarum, mariscis, exenniis, et serviciis hominum. Et quia, non obstante prohibitione nostra predicta, iterum summoneri fecistis eundem archiepiscopum ut certo die coram vobis compareat ad respondendum super premissis vel diem recipiendum quo per se vel procuratorem coram domino papa compareat inde responsurus, et littere apostolice quarum auctoritate hoc facitis per falsi suggestionem sunt impetrate cum contineant eandem causam in foro ecclesiastico alias fuisse tractatam nullo predecessorum nostrorum regum Anglie illam prohibente, quod manifeste falsum esse dinoscitur cum hujusmodi causa nullo tempore alibi quam in curia nostra et predecessorum nostrorum tractari consueverit, vobis districte prohibemus super omnia tenementa vestra que tenetis in regno nostro ne in dicta causa procedatis ipsi archiepiscopo diem prefigentes extra regnum nostrum vel alio modo ante adventum domini legati in Angliam, qui in januis est, cui volumus predicta communicare et in eisdem ejus uti consilio. Teste ut supra.

Willelmus de Albem' et Christiana uxor ej [*Cancelled.*]

Willelmus de Albem' attornavit loco Ricardum de Bolebec'. Christiana, uxor Willelmi de Albem', attornavit loco suo Petrum de la Champaygne. Isabella de Brus' attornavit loco suo Saer' de Wulaveston' et Willelmum de Lacu.	Versus dominum regem ad pretendum et recipiendum rationabilem partem suam que eos contingit hereditarie de terra que fuit J. comitis Cestrie, *a die Sancti Michaelis in unum mensem ubicumque dominus rex fuerit.

* These words following are cancelled in MS.

1237.
[m. 10*d*.] Rex vicecomiti Suthant', salutem. Datum est nobis intelligi ex parte dilecti et fidelis nostri Henrici de Ferlint' quod tu, occasione cujusdam precepti quod nuper tibi fecimus, quod scilicet cartam nostram quam fieri fecimus omnibus de regno nostro tam de foresta quam de aliis libertatibus in pleno comitatu legi et per totam bailliam tuam teneri faceres, clamari fecisti in baillia tua quod omnes milites et libere tenentes de boscis suis que deafforestate fuerunt per quandam perambulationem inde factam, que quidem perambulatio postea revocata fuit, pro voluntate sua venderent et disponerent, ita quod Willelmus Talemach', Johannes de Manebrig' et alii milites et libere tenentes qui boscos habent infra metas foreste nostre de la Bere occasione predicte clamationis de eisdem boscis suis vastum fecerunt et venditionem. Et quia non intelleximus per predictum preceptum nostrum deafforestare boscos per predictam perambulationem deafforestatos que quidem postea revocata fuit, ut predictum est, tibi precipimus quod predictam clamationem sine dilatione revocari facias, et firmiter prohiberi ne quis infra predictis metas foreste nostre de boscis suis vastum vel venditionem faciat nisi secundum legem et consuetudinem foreste, nec aliquis ibidem cum canibus ad venationem capiendam currat. Et, si quos inveneris infra predictas metas cum canibus currentes, ipsos capias et salvo custodias donec aliud inde preceperimus; et ita te in prefato negotio habeas ne propter negligenciam tuam ad te nos capere debeamus. Teste rege apud Wudestok', xiiij die Julii.

Et mandatum est viridariis ejusdem quod omnes articulos contentos in brevi viceconiti quantum in se est observent et quod sint in auxilium custodi predicte foreste ad eos capiendos qui cum canibus currerint infra metas predicte foreste ad venationem capiendam. Teste ut supra.

Walterus de Ridewar' attornavit coram rege Hugonem de Morleg' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Suff' inter Galfridum Pech', petentem, et ipsum Walterum et Matillidem, uxorem ejus, tenentes, de una carucata terre in Ketlebereston'. Teste rege apud Wudestok', xv. die Julii.

Matillis uxor ejusdam Walteri attornavit coram rege Simonem de Dereb' in eadem loquela. Teste ut supra.

[m. 8*d*.] Mandatum est episcopo Herefordensi quod, occasione adventus legati in Angliam, in cujus occursum rex tendit versus partes Dovr' pro arduis negociis statum regis et regni specialiter tangentibus, prorogavit rex diem colloquii inter ipsum regem et L. principem de Aberfraw' et dominum de Snowdon', usque in xv. dies a festo Assumptionis Beate Marie proximo instanti apud Wygorniam. Et quia non est necesse quod in instanti festo Sancti Jacobi sit apud Salopiam ad conductum faciendum David', filio dicti principis, et ceteris Walensibus cum eo venturis, sicut alias ei rex mandavit, rex eum rogat quod in octabis Assumptionis Beate Marie sit apud

1237.
[m. 8*d*.] Salopiam in occursum ipsius David' et eorum qui cum eo venturi sunt ad dictum colloquium et cum aliis magnatibus quibus rex idem mandavit ad conducendum eos usque Wygorniam quo rex erit, dante Domino, a dicto festo Beate Marie in quindecim dies. Teste rege apud Brehull', xvj. die Julii.

Eodem modo mandatum est { Coventrensi episcopo. W. comiti Albem'. Radulfo de Mortuo Mari. Henrice de Aldithleg'.

Et mandatum est Johanni Extraneo quod non est necesse quod ei occurrat quia Henricus de Aldithleg,' cujus loco fuit substitutus, veniet in propria persona sua. Teste ut supra.

Abbass de Osenh' attornavit coram rege Willelmum Lyrebon ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Oxonie inter Rogerum Amauri, petentem, et ipsum abbatem, tenentem, de quadam terra in Weston,. Teste ut supra.

Abbas de Sancto Albano attornavit Nicholaum de Tingr' et Petrum Bacun in loquela que est in comitatu Norhumbr' inter Patricium, comitem de Dumbar', petentem, et ipsum abbatem, tenentem, de manerio de Bewyc'. Teste rege apud Wind', xviij. die Julii.

R. Londiniensis episcopus, attornavit coram rege loco suo Johannem filium Radulfi et Willelmum de Ludewyc' in loquela que est in comitatu Essex' per breve de recto inter Hawysiam de War', petentem, et ipsum episcopum, tenentem, de sexaginta acris terre cum pertinentiis in Alethorn'. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Julii.

Willelmus Coffin attornavit coram rege Willelmum le Waleis ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Devonie inter predictum Willelmum, petentem, et Baldewinum de Halesbir' et Clariciam, matrem ejus, tenentes, de octava parte feodi unius militis cum pertinentiis in Halesbir', et in loquela que est in eodem comitatu per breve regis inter predictum Willelmum et Willelmum le Daneis et Margeriam, matrem ejus, de consuetudinibus et serviciis que predictus Willelmus exigit ab eis de libero tenemento suo quod de predicto Willelmo tenent in Alwenton'. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ipsum Willelmum ad hoc recipiat. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Julii.

Walterus de Skeftling' attornavit coram rege Ricardum de Auneburg' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Cumberland' per breve de recto inter ipsum Walterum, petentem, et Johannem de Auethorp' et Willelmum de Holderness, tenentes, de v. carucatis terre et dimidia cum pertinentiis in Auneburg'. Et mandatum est vicecomiti Cumberland' quod ipsum Ricardum ad hoc recipiat. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Julii.

1237.

[m. 8*d*.] Rex Rogero Bertram et sociis suis, justiciariis in episcopatu Dunholm', salutem. Mandamus vobis quod ad assisas capiendas vel alia placita ejusdem episcopatus placitanda, ad que vos justiciarios constitueramus, non procedatis donec aliud inde preceperimus nisi ad gaiolas ejusdem episcopatus deliberandas; quia nolumus quod predicte assise vel alia placita ejusdem episcopatus ad presens capiantur vel placitentur, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Augusti.

Editha filia Alurici et Mabilia, soror ejus, attornaverunt Johannem Gray ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Cantebrug' inter ipsas Editham el Mabiliam, petentes, et Alanum de Col' et Ivetam, matrem ejus, tenentes, de x. acris terre cum pertinentiis in Salxton'. Teste ut supra.

Johannes de Ulecot' attornavit loco suo Radulfum le Clerc' et Radulfum de Alec' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Northant' inter ipsum Johannem, petentem, et Jordanum filium Thurstani, tenentem, de dimidia virgata terre in Hullecot'. Teste ut supra.

Prior de Bermundesh' attornavit loco suo Walterum le Clerc ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Surr' inter Rogerum de Lond', petentem, et ipsum priorem, tenentem, de triginta et octo acris terre in Rotherhegh'. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Devonie, salutem. Precipimus tibi quod, assumptis tecum duodecim legalibus militibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad terram Andree de Luveputt' in Luveputte et terram Alexandri filii Willelmi de Ruffugeraye in Ruffogresehaies, et per sacramentum illorum fieri facias perambulationem inter terram predicti Andree in Luveputte et terram predicti Alexandri in Ruffogresehaies, ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divisas, quia ipsi Andreas et Alexander posuerunt se coram nobis in perambulatione illa. Et perambulationem illam distincte et aperte in scriptum redactam habeas coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint sub sigillo tuo et per quatuor milites ex illis qui perambulationi illi interfuerunt. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Augusti.

Johanna uxor Willelmi de Stanes attornavit coram rege Gilebertum de Lekton' et Adam de Clovill' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Kancie inter Thomam le Fewtrer et Henricum, fratrem ejus, petentes, et predictos Willelmum et Johannam tenentes, de quatuor acris terre cum pertinentiis in Wykham'. Et mandatum vicecomiti Kancie quod eos ad hoc recipiat.

[m 7*d*.] *Tricesima generalis regi concessa.*—Rex omnibus ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Sciatis quod cum in octabis Sancti Hillarii anno etc. xxj. ad mandatum nostrum convenirent apud Westmonasterium archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, comites, et

1237.
[m. 7*d*.] barones totius regni nostri et tractatum haberent nobiscum de statu nostro et regni nostri iidem archiepiscopi, episcopi, abbates, priores et clerici terras habentes que ad ecclesias suas non pertinent, comites, barones, milites, et liberi homines pro se et suis villanis nobis concesserunt in auxilium tricesimam partem omnium mobilium suorum apparentium sicut ea habebunt in autumpno in crastino Exaltationis Sancte Crucis anno etc. xxj. quando blada sua fuerint coadunata, videlicet de bladis, carucis, ovibus, vaccis, porcis, haraciis, equis caretariis assignatis ad waygnagia, et aliis pecoribus et bonis exceptis bonis que predicti archiepiscopi et episcopi et alie persone ecclesiastice habent in ecclesiis parochialibus sive prebendis et terris ad prebendas et ecclesias parrochiales spectantibus exceptis auro et argento, palefridis, dextrariis, summariis, runcinis, armis, utensilibus, et vasis, colligendam per manus dilectorum et fidelium nostrorum Rogeri de Leburn', Simonis de Craye, Henrici de Wintereshull', Huwardi de Bikel', et Ricardi de Wokendon', qui jurabunt in presencia vicecomitis Kancie quod negocium nostrum de auxilio nostro assidendo et colligendo pro posse suo bene et fideliter exequentur per omnia secundum suam conscientiam, et predicti milites et clericus eligi faciant quatuor legales homines de singulis villis quos vicecomes noster Kancie, statutis hundredis in comitatu Kancie certis die et loco ad mandatum eorum, coram eis venire faciet, qui jurabunt coram eisdem in presencia baillivorum de singulis villis, si interesse voluerint, quod auxilium illud fideliter assidebunt et rationabile precium apponent omnibus rebus que appreciande fuerint secundum communem et justam estimationem et valorem, gratia vel odio vel alia occasione non impediente. Et postea particulas catallorum omnium et precium ostendent predictis quatuor militibus et clerico et juxta provisionem ipsorum pecuniam illam colligent et eisdem militibus et clerico deferent et liberabunt per taillias et rotulos particulas continentes reponendam in prioratu Sancte Trinitatis Cantuarie; archiepiscopi vero, episcopi, abbates et priores in terris suis et libertatibus in comitatu predicto per quatuor legales milites suos vel liberos et legales homines, si milites non habuerint, simili modo totam predictam tricesimam assidendam, colligendam et liberandam predictis quatuor militibus et predicto clerico ad hoc attornatis procedent. Et sciendum quod predicti quatuor homines de singulis villis non jurabunt de propriis catallis suis nec eisdem precium apponent set alii quatuor homines de singulis villis, ad hoc electi per milites predictos, jurabunt de catallis predictorum priorum quatuor hominum secundum formam predictam; nullus autem pauper homo vel mulier aliquid ad hoc conferet nisi habeat in bonis plusquam xl. denarious. Debet etiam reddi pecunia predicta ad hos duos terminos, videlicet medietas in crastino Sancti Andree anno regni nostri xxij., et altera medietas in crastino Sancte Trinitatis anno eodem. Nos autem concessimus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus et vobis omnibus aliis de regno nostro, quod tam carta nostra de foresta quam alia carta nostra de libertatibus quas

1237.
[m. 7d.] prius eis et vobis fieri fecimus, decetero in omnibus teneantur. Nolumus etiam quod occasione hujus auxilii sumatur deinceps occasio vel trahatur ad consuetudinem petendi alias consimile auxilium. Et ideo vobis mandamus quod predictis Rogero, Simoni, Henrico, Huwardo, et Ricardo ad hoc sitis intendentes et respondentes sicut predictum est, quibus injunximus quod iter illud ad terminum prenominatum incipiant. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Julii, anno etc. xxij.*

Rex vicecomiti Kancie, salutem. Scias quod, cum in octabis Sancti Hillarii anno etc. xxj. ad mandatum nostrum convenirent apud Westmonasterium archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, comites, barones totius regni nostri, et tractatum haberent nobiscum de statu nostro et regni nostri, iidem archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, et clerici terras habentes que ad ecclesias suas non pertinent, comites, barones, milites et liberi homines pro se et suis villanis nobis concesserunt in auxilium tricesimam partem omnium mobilium suorum apparentium, sicut ea habebunt in autumpno in crastino Exaltationis Sancte Crucis anno regni nostri xxj. quando blada sua fuerint coadunata, videlicet de bladis, carucis, ovibus, vaccis, porcis, haraciis, equis caretariis assignatis ad waignagium, et aliis pecoribus et bonis exceptis bonis que predicti archiepiscopi, episcopi et alie persone ecclesiastice habent in ecclesiis parochialibus sive prebendis, et terris ad prebendas et ecclesias parrochiales spectantibus exceptis argento et auro, palefridis, summariis, dextrariis, runcinis, armis, utensilibus et vasis, colligendam per manus dilectorum et fidelium nostrorum Rogeri de Leburn', Simonis de Craye, Henrici de Wintereshull', †Johannis de Adling', Huwardi de Bikel', et Ricardi de Wokendon', qui jurabunt coram te quod negotium nostrum de auxilio nostro colligendo et assidendo pro posse suo bene et fideliter exequentur per omnia secundum suam conscientiam. Et ipsi quatuor milites et clericus predictus eligi facient quatuor de legalioribus hominibus de singulis villis quos, statutis hundredis in comitatu tuo certis die et loco coram eisdem ad mandatum eorum coram eis venire facies, qui jurabunt coram eisdem in presencia baillivorum de singulis villis, si interesse voluerint, quod auxilium illud fideliter assidebunt et rationabile precium apponent omnibus rebus que appreciande fuerint secundum communem et justam estimationem et valorem, amore, gratia vel odio vel alia occasione non impediente. Et postea particulas catallorum omnium et precium ostendent quatuor militibus predictis et clerico, et juxta provisionem dictorum militum et clerici pecuniam illam colligent et eisdem militibus et clerico deferent et liberabunt per taillias et rotulos particulas continentes, reponendam in prioratu Sancte Trinitatis Cantuarie. Et si indigeant auxilio tuo circa districtionem faciendam in collectione dicte pecunie,

* *In the margin is written* 'Robertus de Seincler fuit postea substitutus loco Simonis de Cray eo quod impotens sui est ut regi intimatum est, et mandatum est tribus aliis quod si ita est ipsum R. loco dicti Simonis recipiant.'

† Substituted 'per litteras' for Henrici de Wintereshull'.

1237.
[m. 7*d*.]

tu eis auxilium parabis. Archiepiscopi vero, episcopi, abbates, priores in terris suis et libertatibus in comitatu tuo per quatuor legales milites suos vel liberos et legales homines si milites non habuerint, simili modo circa predictam tricesimam assidendam et colligendam et liberandam quatuor predictis militibus ad hoc atornatis procedent. Et scias quod predicti quatuor homines de singulis villis non jurabunt de propriis catallis suis nec eisdem precium apponent, set alii quatuor homines de singulis villis ad hoc electi per milites predictos jurabunt de catallis predictorum priorum quatuor hominum secundum formam predictam. Nullus autem pauper homo vel mulier aliquid ad hoc conferet nisi habeat in bonis plusquam quadraginta denarios. Debet etiam reddi pecunia predicta ad duos terminos, videlicet medietas in crastino Sancti Andree anno etc. xxij. et altera medietas in crastino Sancte Trinitatis anno eodem. Tu autem ita efficax auxilium et utile consilium predictis militibus prebeas in predictis exequendis quod negocium predictum ad commodum nostrum et utilitatem salubriter procedat. Nos autem concessimus predictis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, et aliis magnatibus regni nostri quod tam carta nostra de foresta quam alia de libertatibus, quas prius eis fieri fecimus, decetero in omnibus teneantur. Nolumus etiam quod occasione hujus auxilii sumatur deinceps occasio vel trahatur ad consuetudinem petendi alias consimile auxilium. Incipient autem iter predictum in crastino Exaltationis Sancte Crucis, quibus die et loco eis occurras ad sacramentum ab eis recipiendum et auxilium eis impendendum, sicut tibi dixerint ex parte nostra. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est singulis vicecomitibus Anglie, excepto quod persone militum et clericorum variantur et loca ubi deponetur pecunia et termini quando etc. illud recipietur secundum diversos comitatus.

Vicecomitibus ;— Middlesex'.	Henricus Bukoynt'. Nicholaus de Sancto Germano. Rogerus de la Dune. Ricardus Jocelin'.	Martinus clericus, qui stat cum majore Lond'.

Apud Westmonasterium vel apud Turrim Lond' deponetur pecunia.	Incipient iter in crastino Exaltationis Sancte Crucis.

Sussex.	Andreas Peverell'. Aunfridus de Fering'. Simon de Perepunt. Hubertus de Wykes. clericus, Philippus de Croft'.	deponetur pecunia apud Cycestr'.	Incipient iter ut supra.

1237.
[m. 7d.]

Surr'.	Robertus de Watevill'. Petrus de Perefriht. Gilebertus de Basevill'. Jacobus Haunsard'. clericus, Magister Willelmus le Brun.	Deponetur pecunia apud Turrim Lond'.	Incipient iter ut supra.
Essex'.	Simon de Furnell'. Ricardus Bataille. Hamo filius Ricardi.* Willelmus filius Ricardi. Thomas Ashwy, clericus.†	Deponetur pecunia apud Turrim Lond'.	Incipient iter ut supra.
Hertford'.	Adam filius Willelmi. Walterus de Mora. Galfridus de Jarpenvill'. Petrus de Goldinton'. clericus, Nicholaus de Hadham.	Deponetur pecunia apud Turrim Lond'.	Incipient iter die quo supra.
Cantebrug'.	Henricus le Eveske. Alanus de Bassingburn'. Galfridus de Kaxton'. Everardus de Trumpinton. clericus, Ricardus persona de Hinton'.	Deponetur pecunia apud Bernewell'	Incipient die quo supra.
Huntend'.	Ricardus de Baynvill'. Willelmus de Sancto Georgio. Johannes le Moyne. Oliverus le Moyne. clericus, Walterus filius Bernardi.	Deponetur pecunia in prioratu de Huntend'.	Incipient iter ut supra.
Norf'.	Willelmus de Mortuo Mari. Willelmus Rusteno'. Rogerus de Turkileb'. Willelmus de Hengham'. clericus, Jeremias de Kaxton.‡	Deponetur pecunia in castro de Nortwyco.	Incipient iter ut supra.

* This and the preceding are altered to 'Willelmus de Roffa, et Willelmus', altered to Ralph, 'de Pabbenes, per litteras.'

† Altered to 'Simon filius Simonis loco suo per litteras.'

‡ Altered to 'Thomas de Fakenham loco suo per litteras': *with sub-note*:—'Postea positus fuit Bartholomeus de Norf'. clericus, loco predicti Jeremie.

1237.

[m. 7d.]

Suff'.	Hebertus de Alencun'. Willelmus de Ainblie. Willelmus de Banham. Hugo Talemach'. clericus, Henricus de Sancto Petro.	Deponetur pecunia in abbacia Sancti Edmundi.	Incipient iter die quo supra.
[m. 6d.] Suthant'.	Henricus de Braybof. Thomas de Venuz. Thomas de Gymeg'. Walterus de Rumes'. clericus, Magister Henricus de Cern'.	Deponetur pecunia in castro Wintonie.	Incipient iter die quo supra.

Postea substituti Hugo de Wyngeham et Robertus del Man' loco Thome de Gimmig' et Thome de Venuc ad tricesiman scilicet colligendam in terris abbatis de Hyda propter contentionem ortam inter predictos abbatem et Thome de Gimmig'.

Devonia.	Willelmus de la Bruer'. Willelmus de Wydewurth'. Herebertus de Pinu. Willelmus de Rale, junior. clericus, Adam de Ivelcestr', canonicus Exoniensis.	Deponeteur pecunia in castro Exonie.	Incipient iter	
Cornubia.	Henricus de Bodrugan. Robertus filius Willelmi. Simon de Bruckel'. Ricardus filius Johannis. clericus, archidiaconus Toteness'.	Deponetur pecunia in prioratu de Lancaveton'.	Incipient iter	in crastino Sancti Michaelis.
Eboracum. Est-riding.	Willelmus constabularius de Fleyneburg'. Saerus de Sutton. clericus, Willelmus de Tynedal'.	Pecunia deponetur in majori ecclesia Eboraci.	Incipient iter	

1237.
m. 6d.]

County	Riding	Justices	Deposit	Start	Date
Eboracum.	West-riding.	Henricus le Waleis. Willelmus de Chaurc'. Nicholaus Ward'. Marmaduc de Arell'. clericus, Ricardus de Lond'.	Pecunia deponetur in majori ecclesia Eboraci.	Incipient iter	in crastino Sancti Michaelis.
	Nort-riding.	Adam de Hilton'. *Henricus de Ferlint'. clericus, Robertus, persona de Kilvinton'.			
Linc'.	Lindes'.	†Normannus de Arescy. Hugo de Harinton'. Willelmus de Welles. Warnerus Engaine. clericus, ‡Thomas de Askeby.	Deponetur pecunia in majori ecclesia Linc.'	Incipient iter	in crastino Sancti Mathei.
	Ketsteven'.	Simon de Roppel. Ricardus Duket. §Gerardus de Huwell'. Willelmus de Beningwurth. clericus, ‖Johannes, vicecomes Linc'.	Deponetur pecunia in majori ecclesia Linc'.	Incipient iter	

* Altered to 'Johannes de Langeberg' loco suo per litteras.'
† Altered to 'Willelmus de Rowell' loco suo per litteras.'
‡ Altered to 'Ricardus de Neuport loco suo per litteras.'
§ Note 'mortuus est.'
‖ Altered to 'Theobaldus de Stikeswalt' loco suo per litteras.'

1237.
[m. 6d.]

Linc'.	Hoylond'.	Alexander de Wybetoft. Johannes de Braytoft'. Johannes de Oyry. Henricus le Moyne. clericus, Alexander de Lafford'.	Deponetur pecunia in majori ecclesia Linc'.	Incipient iter	in crastino Sancti Mathei.
Sumerset.		Johannes de Roygni. Robertus de Blakeford'. Willelmus de Draycot'. Ricardus de Langford'. clericus, Ricardus de Chaunflur'.	Deponetur pecunia in castro de Syreburn'.	Incipient iter	in crastino Sancti Mathei.
Dorset'.		Petrus de Russeaus. Thomas de Hyneton'. Radulfus Belet. Walterus de Winterburn'. Thomas de la Wyl', clericus.	Deponetur pecunia in castro de Syreburn'.	Incipient iter	
Wyltesir'.		Rogerus de Dauntes'. Reginaldus de Olne. Alexander de Cheverell'. Johannes le Daneis. clericus, Willelmus Cucnell'.	Deponetur pecunia in castro *Sarrisburie.	Incipient iter	in crastino Sancti Mathei.
Bercsir'.		Willelmus de Englefeld'. Petrus de Ghiatingeden. Alanus Basset. †Rogerus de la Hid'. clericus, Nicholaus clericus abbatis de Abbendon'.	Deponetur pecunia in abbacia Rading'.	Incipient iter	

* Note in MS. 'Postea apud Divisas per parvas literas.'
† Altered to 'Egidius de Erleg' loco suo per literas.'

1237.
m. 6*d*.]

Oxoni.	Bardulfus de Cestreton'. Petrus filius Egidii. *Hugo de la Mar'. Willelmus Wace. clericus, Henricus de Berton'.	Deponetur pecunia in castro Oxonie.	Incipient iter	in crastino Sancti Mathei.
Wygornia.	Rogerus le Poer. Henricus Ribbeford'. Petrus de Wyk'. Ricardus de Ambresl'. clericus, Willelmus de Millay.	Deponetur pecunia in prioratu Wygornie.	Incipient iter	
Glouc'.	†Radulfus de Sucleg'. Amauricus de Parco. Robertus Morin. Reginaldus de Periton'. clericus, Willelmus de Burton, clericus abbatis de Cirencestria.	Deponetur pecunia in castro Glouc'.	Incipient iter	
Hereford'.	Rogerus Pichard'. Hugo de Crof'. Walterus de Baskevill'. Walterus de la Hid'. clericus, Thomas de Anesie.	Deponetur pecunia in castro Hereford'.	Incipien- iter	
Salopsir'.	Robertus de Wudeton'. Walterus de Hugeford'. Ricardus de Middelhop'. Ricardus Corbet. clericus, Galfridus Griffin.	Deponetur pecunia in castro de Brug'.	Incipient iter	
Stafford'.	Robertus de Haleghton'. Robertus de Knihteleg'. Robertus de Essinton'. Robertus de Swinnerton'. clericus, Willelmus de Wyrl'.	Deponetur pecunia in castro de Brug'.	Incipient iter	

* This name is erased in MS., and by it the words 'qui mortuus est. Rogerus Doyly' have been written; these in their turn have been altered to 'Johannes le Brun loco suo per literas.'

† Altered to 'Stephanus de Arnhull' per literas loco suo.'

1237.
[m. 6d.]

Warewyc.	Willelmus de Bissopston'. Ricardus de Mundevill'. Johannes de Lodbroc. Robertus de Grendon'. clericus, Radulfus de Astyn.	Deponetur pecunia in castro de Kenillewurth'.	Incipient iter	in crastino Sancti Mathei.
Leic'.	Willelmus Burdet. Willelmus de Folevill'. *Thomas de Wappenbir'. Willelmus de Kileby. clericus, Willelmus de Brimerton'.	Deponetur pecunia in castro Northant'.	Incipient iter	
Northant'.	Galdfridus de Armenters. †Johannes de Ulecot'. Henricus de Rand'. ‡Gilbertus de Preston' clericus, Petrus de Bedinton'.	Pecunia deponetur in castro North'.	Incipient iter	
Rotel'.	Alanus de Landon'. Willelmus de Insula. Galfridus de Ketnere. Petrus de Weston'. clericus, Ricardus de Beinvill'.	Deponetur pecunia in castro de Northant'.	Incipient iter	
Notingham'.	Gerardus de Fanencurt. Robertus de Hareston. Henricus de Tuke. Alexander de Vilers. clericus, Benedictus de Boulestan.	Deponetur pecunia in castro Noting'.	Incipient iter	

Johannes Gubaud associatus est eis in comitatibus Noting' et Dereb' per literas patentes eisdem assessoribus et collectoribus directas.

[m. 5d.]

Dereb'.	Galfridus de Gresel'. Robertus de Dun. §Robertus de Esseburn'. Jordanus de Sniterton'. clericus, Gerardus, persona de Duffeld'.	Deponetur pecunia in castro de Notingham'.	Incipient iter	in crastino Sancti Mathei.

* Altered to 'Willelmus de Martiwast' loco suo per litteras.'
† Altered to 'Ricardus de Bernac.'
‡ Altered to 'Simon de Trop.'
§ Altered to 'Robertus Toke loco suo per literas.'

1237.
[m. 5d.]

Buking-ham'.	Nicolaus de Haveres-ham'. Willelmus de Bello Campo de Ciltr'. Radulfus Passelewe. Walterus Duredent. clericus, Galfridus persona de Quenton'.	Deponetur pecunia in abbacia de Wardon'.	Incipient iter	in crastino Sancti Mathei.
Bedeford'.	Johannes Bozard'. Ricardus de Pertenhal'. Paulinus Peivr'. *Johannes de Boeles. clericus, Radulfus filius Reginaldi.	Deponetur pecunia in abbacia de Wardon'.	Incipient iter	in crastino Sancti Mathei.
Northum-berland.	Radulfus sur They. Johannes le Viscunte. Jordanus Heyrun. Michael filius Michaelis. clericus, Ogerus de Tyeis.	Deponetur pecunia in castro Novo super Tinam.	Incipient iter	a die Sancti Michaelis in xv dies.
Cumber-land.	Radulfus de la Ferte. Petrus de Tylloll'. clericus, Radulfus de Levinton'.	Deponetur pecunia in castro Karleol'.	Incipient iter	a die Sancti Michaelis in xv dies.
Westmere-land.	Thomas filius Johannnis. Henricus de Suleby. clericus, Radulfus de Kancia, persona de Barton'.	Deponetur pecunia in castro Karleol'.	Incipient iter	a die Sancti Michaelis in xv dies.
Lanc'.	†Willelmus Blun-dell'. Galfridus Bales-tarius. ‡clericus, Radulfus persona de Barton'.	Deponetur pecunia in castro Karleol'.	Incipient iter	a die Sancti Michaelis in xv dies.

*Altered to 'Radulfus Morin loco suo per literas.'
† ‡ These names are altered to 'Adam de Bury et Magister Rogerus de Dereb' loco eorum per literas.'

1237.
[m 5d.]

Rex dilecto et fideli suo Rogero de Leburn', salutem. Sciatis quod assignavimus vos una cum dilectis et fidelibus iij. talibus ad tricesimam nostram assidendam et colligendam in comitatu tali in forma plenius contenta in litteris nostris patentibus quas vobis et sociis vestris transmittimus directas omnibus de comitatu predicto quod ad hoc vobis intendentes sint et respondentes. Et ideo vobis mandamus rogantes in fide qua nobis tenemini quatinus una cum predictis fidelibus nostris conveniatis apud talem locum in crastino Exaltationis Sancte Crucis ad iter vestrum inchoandum et de die in diem continuandum donec illud perfeceritis, ita diligenter et fideliter negocio predicto intendentes quod diligenciam vestram merito debeamus commendare, scituri quod vos et socios vestros de denariis predictis ad iter illud perficiendum taliter respiciemus quod inde non eritis gravati. Injunximus etiam vicecomiti nostro Kancie quod predictis die et loco vobis occurrat ad auxilium vobis impendendum et faciendum quod ei dixeritis ex parte nostra de negocio predicto. Predictam autem pecuniam ita collectam cum tailliis et rotulis ejusdem sub seris et sigillis vestris, in prioratu Sancte Trinitatis Cantuarie salvo responatis, donec aliud a nobis inde habueritis mandatum. Teste rege apud Wudestok', x. die Julii.

Eodem modo mandatum est singulis personis de singulis comitatibus ad predictam tricesimam colligendam assignatis, diversis tamen locis et temporibus secundum quod supra videri poterit.

Rex dilecto fratri et fideli suo L. principi de Abberfraw et domino de Snawdon', salutem. Noveritis quod occasione quorundam negociorum nostrorum que habemus expedienda versus dilectum fratrem et fidelem nostrum A. regem Scottie, apud Eboracum in instanti festo Exaltationis Sancte Crucis ubi dominus legatus intererit colloquio inter nos et ipsum regem ibidem celebrando prorogavimus diem colloquii inter nos et vos usque in quindecim dies a festo Sancti Michaelis proximo instanti apud Wygorniam. Et quia non est necesse quod dilectum nepotem nostrum David', filium vestrum, et ceteros Walenses cum eo venturos mittatis usque Salopbr' in octabis Assumptionis Beate Marie in occursum magnatum nostrorum qui eos inde conducturi sunt ad nos usque Wygorniam, sicut alias vobis mandavimus, hoc vobis duximus significandum rogantes quatinus molestum non habeatis set ipsum nepotem nostrum, filium vestrum, et quos volueritis alios de consilio vestro mittatis usque Salopsbir', in octabis Sancti Michaelis in occursum magnatum nostrorum qui tunc illuc venturi sunt ad ipsos ad nos usque Wygorniam conducendos, ubi erimus ab ipso festo Sancti Michaelis in xv. dies, Domino concedente. Teste rege apud Keniton', v. die Augusti.

Et mandatum est dominis Coventrensi et Herefordensi episcopis, W. comiti Aubem,' Henrico de Aldithleg,' et Waltero de Clifford' quod non est necesse quod predicto David' occurrant apud Salopiam in octabis Assumptionis Beate Marie, set ei occurrant, videlicet in octabis Sancti Michaelis, ad eundem conducendum ad regem usque

1237.
[m. 5d.] Wygorniam quia, dante Domino, dominus rex illuc erit a die Sancti Michaelis in xv. dies. Teste ut supra.

De tricesima, brevia episcoporum.—Rex R. Cycestrensi episcopo, et cancellario suo, salutem. Bene recolitis quod, cum ad mandatum nostrum convenirent apud Westmonasterium in octabis Sancti Hyllarii anno etc. xxj. archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, comites, barones tocius regni nostri et tractatum haberent nobiscum de statu nostro et regni nostri, predicti archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, et clerici terras habentes que ad ecclesias suas non pertinent, comites, barones, milites, liberi homines pro se et suis villanis nobis concesserunt in auxilium tricesimam partem omnium mobilium suorum apparentium, sicut ea habebunt in autumpno in crastino Exaltationis Sancte Crucis anno eodem, quando blada sua fuerint coadunata, videlicet de bladis, carucis, ovibus, vaccis porcis, haraciis, equis caretariis assignatis ad waygnagium, et aliis pecoribus et bonis, exceptis bonis que predicti archiepiscopi, episcopi et alie persone ecclesiastice habent in ecclesiis parrochialibus sive prebendis et terris ad prebendas et ecclesias parochiales spectantibus, ac exceptis argento et auro, palefridis, summariis, dextrariis, runcinis, armis, utensilibus et vasis, colligendam per manus quatuor militum et unius clerici qui jurabunt quod negocium nostrum de auxilio nostro assidendo et colligendo pro posse suo bene et fideliter exequentur per omnia, secundum suam conscientiam, et ipsi quatuor milites et clericus eligi facient quatuor de legalioribus hominibus de singulis villis qui jurabunt coram eisdem in presencia baillivorum de singulis villis, si interesse voluerint, quod auxilium illud fideliter assidebunt et rationabile precium apponent omnibus rebus que appreciande fuerint secundum communem et justam estimationem et valorem, amore, gratia, vel odio, vel alia occasione, non impediente; et postea particulas catallorum omnium et precium ostendent quatuor militibus predictis et clerico, et juxta provisionem dictorum militum et clerici pecuniam illam colligent et eisdem militibus et clerico deferent et liberabunt per taillias et rotulos particulas continentes, reponendam in salvo et certo loco. Quia vero predicti archiepiscopi episcopi, abbates, et priores, in terris et libertatibus suis per quatuor legales milites suos, vel liberos et legales homines si milites non habuerint, simili modo circa predictam tricesimam assidendam, colligendam et liberandam predictis quatuor militibus et clerico ad hoc atornatis procedent; vobis mandamus quatinus per quatuor legales milites, vel liberos et legales homines si milites non habueritis, in terris et libertatibus vestris tricesimam nostram in forma predicta assideri et colligi et liberari faciatis predictis militibus nostris et clerico assignatis ad tricesimam nostram in comitatu Sussex' extra libertates, qui quidem milites vel legales homines vestri coram senescallo nostro jurabunt quod negocium nostrum de auxilio nostro assidendo et colligendo pro posse suo bene et fideliter exequentur per omnia secundum suam conscientiam, et ipsam tricesimam liberari

1237.

m. 5d.] facient predictis militibus nostris et clerico* reponendam in majori ecclesia Cycestrie. Nullus autem pauper homo vel pauper mulier aliquid ad hoc conferet nisi habeat in bonis plusquam quadraginta denarios. Debet etiam reddi pecunia predicta ad duos terminos, videlicet medietas in crastino Sancti Andree anno etc. xxij. et altera medietas in crastino Sancte Trinitatis anno eodem. Incipient autem iter predictum † loco certo ad hoc competenti in crastino Exaltationis Sancte Crucis, quibus die et loco faciatis predictum senescallum vestrum‡ et quatuor milites vel quatuor homines vestros ad hoc assignatos venire, et idem senescallus ab eis sacramentum capiat ibidem et eisdem auxilium impendat ita quod negocium predictum ad commodum et utilitatem nostram in terris et libertatibus vestris salubriter procedat. Sciatis etiam quod predicti quatuor homines de singulis villis non jurabunt de propriis catallis suis nec eisdem precium apponent set alii quatuor homines de singulis villis ad hoc electi per predictos milites vel legales homines de libertatibus vestris jurabunt de catallis predictorum quatuor priorum hominum secundum formam predictam. Nos autem concessimus predictis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, et aliis magnatibus regni nostri quod, tam carta nostra de forestis quam alia de libertatibus quam prius feceramus, decetero in omnibus teneantur. Nolumus etiam quod occasione hujus auxilii sumatur deinceps occasio vel trahatur ad consuetudinem petendi alias consimile auxilium. Teste rege apud Keniton', v. die Augusti.

Consimiles habent archiepiscopus Eboracensis, Karleolensis.

Rex abbati de Burgo, salutem. Cum dederimus in mandatis omnibus baillivis de regno nostro quod pro pace nostra servanda et pro malefactoribus compescendis vigilias fieri faciant de nocte et insidias ponant volentibus pacem nostram perturbare, sicut satis audistis, miramur quamplurimum quod, cum preceptum sit quod habentes libertatem in libertatibus suis idem fieri facerent, vos in Nest' de Burgo, quod est infra libertatem vestram, homicidia furta, et alia dampna, et alibi prope vos fieri permittitis, nec ad hoc consilium apponitis pro pace nostra conservanda, sicuti ad vos pertineret. Et ideo vobis firmiter injungentes quod, sicut vultis libertatem vestram decetero servari, in partibus vestris salvam custodiam apponi faciatis ad easdem contra pacis nostre perturbatores et malefactores custodiendas, ita quod in facto vestro appareat quod pacis nostre sitis amatores et quod pro defectu vestri ad libertatem vestram manum apponere non debeamus. Teste rege apud Keniton', vij. die Augusti.

[m. 4d.] *Brevia vicecomitibus directa de libertatibus archiepiscoporum, episcoporum et abbatum.*—Rex vicecomiti Sussex', salutem. Precipimus

---

* The following words have been erased here 'vel quatuor liberis et legalibus hominibus ad hoc deputatis.'

† Corrected from 'apud Cycestriam.'

‡ The following words have been erased here 'eis occurrere ad sacramentum ab eis recipiendum et auxilium eis impendendum.'

1237.

[m. 4d.] tibi quod scire facias archiepiscopis, episcopis et omnibus abbatibus et prioribus libertates habentibus in baillia tua, quod eodem die incipiant assidere et colligere tricesimam nostram in terris et libertatibus suis per quatuor legales milites suos ad hoc assignatos, vel quatuor liberos homines si milites non habuerint, quo quatuor milites et quidam clericus ex parte nostra ad hoc assignati illud idem facere incipient in baillia tua extra libertates, et in eadem forma quam quidem archiepiscopis, et episcopis demandavimus, et negocium illud de die in diem continuent donec plene fuerit expeditum, et tricesimam illam liberent predictis quatuor militibus nostris et clerico; ita quod una medietas inde nobis reddi possit per manus predictorum militum nostrorum in crastino Sancti Andree anno etc. xxij., et alia medietas in crastino Sancte Trinitatis anno eodem. In terris autem abbatum et priorum baillie tue libertates non habentium assideatur et colligatur tricesima nostra per prefatos quatuor milites nostros et clericum, ita quod ipsi abbates et priores libertates non habentes inde in nullo se intromittant per se vel per baillivos suos. Teste rege apud Windshour', vij. die Augusti.

Consimiles habent vicecomites { Cumberland', Westmeriland', Northumberland', Eboraci, Lancastrie, Bukingham, Bedeford', Kancie.

Pro abbate Rading'.—Rex Johanni de Sancto Albino, salutem. Quia in concessione tricesime nostre provisum fuit quod abbates libertates habentes in terris et libertatibus suis per quatuor milites de libertatibus eisdem tricesimam nostram assideant et colligant in predictis terris et libertatibus; tibi mandamus quatinus una cum dilecto et fideli nostro Rogero filio Ade, cui idem mandavimus, diligenter intendas tricesime nostre assidende et colligende in terris et libertatibus abbatis de Rading' in comitatu Heref' in forma qua eidem abbati plenius demandavimus, ita quod diligentia vestra merito possit commendari, sciturus quod laborem tuum ita respiciemus quod non sentias te de dicto labore gravatum. Teste rege apud Wallingf', xvij. die Augusti.

Consimiles litteras habent { Richerus Neirenuit. Simon filius Nicholai Nicholaus le Butiler Willelmus de Colle } in terris et libertatibus ipsius abbatis extra comitatum Heref'.

Coventr'. Consimiles litteras habet prior Coventrensis de xxx. colligenda in terris et libertatibus suis per { Radulfum Airaby. Willelmum de Shuckeberg' Henricum de Suham Simonem Jollani } quibus scribitur sicut supra.

Evesham.—Abbas de Evesham habet litteras quod colligere possit xxx. domini regis in terris et libertatibus suis, ut supra de Rading',

Robertus Grim Simon de Bruilly } in comitatu War'.

1237.
[m. 4*d*.]

Nicholaus Blundel Robertus de Nethercot'	in comitatu Glouc'.
Simon de Cocton' Willelmus, senescallus de Evesham	in comitatu Wigornie.
Nicolaus de Capes Rogerus Dolfin	in comitatu Norht'.

Essex'.—Rex dilectis et fidelibus suis Simoni de Furnell', Ricardo Bataill', et Hamoni filio Ricardi, salutem. Sciatis quod loco dilecti et fidelis nostri Willelmi filii Ricardi assignavimus vobis socium dilectum et fidelem nostrum Ricardum Mauduit ad tricesimam nostram in comitatu Essex' assidendam et colligendam, eo quod oportet prefatum Willelmum aliis negociis nostris intendere. Et ideo vobis mandamus quod loco ipsius Willelmi ipsum Ricardum socium ad hoc admittatis. Teste rege apud Wudestok', xix. die Augusti.

Rex vicecomiti Essex', salutem. Scias etc. ut supra. Et ideo tibi precipimus quod prefato Ricardo Mauduit loco ipsius Willelmi cum predictis sociis suis ad hoc sis intendens in forma quam mandavimus. Teste ut supra.

Rex Ricardo Mauduit salutem. Sciatis quod loco etc. ut supra. Et ideo vobis mandamus rogantes quatinus ad predictum negocium nostrum expediendum ad commodum regium in forma quam prefatis sociis vestris mandavimus una cum ipsis diligenter laboretis; ita quod ex eo merito commendairi possitis et multiplices grates a nobis reportare debeatis. Nec grave vobis videatur intendere predicto negocio, quia laborem vestrum ita respiciemus de denariis predicte xxx. quod non debebitis in expensis reputare vos gravatos. Teste ut supra.

Pro episcopo Elyensi.—Consimiles letteras habuit directas

Philippo de Insula Henrico Muschet Radulfo de Bereford' Waltero de Ely	ad tricesimam de terris et libertatibus suis in comitatibus Cantebrigie et Huntind'.
Egidius de Wachesham Willelmus de Burnand' Rogerus de Swathyng' Ricardus de Ketleshal'	ad tricesimam etc. de terris et libertatibus suis in comitatibus Norf' et Suff'.
Willelmus Aycrop Johannes de Litlebir' Johannes le Moyne	ad tricesimam etc. de terris et libertatibus suis in comitatibus Essex' et Hertf'.

Episcopus Elyensis habuit per se magnum breve superius notatum directum episcopo Cycestrensi.

1237.
[m. 4*d*.]

In terris et libertatibus abbatis de Burgo:

in comitatu Noting'.	Walterus de Colingham. Robertus filius Radulfi. Magister Radulfus de Colingham.
in comitatu Norhampt'.	Hugo de Bernak'. Radulfus de Ayston'. Henricus Pelly.
Linc'.	Martinus de Scotere. Thomas de Nevill'. Thomas de Ufford'.
Bed'.	Hamo filius Walteri. Galfridus Camerarius. Adam de Pilesgat'.
Hunt'.	Johannes de Rubesworth'. Stephanus de Ailinton'. Martinus de Cokerint'.
Leic'.	Simon de Erlingburg'. Robertus Lawe. Stephanus de Breiton'.
Rotel'.	Ricardus de Tynewell'. Robertus de Luffenham. Nicholaus de Tynewell'.

Wenelac.	Petrus de Dudemeston' Waleng' de Sidenhal' Adam de Acton, clericus	in comitatibus Staff' et Salopie.
	Johannes Tete Alanus de Lungevill' Walterus de Pristenden, clericus	in comitatu Wigornie.

Rex archiepiscopo Eboracensi, salutem. Tractatum habituri cum A. rege Scottie, super pace inter nos et ipsum firmanda providimus quod apud Eboracum venturi simus et tractaturi cum ipso in festo Exaltationis Sancte Crucis ob causas diversas usque Dunholm' procedere non valentes, tum propter adventum legati quem colloquio illi volumus interesse nec ipsum ad partes ulteriores credimus accessurum, tum quia civitas Dunholm' non caperet tantam multitudinem servientium, nec invenirentur sufficienter victualia in partibus illis sicut expediret. Et ideo paternitatem vestram rogamus quatinus certificati quo et quando oporteat vos occurrere prefato regi ad ipsum conducendum ad nos una cum Willelmo de Vescy et ceteris, ut inferius, quibus mandavimus quod ad mandatum vestrum idem faciant, occurratis eidem regi ipsum ad nos usque Eboracum honorifice conducturi, ita quod inde vobis ad grates teneamur speciales. Ut autem de adventu ipsius regis et quando et quo ei debeatis occurrere certiores efficiamini, unum de vestris ad ipsum regem premittatis qui vos inde certificet et ex tunc prefatos fideles nostros inde premuniatis. Teste ut inferius.

1237.
[m. 4*d*.]

Quia A. rex Scottie, venturus est usque Eboracum in instanti festo Exaltationis Sancte Crucis pro colloquio quod rex habiturus est cum eo et expedit quod per Rogerum de Merlay et alios fideles regis, quibus rex similiter scripsit, ipsum regem Scottie conduci faciat; mandatum est ipsi Rogero quod die et loco quos W. Eboracensis archiepiscopus, ei scire faciet, sit in occursum ipsius regis Scotie et ipsum una cum eodem archiepiscopo et aliis fidelibus regis illuc ea occasione venturis ad regem usque Eboracum honorifice conducat, ita quod rex ei inde grates scire debeat. Teste rege apud Windles', xiij. die Augusti.

Eodem modo scribitur Gileberto de Umframvill', Willelmo de Vescy, Rogero Bertram, Johanni filio Roberti, Willelmo de Ros et Hugoni de Bolebec.

Hec est convencio facta inter Hamonem de Valoniis ex una parte et Johannem de Gatesden' ex alia; scilicet quod dictus Hamo tradidit, concessit et dimisit ad firmam dicto Johanni maneria sua de Thicheseye, Tremesworth', et Couden', cum omnibus advocacionibus ecclesiarum et feodis militum, et cum omnibus aliis pertinentiis suis que habuit in comitatibus Kancie, Surr' et Sussex, excepta terra de Bodingdal' cum pertinentiis quam dictus Hamo retinet in manu sua, salvis dicto Johanni feodis militum ejusdem terre; habenda et tenenda dicto Johanni et heredibus suis vel cuicumque ea assignare voluerit de dicto Hamone et heredibus suis a festo Sancti Michaelis anno regni regis Henrici filii regis Johannis vicesimo primo, usque ad terminum septem annorum sequentium completum; percipiendo inde omnes fructus et exitus de dictis terris et tenementis cum pertinentiis infra dictum terminum provenientibus, et conferendo ecclesias dictarum terrarum, cum vacaverint, cuicumque dictus Johannes et heredes vel sui assignati voluerint; ita quod nec dictus Hamo nec heredes sui impediantur in aliquo jure advocationis predictarum ecclesiarum; reddendo inde annuatim dicto Hamoni et heredibus suis vel assignatis suis dictus Johannes et heredes sui vel assignati sui quadraginta et sex libras argenti quolibet anno in octabis Nativitatis Beate Marie in prioratu de Bermundes'. Et si dictus Johannes vel heredes sui vel assignati sui non solverint dicto Hamoni et heredibus suis vel assignatis suis predictam firmam, scilicet quadraginta sex libras ad dictum terminum, licebit dicto Hamoni et heredibus suis absque placito et aliqua contradictione vel impedimento aliquo et sine ballivo regis vel aliquo alio in terras predictas et tenementa intrare et ea tenere pleno et in pace soluta et quieta de dicto Johanne vel heredibus suis imperpetuum. Dictus vero Johannes et heredes sui vel assignati sui capiant infra dictum terminum de boscis dictarum terrarum rationabilia necessaria ad husebot, heybot', et ad ignem suum rationabiliter. Nec dictus Johannes vel heredes sui vel assignati sui debent talliare homines de Tycheseye nisi viginti solidos per annum. Si vero homines dictarum terrarum in misericordiam inciderint, debent amerciari secundum quantitatem delicti et consuetudinem

1237.

[m. 4*d*.] maneriorum. Dictus vero Hamo et heredes sui warantizabunt dicto Johanni et heredibus suis dicta maneria cum advocationibus ecclesiarum et feodis militum et cum omnibus pertinentiis, ut predictum est, contra omnes homines et feminas per predictum terminum. In fine vero predictorum septem annorum homines, terre et tenementa omnia cum pertinentiis, ut predictum est, dicto Hamoni vel heredibus suis integre revertentur in eodem statu quo idem Johannes ea recepit; si vero contingerit quod dictus Johannes vel heredes sui vel assignati sui pro defectu warantizacionis dicti Hamonis vel heredum suorum dampnum aut jacturam incurrent, illud eidem Johanni vel heredibus suis in firma sua per visum bonorum virorum debet computari. Fructus vero dictorum maneriorum non debent in fine termini de terris amoveri antequam dictus Johannes vel heredes sui vel assignati sui satisfecerint dicto Hamoni vel heredibus suis de quadraginta et sex libris et de omnibus aliis implementis. Hanc convencionem firmiter et fideliter observandam uterque alteri fide se obligavit, et sigilla sua huic scripto apposuerunt. Hiis testibus apud Windes,' dominis R. Cycestrensi episcopo, tunc domini regis cancellario, Willelmo de Ralegh', Johanne filio Galfridi, Roberto de Mucegros, Juello de Sancti Jermano, Jervasio de Audermaneby, Willelmo Gernum et multis aliis.

Memorandum quod Johannes Segyn, nuncius hominum de Regula quibus rex tenetur in centum marcis reddendis ad festum Omnium Sanctorum, recepit in garderoba duas marcas ad expensas suas, que eis computabuntur in solutione predictarum centum marcarum.

Sussex.'—Walterus de Dunstavill' attornavit Robertum de Elmer' et Rogerum de Tracy contra Randulfum de Broc de divisis faciendis inter terram ipsius Walteri in Bercham et terram ipsius Rannulfi in Angemer'.

Essex'.—Thomas de Ayrel attornavit Martinum le Porter contra Isabellam de Welcomestowe, petentem, de tercia parte vij. acrarum prati cum pertinentiis in Welcomestowe.

Norht'. — Baldewinus de Paunton' attornavit Alexandrum de Sumeredeby contra Willelmum Maudut, petentem, de xxij. virgatis terre in Grendon.'

[m. 3*d*.] Rex Reymundo de Pinibus, Sanctonio de Regula, et Roberto de Butevill', salutem. Quia senescallum nostrum, quem in Wasconiam missuri sumus, ita expedite illuc mittere non possumus quod tempore debito illuc venere possit ad colligendum redditus nostros in partibus illis; vobis mandamus quatinus redditus nostros nobis debitos in Regula et Besaudeis collegatis ad opus nostrum et salvo custodiatis usque ad adventum predicti senescalli nostri in partes illus. Interum autem custrum nostrum de Regula custodiri faciatis et custodi ipsius castri inveniatis de eisdem redditibus rationabile estoverium suum ad castrum illud custodiendum donec

1237.
[m. 3*d*.]

predictus senescallus illuc venerit; et si quid apposueritis de vestro, predictus senescallus illud vobis reddi faciet; ita vos inde et de aliis negociis nostris intromittentes quod a nobis merito commendari debeatis. Teste rege apud Rading', xv. die Augusti.

Eodem modo scribitur majori de Oleron usque hoc verbum 'interim,' et tunc sic: Interim autem de eisdem redditibus inveniatis Godescallo de Breen', constabulario et custodi duorum castrorum nostrorum de Oleron', rationabile estoverium suum et suorum quos secum retinebit ad castra illa custodienda, donec dictus senescallus illuc venerit; et omnes terras et redditus ad nos pertinentes que alienate sunt quocumque modo per H. de Trubl', postquam ultimo venit ad partes illas vel alium sine speciali precepto nostro in manum nostram capiatis. Teste ut supra.

Mandatum est probis hominibus terre de Labur' quod intendentes sint et consulentes Petro de Subist in negociis regis expediendis ad commodum et honorem regis, secundum quod idem Petrus eis exponet ex parte regis, donec senescallus quem rex illuc missurus est ad eos venerit. Teste ut supra.

Mandatum est Rustano de Solariis, majori Burdegale, quod redditus regis ei debitos in civitate Burdegale et de Burdeles' colligat et salvo custodiat ad opus regis quousque senescallus illuc venerit; et interim diligenter intendat ad jura regis conservanda. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur majori de Sancto Emiliano; akadello de Aeys et justiciariis ejusdem ville de redditibus in episcopatu Aquensi; majori Baione, quod una cum Petro de Subist' colligat redditus in villa Baione et in terra de Labur, et alia jura ad regem spectantia ita quod remaneant in manu predicti Petri; episcopo Vasatensi quod castrum de Buglun cum pertinentiis quod Henriciis de Trubl' reddidit regi et quod Godescallus de Breen,' quem idem Henricus propter hoc ibidem mittit, eidem episcopo liberabit, recipiat et salvco custodiat usque ad adventum senescalli. Interim autem redditus regis et alia jura sua in partibus illis colligat ad opus regis usque ad adventum senescalli.

Mandatum est vicecomiti Devonie quod loquelam que est in comitatu suo inter W. Exoniensem episcopum, querentem, et Alanum Basset, deforciantem, de consuetudinibus et serviciis que idem episcopus exigit a predicto Alano, ponat in respectum usque ad proximum comitatum post octabas Clausi Pasche anno regni regis xvij. quia idem Alanus assignatus est ad tricesimam regis assidendam et colligendam in comitatu Berks'. Teste rege apud Oxoniam, xviij die Augusti.

Dominus rex recipit Radulfum filium Nicholai* in gratiam suam; et mandatum est justiciario Hybernie quod ipsum et terras suas quas habet in terra Hybernie habere permittat in pace, et manucapiat et protegat ipsum et suos, et non sustineat quod ei vel suis

* Substituted for 'M. filium Geroldi.'

1237.
[m. 3*d*.] occasione contentionum que inter dominum regem et ipsum orte fuerunt aliqua molestia irrogetur. Teste ut supra. Per Simonem de Monte Forti et W. de Ferrariis.

Matildis uxor Walteri de Milton' attornavit ipsum Walterum contra Nicholaum le Taillour de j. mesagio in Oxonia.

Mandatum est vicecomiti War' et Leic' quod per totam balliam suam clamari faciat et firmiter ex parte regis prohiberi ne quis sextercium vini rubei carius vendat quam pro xij. denariis, nec sextercium vini albi Gallici carius quam pro x. denariis; et hanc assisam vini taliter faciat observari per totam balliam suam ne pro defectu sui rex ad eum se graviter capere debeat. Teste rege apud Norht', xxviij. Augusti.

Berk'.—Helena filia Ad' de Tedeham venit coram domino rege apud Walingeford' die Lune proxima post festum Assumptionis Beate Marie et appellavit ibidem Willelmum le Clerc de Hammeya de pace domini regis fracta. Et habet diem inde coram domino rege apud Lond' in crastino Animarum.

Rex vicecomiti Norf', salutem. Significante nobis domino legato ad nos pervenit quod cum Thomas de Gernem', procurator Thome de Stipit', rectoris ecclesie de Kyneburl', esset in possessione ecclesie predicte nomine ejusdem Thome, Hugo de Bylneya, clericus, et quidam alii complices sui, quos idem legatus dicit esse excommunicatos occasione cujusdam contentionis mote super dicta ecclesia, ad eandem ecclesiam nuper cum armis venientes in eam violenter se intruserunt, et eundem clericum expellentes in ea vi et armis se tenent contra pacem nostram et fructus extantes vastant et consumunt. Et ideo tibi precipimus quod in propria persona tua accedas ad prefatam ecclesiam de Kyneburl', et ex parte nostra dicas illis qui in ea se tenent vi et armis, quod inde exeant et recedant, procuratorem dicti Thome [in] eam admittentes in pace. Et si quos inveneris tibi resistentes et exire contradicentes, illos capias et in prisona nostra salvo custodiri facias donec aliud inde tibi preceperimus. Teste me ipso apud Wudestok', xx. die Augusti.

Dovergoyl uxor Johannis de Baillol ponit loco suo ipsum Johannem virum suum et Nicholaum de Frankevill' ad petendum portionem suam de terris que fuerunt J. comitis Cestrie et Hunt'.

Rex justiciariis de Banco, salutem. Sciatis quod loquelam que est inter nos ex una parte et H. Elyensem episcopum, ex altera super patronatu abbacie de Thorn', quem idem episcopus clamat ut jus suum de dono domini Johannis regis, patris nostri, cujus cartam inde profert, et unde dicimus nos esse in possessione, posuimus coram vobis a die Sancti Michaelis in tres septimanas. Et ideo vobis mandamus quod ad diem illum audiatis rationes et allegationes quas predictus episcopus dicere voluerit pro parte suo, et rationes et allegationes quas tunc pro parte nostra proponi faciemus; et loquelam illam

1237.
[m. 3d.] plene audiatis et inrotulari faciatis. Nullum autem reddatis* inde jsdicium, set loquelam illam ponatis coram nobis ad judicium inde proferendum in adventu nostro Lond' vel alibi, ubi et quando preceperimus, salva tamen nobis seisina nostra quam dicimus nos inde habere. Teste rege apud Norht', xxviij. die Augusti.

Prior de Landa attornavit fratrem Ricardum de Brampton' contra Radulfum Basset de consuetudinibus etc. que idem Radulfus ab eo exigit etc. in Weston'.

Robertus de Baillol attornavit Willelmum le Blund' contra Walterum de Fontibus, tenentem, de iiij. carucatis terre in Parva Weledon'.

Cristiana de Thorp' attornavit Robertum de Rumeny, virum suum, contra Vitalem Engaine, tenentem, de tercia parte duarum virgatarum terre in Pictesle.

Rex vult quod domus necessaria constructa in Ripa Regine apud Lond' per Matildem quondam reginam Anglie ad opus commune civitatis Lond' prolongetur sicut kaium Alani Balun in eadem ripa prolongatum est, ita quod domus illa adeo liberum cursum aque Tamesis habeat, sicut cursum illum antiquitus habere consuevit in loco quo prius sita fuit. Et mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod sic et sine impedimento id fieri permittat (*sic*). Teste rege apud Clive, ij. die Septembris.

Eboracum.—Prior Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' ponit loco suo fratrem Thomam de Alneto et Robertum de Alne contra Willelmum, thesaurarium Eboraci, de stagno exaltato et quadam sepe levata in Huntinton' ad nocumentum etc. que quidem assise summonite sunt coram rege apud Eboracum.

Buk'.—Annabilla uxor Luce de Colum attornavit predictum Lucam contra Robertum de Cokefeld', Radulfum Passelewe, Willelmum de Hibernia, et Wiscardum Ledet de consuetudinibus etc. in Stivel'.

War'.—Mabilia de Flecho attornavit Willelmum de Shuckeberg' contra Bastianum de Fineberg', tenentem, de una virgata terre et dimidia in Fineberg'.

Kancia.—Abbas de Faveresham attornavit Augustinum Mar' contra Bartholomeum de Blen de novem acris prati in Harehull'.

Buk'.—Henricus de Hauvill' attornavit Hugonem Luvel contra Nicholaum de Haveresham, petentem, de Parva Limford' cum pertinentiis.

Memorandum quod G. Dispensarius attornavit Galfridum de Thorp' contra Johannam de Bikestorp de utr' etc. per breve de recto. Et habebit idem G. ad alium diem breve de warranto essonie de servicio regis quod episcopus ei concessit, set nondum habuit breve quia nondum essoniavit se.

* Corrected from 'fac.'

1237.

[m. 3d.] Rex justiciario suo Hybernie, salutem. Mandamus vobis quod si Johannes de Kylmaynan et David Dolfyn, socius ejus, de precepto vestro missi fuerint in Angliam ad thesaurum nostrum conducendum in crastino Sancti Bartholomei anno etc. xxj. simul cum gente vestra ad nos transmissa, tunc provideatis quod quamdiu fuerint in servicio nostro thesaurum nostrum conducendo in Angliam et inde redeundo ad partes suas, non occasionentur in curia Hospitalariorum de Kylmaynan nec in aliquo sint hac vice perdentes propter absentiam suam, set defaltas suas medio tempore eis faciatis warantizari. Teste rege apud Noting'.

[m. 2d.] Ad tricesimam regis assidendam et colligendam in terris et libertatibus abbatis Sancti Edmundi in comitatibus Norf' et Suff' et Norht' assignati sunt

{ Gerardus de Sancto Claro
Adam de Rugham
Henricus de Sancto Petro } in forma quam

superius scriptum est pro episcopo Cycestrensi, abbate Rading' et aliis. Teste rege apud Noting', xiiij die Septembris.

Isabella de Bolebec, comitissa Oxonie, tenens, attornavit coram rege Petrum de la Mar' et Gilebertum Devon', clericum, ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in comitatu Devonie inter Rogerum de Hele, petentem, et ipsam comitissam, tenentem, de quatuor acris terre cum pertinentiis in Gliston'. Teste rege apud Noting', xvij. die Septembris.

Prior Hospitalis Jerusalem in Anglia venit coram rege apud Eboracum in crastino Sancti Mathei et petiit terram suam in Coppegrave sibi replegiari quam Wymerus de Thorinton' clamat versus ipsum priorem et, que capta est in manum regis per defaltam ejusdem prioris. Et hoc significatum est justiciariis. Teste rege apud Eboracum, xxij. die Septembris.

Consimiles litteras habent Willelmus de Kirketon' et Hawisia, uxor ejus, qui venerunt apud Eboracum die Jovis ante festum Sancti Michaelis versus comitem Norf'.

Eboracum.—Abbas Sancte Agathe attornavit fratrem Stephanum, canonicum suum, contra Robertum Travers, petentem, de una carucata terre in Gilling'.

Priorissa de Marrig' attornavit Ricardum de Elreton contra Robertum Travers, petentem, de iiij. et x. acris et j. carucata terre in Marrig'.

Alicia uxor Roberti de Arundel attornavit ipsum Robertum contra Robertum Travers petentem de tercia parte v. carucatarum, excepta tercia parte duarum bovatarum, lxxx. et x. acris terre in Marrig'.

Eudo de Punchard' attornavit Johannem de Wudingfeld' et Henricum de Stapelford' contra magistrum Templi et Willelmum Haket de terra in Querneby.

1237.
[m. 2d.] *Linc'*.—Willelmus de Kirketon' attornavit Ricardum de Kirketon' contra Thomam Wibert, petentem, de novem bovatis terre in Kirketon'.

Pro abbate Eboracensi.—Mandatum est assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Linc' quod ad tricesimam assidendam et colligendam in terris et possessionibus abbatis Eboracensis in comitatu Linc', Johannem Usetlet et Robertum de Baillo ex parte ipsius abbatis admittant tamquam socios, ita quod ex quo tricesima illa collecta fuerit in manibus suis remaneant (*sic*) una cum alia tricesima regis ejusdem comitatus. Teste rege apud Shireburn', xxix. die Septembris.

Eodem modo in comitatu Cumbrie de Magistro Simone de Castello Keiroc et Galfrido de Cruce; Eboraci, de Petro de Cnapton' et David le Lardener; Westmerel', de predictis Magistro Simone et Galfrido de Cruce.

Pro priore Cantuarie.—Eodem modo scribitur pro priore Trinitatis Kantuarie de Nicholao de Ores et Widone Attebroc' in comitatu Kancie; Michaele de Mersteham et Johanne clerico in comitatibus in comitatibus Surr' et Surr' (*sic*) et Sussex'; Henrico de Bocking' et Rogero de Branketr' in comitatu Essex; Radulfo de Burgo et Roberto de Branketr' in comitatibus Buk' et Oxonie; Radulfo de Depham et Thoma de la Ponde in comitatibus Norf' et Suff'.

Eodem modo scribitur vicecomiti et assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Bedef' pro priore de Dunstapl', et assignati fuerunt Robertus le Escot et Willelmus le Masoun ad tricesimam assidendam et colligendam in terris et libertatibus per (*sic*) ipsius prioris in comitatu Bedef'.

Eodem modo in comitatibus Kantebrigie et Hunt' pro abbate Rames' de Willelmo de Sancto Georgio et Willelmo Mowin; Bed', de Willelmo de Holewell' et Hereberto de Sauz; Suff', de Willelmo de Henckest et Flaman' de Laweshull'; Hertf', Johanne de Harpefeld' et Johanne de Gledeseye; Norf', de Willelmo Luvel et Simone de Hocton' pro Rames'.

Norf' et Suff' pro abbate de Hulma de Willelmo de Sperham et Bartholomeo de Redham.

Eodem modo scribitur pro priore Dunelm' . . . . . Nigello de Rungeton', Bartholomeo de Foletteby inter Tynam et Teysam; et in comitatu Norhumb' Roberto de Clyfford et Willelmo de Fremerston'.

Mandatum est vicecomiti Cumbrie et collectoribus tricesime in eodem comitatu quod occasione precepti regis eis facti de predicta tricesima assidenda et colligenda manum non extendant ad tricesimam assidendam vel colligendam in terris et possessionibus

1237.

[m. 2d.] Cysterciensis et Premonstratensis ordinum, nec in terris et possessionibus Templariorum et Hospitalariorum, donec a rege speciale habueri[n]t inde mandatum. Teste rege apud Eboracum, xxv. die Septembris.

Eodem modo scribitur etc. in comitatibus

Westmeril' Norhumbr' Surr', Sussex'	Eboraci Linc' Suht'	custodi episcopatus Dunholm' et assessoribus etc. vicecomiti Noting'. Devonie.
Lanc.', Midd' — Leic', Rotel', Cornubie	Bed' et Buk' Norf' et Suff' Oxonie	Cant' et Hunt', Wiltes', Staff' et Salopie.
Heref' Not' et Dereb' Glouc', Berk'	Wilt' Norht' War' et Leic'	Kancie, Dors', Essex et Hertf'.

Tricesima de episcopatu Dunholmensi.—Rex Thome de Carhou, Willelmo de Mednilhermer, Johanni de Middelton', Rollando Baard', et Waltero filio Abel, clerico, salutem. Quia in concessione tricesime nostre provisum fuit quod archiepiscopi, episcopi, abbates et priores libertates habentes assideant et colligant in terris et libertatibus suis tricesimam nostram per quatuor milites de eisdem libertatibus; vobis mandamus firmiter injungentes quatinus tricesime nostre assidende et colligende in terris et libertatibus episcopatus Dunholmensis in waptentacio Sedberg' diligenter intendatis in forma quam custodi ejusdem episcopatus plenius demandavimus; ita quod diligentia vestra merito possit et debeat inde commendari, scituri quod laborem vestrum ita respiciemus quod non sentietis vos de dicto labore gravatos. Teste rege apud Eboracum, xxv. die Septembris.

Eodem modo scribitur	*Radulfo Surteise Henrico Spring Hugoni de Capella Waltero de Seleb' Eudoni de Aclent, clerico	infra Tynam et Teisam et in Bedlingtonsir'.
	Willelmo de Heton' Waltero de Witton' Ricardo de Scremeston' Patricio de Gosewic' Rogero de Leulin', clerico	in Norhamsir'.
	Jordano de Menestorp' Roberto filio Thome Nicholao de Askelby Rogero de Methelton' Ad' de Blaketoft', clerico	in Houedensir'.

* Altered to 'Willelmo de Hesewell' loco suo per litteras.'

1237.
[m. 2d.]

Willelmo de Essewell' Willelmo de Lumeley Willelmo Basset Jordano de Dalden' Reginaldo de Hert, clerico	in ballia de Esington'.
Johanni de Roumundeb' Roberto de Helebec Willelmo de Colevill' Hugoni de Torinton' Hugoni de Alverton', clerico.	in Alvertonsir'.
*Galfridus filius Galfridi Walterus Dandre Walterus de Seleby Willelmus de Bulsey Robertus de Gogeshal', clericus	in ballia de Cestr'.
Nigellus de Rungeton' Hugo de Capella Walterus de Bradber' Nicholaus de Monasterio Henricus de Auclent, clericus	in ballia de Stoketon'.
Simo de Chenduit Henricus Spring Ricardus de Holinsid' Reginaldus Albelin Eudo de Auclent, clericus	in ballia de Derlint'.

Cecilia uxor Ade filii Henrici atornavit loco suo Adam virum suum in loquela que est in comitatu Noting' inter predictos Adam et Ceciliam et Johannam que fuit uxor Roberti Maulivel de tercia parte trium acrarum terre.

Mandatum est vicecomiti Noting' quod loquelam que est in comitatu suo per breve regis inter Isabellam que fuit [uxor] Radulfi de Walton' et abbatem de Sweneheved de tercia parte septem acrarum prati cum pertinentiis in Burgton' ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Omnium Sanctorum. Et quia pratum captum fuit in manum regis propter defaltam ipsius abbatis qui profectus fuerat ad capitulum Cisterciensium, preceptum est eidem vicecomiti quod idem abbas propter absentiam suam non ponatur in defaltam nec in aliquo sit perdens. Teste rege apud Wercsop', iiij. die Septembris.

Eboracum.—Constantia de Lyvet attornavit Ricardum de Livet contra Matildem de Saucumar' de feodo dimidii militis in Rodham.

* From this point the names in the MSS. are in the nominative case.

1237.
[m. 2d.] Mandatum est collectoribus tricesime in comitatu Surr' quod assideri faciant tricesimam in terra hospitalis de Ospreng' in Merewe, set tricesimam illam non faciant colligi donec aliud inde habuerint mandatum. Teste rege apud Noting', quarto die Octobris. Per fratrem G.

Eodem modo mandatum est {
Collectoribus tricesime in comitatu Kancie quod assideri faciant tricesimam in terris spectantibus ad hospitale de Hospreng'. Teste ut supra.

Collectoribus tricesime in comitatu Oxonie pro hospitali Sancti Johannis extra portam orientatem Oxonie. Teste ut supra.
}

Rex vicecomiti Kancie et collectoribus tricesime in eodem comitatu, salutem. Audivimus nuper quod quatuor juratores villarum, electi ad catalla apprecianda pro tricesima nobis concessa, contra sacramentum suum venientes falsum apponunt precium, scilicet pro bove v. solidos communiter cum valeat x. solidos vel eo amplius; et pro porco qui valet duos solidos vel tres, ponunt sex denarios; et pro ove que valet xvj. denarios vel eo amplius ponunt sex denarios; blada etiam jam coadunata falso appreciant et alia catalla eodem modo, unde [si] sic procedant sicut inceperunt in catallorum appreciatione, certi sumus quod omnes tales appreciatores et de perjurio possint convinci et nos ita habere non possemus medietatem tricesime a magnatibus et aliis de regno nostro nobis date et concesse; et ideo vobis mandamus firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quod si contingat aliquos quatuor homines de villis contra sacramentum suum super catalla falsum apponere precium, sicut predictum est, tunc vos ipsi videatis catalla illa ita falso appreciata et per visum vestrum et legalium militum de comitatu predicto legale precium et rationabile apponi faciatis, et predictos quatuor homines de perjurio ita castigetis quod castigatio illa aliis prebeat exemplum fideliter agendi; provideatis etiam quod de omnibus catallis, bladis, et aliis mobilibus, provenientibus de laicis feodis que non teneantur de Templariis, Hospitalariis, et de ordine Premonstratensium et Cysterciensium et Simplingh' habeamus tricesimam sicut nobis concessa est ubicunque ponatur vel inveniatur, ne amittamus tricesimam nostram ea occasione quod hujusmodi catalla amoveantur de laicis feodis que de ipsis non tenentur super feoda eorundem virorum religiosorum vel aliarum personarum ecclesiasticarum; taliter vos habentes in hac parte quod merito debeatis inde commendari et ne, si secus egeritis, manum ad hoc graviorem apponere debeamus. Teste rege apud Not', vj. die Octobris.

Eodem modo scribitur in singulis comitatibus.

Mandatum et assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Sumerset' quod in terris et possessionibus hospitalis leprosarum de Bradel' tricesimam assideatis (*sic*), set ex quo assisa fuerit eam non colligant donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Noting', vij. die Octobris.

1237.
[m. 2d.]

Postea fuit mandatum quod ex quo assisa fuerit tricesima in terris ipsarum leprosarum et hominum suorum, eam non colligant quia rex perdonavit.

Consimiles litteras habent ipse leprose in com' Wigorn' et Wiltes'.

Rex vicecomiti Not' et assessoribus tricesime in eodem comitatu, salutem. Sciatis quod associavimus vobis Simonem de Muscegros et Ricardum de Muscegros ad tricesimam nostram assidendam et colligendam una vobiscum in terris et possessionibus Simonis de Monte Forti in comitatu predicto. Et ideo vobis mandamus quod ipsos Simonem et Ricardum ad hoc admittatis, ita quod ex quo tricesima illa assisa fuerit et per manus ipsorum Simonis et Ricardi collecta illam ab eis recipiatis. Teste me ipso apud Noting', vij. die Octobris.

In comitatu Leic' { Robertus Putrel.
Robertus de Kivelingworth.

Norht' { Simon de Turvill'.
Rogerus de Croft.

Buk' et Bed', illi iidem.

Henricus de Baillol et Lora uxor ejus venerunt coram rege apud Eboracum die Mercurii post festum Sancti Mathei Apostoli et petierunt terram suam in Burton' sibi replegiari etc.

Mandatum est vicecomiti Eboraci et assessoribus et collectoribus tricesime in eodem comitatu quod Petrum de Cnapton' et David' le Lardòner recipiant in socios ad tricesimam regis assidendam in terris et libertatibus abbatis Eboraci; et cum fuerit ita per eos collecta permittant ipsos duos eam colligere et sic, collectam recipiant ab eisdem. Teste rege apud Lichef', x. die Octobris.

In Westmeril' { Simon de Castelkayroc.
Galfridus de Cruce.

Linc' { Johannes de Useflet'.
Robertus de Baillol.

Cumbria { predicti Simon de Castelk'.
Galfridus de Cruce.

Consimiles litteras habet prior Sancte Andree Norht' de Waltero cum Barba et Nicholas de Bosevill' in comitatu Norht', et de Henrico de Plumton' et Luca de Culeworth' in comitatu Leic'.

Glouc'.—Prior de Lantonay extra Glouc', tenens, attornavit Willelmum de Marisco et Walterum de Glouc' contra Egidium de Berkel', petentem, de manerio de Quedesleg'.

Heref'.—Abbas Glouc' attornavit Galfridum de Weston' et Johannem de Culn' contra Ricardum Pauncevot.

1237.

[m. 2*d*.] *Devonia.*—Isabel Giffard' attornavit loco suo H[a]m[onem] de Karevil' versus priorem de Plynton' de pluribus consuetudinibus et serviciis que idem prior exigit etc. de tenemento ipsius Isabelle in Bocland' et Ho. Teste ut supra.

Salopia.—Egidius de Berclay et Johanna uxor ejus habent breve de perambulatione inter terras eorum in Kynsindon' et terram Hereberti de Say in Ingamesdon' per verba consueta. Teste ut supra.

Salopia.—Robertus de Clifton' et Ricardus de Hartl' habent breve de perambulatione inter terras predicti Roberti in Bedlesworth' et terras predicti Ricardi in Hartl' per verba consueta. Teste ut supra.

[m 1*d*.] Ricardus Cor . . . . . . et Odo de Hodenet habent litteras de perambulatione facienda inter terram ipsius Ricardi in Bolle et terram ipsius Odonis in Moston'.

Rex justiciario Hibernie, salutem. Sani sumus, benedictus Deus, etc. Verum nuper vobis mandavimus quod pro nobis certificandis de statu terre nostre Hibernie et qualiter de terris nostris ibidem ordinaremus et qualiter commodius in Hiberniam personaliter accedere [pos]semus, cum victualibus vel sine victualibus, et cum quanta gente, modica vel non modica, ad nos veniretis in Angliam. Vos autem cum juxta mandatum nostrum ad nos non venissetis, fideles vestros Hugonem de Legh', Willelmum Longum, . . . vestrum ad nos loco vestro transmisistis volentes eisdem fidem adhiberi super hiis que ex parte vestra nobis exponerent. Ipsi quidem de statu terre Hibernie et de aliis prout eis fuit injunctum nos certificaverunt set [non] plene, sicut per vos possemus inde certificari. Quapropter mittemus ad vos in proximo quendam de fidelibus nostris de quo sicut de nobis ipsis confidimus; qui statum terre nostre Hibernie plenius videat et una vobiscum provideatur (*sic*) de terris nostris in Hibernia, que nondum assise nec feofate et aliis negociis nostris ad fidem, commodum, et honorem nostrum provideat qualiter securius et melius in Hiberniam venire possimus et contra adventum nostrum de victualibus, si necesse fuerit, nobis prospiciat; per ipsum certificemur qualem et quantam gentem nobiscum ducere debeamus sicut prefatis fidelibus vestris ante recessum suum prediximus, et preterea ad visum compoti vestri de receptis et expensis vestris una cum venerabili patre L. Dublinensi archiepiscopo, et quibusdam aliis ipsum volumus assignari. Et ideo vobis mandamus quatinus predicto fideli nostro, cum ad vos venerit, castrum nostrum Dublin' liberetis ad illud custodiendum et se receptandum in eodem, et ad necessaria [que] ad opus nostrum providerit reponenda, et ad visum compoti vestri predictum audiendum una cum predicto archiepiscopo et aliis libenter admittatis. Ceterum memoriter tenemus quod pro fidelitate vestra, de qua non inmerito confidimus, vobis aliquando mandavimus post maritagium sororis nostre, imperatricis Alemannorum, quod diligencia qua possetis induceretis magnates et alios fideles nostros de Hibernia

1237.
[m 1*d*.] ad concedendum nobis auxilium quale magnates et fideles nostri in Anglia nobis concesserunt ad nos de tanta pecunia acquietandos quantam domino imperatori cum ipsa sorore nostra concessimus, de qua adhuc non mediocriter nos sentimus gravatos, set per ipsos in Hibernia in nullo hucusque de predicto auxilio, videlicet de duabus marcis ad scutum, nobis non fuit subventum. Quia vero necesse habuimus quod predicti magnates nostri Anglie, tam archiepiscopi, episcopi, quam laici, forcius nos juvarent ad nos exhonerandos de debitis immensis quibus ob causam predictam et alias diversas gravamur, iterato gratis et liberaliter nos respexerunt et nobis concesserunt tricesimam omnium mobilium suorum in certa forma provisa, quam alias satis audire poteritis. Cum igitur speremus et credamus quod vos et alii fideles nostri in Hybernia eadem facillitate et benignitate qua predicti de regno nostro Anglie necessitati nostre compati et eidem potenter subvenire velitis, vobis mandamus rogantes quatinus adhuc diligenter et instanter, sicut de vobis confidimus, omnes magnates Hibernie predictos, tam archiepiscopos, episcopos, quam laicos, inducere velitis ad predictum auxilium de duabus marcis ad scutum, quod prius rogaveramus, et insuper [aux]ilium tricesime sue, sicut eam habemus in Anglia, nobis concedendum vel saltem, si in utroque nullatenus proficere possetis, quod de tricesima sua nobis ad presens gratiam impendant; et cum idem feceritis penes predictos fideles nostros quantum poterit diligencia vestra quid inde nobis facere voluerint nobis scire faciatis, super hiis et aliis negociis nostris fidelitatem vestram continuantes quod magis ac magis vos debeamus habere commendatos. Cum vero s . . . . visu compoti vestri et aliis agendis nostris que per predictum fidelem nostrum et vos proposuimus expediri in adventu nostro in Hyberniam, vel per ipsum fidelem nostrum, si illuc forte non venerimus, certiorati fuerimus, tantum vobis faciemus super petitionem vestram de terra de Twomund' quod fidelitas vestra, quam per experienciam bene novimus, inde debebit esse contenta. Ad majorem autem cautelam vobis mittimus litteras nostras directas magnatibus nostris Hibernie de auxiliis predictis nobis faciendis, quas eis mitti faciatis tempore opportuno, sic de eodem negocio vos intromittentes quod diligencia vestra appareat in effectu et inde grates promereri debeatis speciales. Teste rege apud Noting', v. die Octobris.

Rex L. Dublinensi archiepiscopo, salutem. In nullo esitantes set pro constanti habentes quod audita prosperitate nostra inde plurimum gaudebitis paternitati vestre duximus significandum quod sani sumus, benedictus Deus, et incolumes cupientes quod vobiscum cuncta sint prospera; verum sicut non ignoratis nuper vobis et dilecto et fideli nostro M. filio Geroldi, justiciario nostro Hybernie, mandavimus quod ad nos veniretis in Angliam ut per vos et ipsum de statu terre nostre Hibernie et pluribus aliis agendis nostris certificaremur et, mediante consilio vestro, de quibusdam terris nostris assidendis et feoffandis que nondum assise sunt vel feoffate ordinaremus. Set cum ad nos

1237.

[m. 1*d*.] neuter vestrum venisset, idem justiciarius ad nos transmisit Hugonem de Legh' et Willelmum Long', clericum suum, ad certificandum nos super hiis que per vos et ipsum justiciarium audisse credebamus et cum per ipsos sufficienter ad necesse nostrum non fuerimus de predictis certificati, mittemus in proximo ad partes Hibernie quendam de fidelibus nostris, de quo sicut de nobis confidimus, ad statum terre predicte videndum et ad providendum una cum predicto justiciario nostro qualiter melius ordinetur ad commodum nostrum de terris predictis assidendis et feoffandis et ad providendum qualiter in Hiberniam venire possimus et de victualibus, si necesse fuerit, contra adventum nostrum; et preterea ad visum compoti ipsius justiciarii nostri una vobiscum et quibusdam aliis, sicut eidem justiciario mandavimus de expensis et custis suis faciendum; et mandavimus predicto justiciario nostro quod, cum predictus fidelis noster ad partes Hybernie venerit, castrum nostrum Dublinie ei liberet ad negocia nostra predicta commodius expedienda. Quia etiam magnates nostri Hibernie, archiepiscopi, episcopi aut laici, nihil nobis fecerunt adhuc de auxilio ab eis petito post maritagium sororis nostre, imperatricis Alemannorum, videlicet de duabus marcis ad scutum, mandavimus eidem justiciario nostro quod diligencia qua poterit inducat tam archiepiscopos, episcopos, quam alios magnates Hybernie, ad concedendum nobis auxilium predictum et preterea ad faciendum nobis gratiam qualem magnates nostri in Anglia nobis fecerunt de tricesima mobilium suorum nobis concedenda. Cum igitur ad optinenda predicta auxilia consilium vestrum eidem justiciario valde possit esse necessarium, paternitatem vestram rogamus attentius quatinus una cum ipso, tempore opportuno, prefatos magnates ad hoc diligenter inducatis, et vos ipsi ad pecuniam nostram adimplendam de predictis auxiliis nobis faciendis ita favorabiles et benignos vos exhibere velitis quod de tanta pecunia quantam domino imperatori cum dicta sorore nostra concessimus et de aliis debitis immensis per vos gaudeamus exonerari, et inde ad perpetuas vobis teneamur gratiarum actiones. Velitis etiam, cum prefatus fidelis noster in Hyberniam venerit, una cum ipso et aliis quibusdam visui compoti predicti justiciario faciendo libenter intendere et commodum et honorem nostrum, sicut hucusque fecistis in aliis negociis nostris, procurare. Teste ut supra.

Rex venerabilibus patribus in Christo, archiepiscopis, episcopis, et dilectis sibi in Christo abbatibus, et prioribus, et aliis viris religiosis terras et possessiones habentibus in Hybernia, salutem. Ex affectione sincera quam erga nos vestri gratia gessistis indefesse certam reportantes fiduciam quod petitioni nostre honestatem continenti favorabiliter annuere velitis, benignitatem vestram fiducialiter rogandam duximus quatinus cum adhuc nichil nobis feceritis de auxilio illo de quo vos rogavimus post maritagium sororis nostre, imperatricis Alemannorum, quale prelati nostri Anglie et homines sui etc. nobis fecerunt, quod tunc vos rogavimus pro vobis et hominibus vestris favorabiliter adimplere velitis, gratiam gratie addentes juxta liberalitatem iterato nobis inpensam a predictis prelatis Anglie et

1237.
[m. 1d.] aliis magnatibus nostris similiter, et, prout nobis concesserunt, tricesimam mobilium vestrorum et hominum vestrorum eadem facillitate nobis concedere velitis, sicut dilectus et fidelis noster M. filius Geroldi, justiciarius noster Hibernie, vobis plenius exponet, sic benigne de utroque auxilio nobis subvenientes ad nos de tanta pecunia acquietandos quantam domino imperatori cum predicta sorore nostra concessimus, de qua simul et aliis debitis non mediocriter adhuc nos sentimus gravatos, quod liberalitati vestre specialiter attribuere debeamus si a tanto onere per auxilium vestrum fuerimus liberati, et ad perpetuas vobis inde teneri debeamus gratiarum actiones. Teste ut supra.

Rex dilectis et fidelibus suis, comitibus, baronibus, militibus, et omnibus aliis fidelibus suis in Hybernia constitutis, salutem. Fidelitatem vestram pariter et laudabile servicium vestrum quod nobis simul et patri nostro impendistis, sicut multociens sumus ea parte plurimum commendantes, grates inde vobis exolvimus copiosas, cupientes ex anima quantum in nobis est gratiam vobis impendere et favorem. Ex consueta igitur benignitate vestra fidem jam reportantes indubitatam, ad presens vos duximus attente rogandos quatinus cum adhuc nichil nobis feceritis de auxilio illo super quo vos rogavimus post maritagium sororis nostre, imperatricis Alemannorum, videlicet de duabus marcis ad scutum, quale magnates et fideles nostri in Anglia tunc nobis fecerunt, petitionem nostram favorabiliter adimplere velitis, gratiam gratie addentes juxta liberalitatem iterato nobis impensam a predictis magnatibus et fidelibus nostris Anglie, et, prout nobis concesserunt, tricesimam mobilium vestrorum eadem facillitate nobis concedere velitis sicut dilectus et fidelis noster M. filius Geroldi, justiciarius noster Hibernie, vobis plenius exponet, sic benigne auxilio nobis subvenientes ad nos de tanta pecunia acquietandos quantam domino imperatori cum predicta sorore nostra concessimus, de qua simul et aliis debitis non mediocriter adhuc nos sentimus gravatos, quod liberalitati vestre specialiter attribuere debeamus, si a tanto onere per auxilium vestrum fuerimus liberati, et ad perpetuas vobis teneri debeamus gratiarum actiones. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est omnibus magnatibus Hibernie, videlicet :—

Archiepiscopo Dublinensi.
Archiepiscopo Armacano.
Archiepiscopo Tuamensi.
Decano et capitulo Cassalensi.
Episcopo Fernensi.
Episcopo Osseriensi.
Episcopo Leghelinensi.
Episcopo Darensi.
Episcopo Middensi.
Episcopo Clochorensi.
Episcopo Arfertensi.

1237.
[m. 1*d*.]

Episcopo Dunensi.
Episcopo Waterfordensi.
Episcopo Lismorensi.
Episcopo Clonensi.
Episcopo Corcagensi.
Episcopo Imilicensi.
Episcopo Limericensi.
Episcopo Laonensi.
Episcopo Ardoghkadensi.
Episcopo Elvinensi.
Episcopo Conerensi.

Mandatum est vicecomiti Salopie et assessoribus tricesime in eodem comitatu quod nullam tricesimam assideant in burgis regis vel in dominicis suis ejusdem comitatus sine speciali precepto regis. Teste rege apud Wygorniam, xvj. die Octobris.

Eodem modo in comitatibus Staff', Dors' et Sumers', Essex', Hertf', Midd', Berk', Wilt', Oxon,' Norhant', Glouc', Hereford', Kancie, Wigorn', Glouc', Suht', Midd'.

Willelmus filius Warini attornavit Rogerum de Cotes contra Stephanum de Criketot, petentem, de consuetudinibus etc. que idem Stephanus exigit etc. in Webbeton'.

Ebor.—Willelmus de Pichef', tenens, attornavit Adam de Picheford' contra Johannem de Thornton', petentem, de manerio de Elreton' cum pertinentiis'.

Mandatum est vicecomiti Dors' et assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu illo quod nullam tricesimam assideant vel colligant in terris vel possessionibus monialium de Tarent' vel hominum suorum. Teste rege apud Wigorniam, xvj. die Octobris.

Mandatum est vicecomiti Heref' quod distringat omnes illos in baillia sua qui de episcopo Herefordensi tenent feodum militis integrum quod ad festum Purificationis Beate Marie, anno etc. xxij. arma capiant et se milites fieri faciant. Teste ut supra.

Mandatum est assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Glouc' quod occasione mandati regis etc. nullam tricesimam assideant vel colligant in terris et possessionibus episcopi Herefordensis vel hominum suorum, set cum assisa fuerit et collecta per milites [suos], ipsam ab eis recipiant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus tricesime in comitatibus Hereford', Salopie, et Wigornie.

Mandatum est assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Suff' quod in terris prioris de Theford' et hominum suorum assideant tricesimam set ipsum priorem permittant colligere tricesimam illam per manum suam et suorum, ita quod tricesimam illam, quando collecta sit, eis reddant. Teste rege apud Theok', xvij. die Octobris.

Eodem modo in comitatu Norf'.

1237.
[m. 1*d*.] Magister hospitalis Sancti Lazari in Anglia attornavit Clementem capellanum contra Johannem de Plumpton' et Editham uxorem ejus, petentes, de j. virgata terre in Burgtun'.

Ricardus de Bray attornavit Radulfum le Waleis contra Adam filium Reg (?), petentem, de manerio de Roudeclive.

Frater Hugo, abbas Cluniacensis, attornavit Willelmum de Otford' et Radulfum filium ejus in hiis que ad regem pertinent in comitatu Huntindon'. Et mandatum est vicecomiti quod ipsos vel alterum illorum ad hoc loco ipsius abbatis recipiat. Teste rege apud Wigorniam, xvj. die Octobris.

Devon'.—Abbas de Tavistok' et Amauricus de Sancto Amando posuerunt se in perambulacione facienda inter terram abbatis in Devenebir' et terram ipsius Amaurici in Iplepenn'.

Glouc'.—Prior de Lantonay attornavit Willelmum Marescallum et Walterum de Glouc' contra Egidium de Berkel', petentem, de manerio de Quedesleg', excepta advocatione ecclesie.

Samuell' de Winton' attornavit loco suo . . . . inter Matheum de Islep, petentem, et ipsum Samuell', tenentem, de d . . . .

GENERAL INDEX.

GENERAL INDEX.

A

B

C

E

F

G

H

L

N

O

P

Q

R

T

U

V

W

Y

CATALOGUE

(Revised to 1st November, 1908)

OF

ENGLISH, SCOTCH, AND IRISH RECORD PUBLICATIONS,

REPORTS OF THE HISTORICAL MANUSCRIPTS COMMISSION,

AND

ANNUAL REPORTS OF THE DEPUTY KEEPERS OF THE PUBLIC RECORDS, ENGLAND AND IRELAND,

Printed for
HIS MAJESTY'S STATIONERY OFFICE.

And to be purchased,

Either directly or through any Bookseller, from

WYMAN AND SONS, LTD., FETTER LANE, E.C.,
and 32, ABINGDON STREET, WESTMINSTER, S.W.; or

OLIVER AND BOYD, TWEEDDALE COURT, EDINBURGH: or

EDWARD PONSONBY, 116, GRAFTON STREET, DUBLIN.

CONTENTS.

CALENDARS OF STATE PAPERS, &c.

[IMPERIAL 8vo., cloth. *Price* 15*s.* each Volume or Part, except where otherwise stated.]

Subsequent to recommendations of Committees of the House of Commons in 1800 and 1836, the Master of the Rolls, in 1865, stated to the Lords of the Treasury that although "the Records, State Papers, "and Documents in his charge constitute the most complete and "perfect series of their kind in the civilized world," and although "they are of the greatest value in a historical and constitutional point "of view, yet they are comparatively useless to the public from the "want of proper Calendars and Indexes." Whereupon their Lordships assented to the necessity of having Calendars prepared, and empowered the Master of the Rolls to take such steps as might be necessary for this purpose.

The following Works have been already published in this Series:—

CALENDARIUM GENEALOGICUM; for the reigns of Henry III. and Edward I. *Edited by* CHARLES ROBERTS. 2 Vols. 1865.

SYLLABUS, IN ENGLISH, OF RYMER'S FŒDERA. *By* Sir THOMAS DUFFUS HARDY, D.C.L. 1869–1885. Vol. I.—1066–1377. (*Out of print.*) Vol. II.—1377–1654. Vol. III., Appendix and Index.

DESCRIPTIVE CATALOGUE OF ANCIENT DEEDS, preserved in the Public Record Office. 1890–1906. Vols. I., II., III., IV. and V.

CALENDAR OF THE PATENT ROLLS, prepared under the superintendence of the Deputy Keeper of the Records. 1891–1908:—

HENRY III.
- Vol. I. (*Latin text*).—1216–1225.
- Vol. II. (*Latin text*).—1225–1232.
- Vol. III.— 1232–1247.
- Vol. IV.— 1247–1258.

EDWARD I.
- Vol. I.— 1272–1281.
- Vol. II.— 1281–1292.
- Vol. III.— 1292–1301.
- Vol. IV.— 1301–1307.

EDWARD II.
- Vol. I.— 1307–1313.
- Vol. II.— 1313–1317.
- Vol. III.—1317–1321.
- Vol. IV.— 1321–1324.
- Vol. V.— 1324–1327.

EDWARD III.
- Vol. I.— 1327–1330.
- Vol. II.— 1330–1334.
- Vol. III.—1334–1338.
- Vol. IV.— 1338–1340.
- Vol. V.— 1340–1343.
- Vol. VI.— 1343–1345.
- Vol. VII.— 1345–1348.
- Vol. VIII.—1348–1350.
- Vol. IX.— 1350–1354.

RICHARD II.
- Vol. I.— 1377–1381.
- Vol. II.— 1381–1385.
- Vol. III.—1385–1389.
- Vol. IV.— 1388–1392.
- Vol. V.— 1391–1396.

HENRY IV.
- Vol. I.— 1399–1401.
- Vol. II.— 1401–1405.
- Vol. III.— 1405–1408.

HENRY VI.
- Vol. I. —1422–1429.
- Vol. II.— 1429–1436.
- Vol. III.— 1436–1441.
- Vol. IV.— 1441–1446.

EDWARD IV.— 1461–1467.

EDWARD IV., HENRY VI.—1467–1477.

EDWARD IV., EDWARD V., RICHARD III., 1476–1485.

CALENDAR OF THE CLOSE ROLLS, prepared under the superintendence of the Deputy Keeper of the Records. 1892–1908:—

HENRY III. (*Latin text*).
- Vol. I.— 1227–1231.
- Vol. II.— 1231–1234.

EDWARD I.
- Vol. I.— 1272–1279.
- Vol. II.— 1279–1288.
- Vol. III.—1288–1296.
- Vol. IV.— 1296–1302.
- Vol. V.— 1302–1307.

EDWARD II.
- Vol. I.— 1307–1313.
- Vol. II.— 1313–1318.
- Vol. III.— 1318–1323.
- Vol. IV.— 1323–1327.

EDWARD III.
- Vol. I.— 1327–1330.
- Vol. II.— 1330–1333.
- Vol. III.—1333–1337.
- Vol. IV.—1337–1339.
- Vol. V.— 1339–1341.
- Vol. VI.— 1341–1343.
- Vol. VII.— 1343–1346.
- Vol. VIII.—1346–1349.
- Vol. IX.— 1349–1354.
- Vol. X.— 1354–1360.

CALENDAR OF THE CHARTER ROLLS, prepared under the superintendence of the Deputy Keeper of the Records. 1903–1908.

Vol. I.—1226–1257. | Vol. III.—1300-1326.
Vol. II.—1257–1300.

CALENDAR OF INQUISITIONS POST MORTEM and other analogous documents, prepared under the superintendence of the Deputy Keeper of the Records. 1898–1908.

Vol. I.—HENRY III.
Vol. II.—EDWARD I.
Vol. V.—EDWARD II.
SECOND SERIES—
HENRY VII.—Vol. I.

INQUISITIONS AND ASSESSMENTS relating to FEUDAL AIDS, etc., prepared under the superintendence of the Deputy Keeper of the Records. 1284–1431. Vol. I. Bedford to Devon. 1899. Vol. II. Dorset to Huntingdon. 1900. Vol. III. Kent to Norfolk. 1904. Vol. IV. Northampton to Somerset. 1906.

CALENDAR OF LETTERS AND PAPERS, FOREIGN AND DOMESTIC, OF THE REIGN OF HENRY VIII., preserved in the Public Record Office, the British Museum, and elsewhere in England. *Edited by* J. S. BREWER. M.A. (Vols. I.–IV.); *by* JAMES GAIRDNER (Vols. V.–XIII.); *and by* JAMES GAIRDNER, C.B., and R. H. BRODIE (Vols. XIV.–XXI.). 1862–1908.

Vol. I.—1509–1514. (*Out of print.*)
Vol. II. (in two parts)—1515–1518. (*Part I. out of print.*)
Vol. III. (in two parts)—1519–1523
Vol. IV.—Introduction.
Vol. IV., Part I.—1524–1526.
Vol. IV., Part 2.—1526–1528.
Vol. IV., Part 3.—1529–1530.
Vol. V.—1531–1532.
Vol. VI.—1533.
Vol. VII.—1534.
Vol. VIII.—1535, Jan. to July.
Vol. IX.—1535, Aug. to Dec.
Vol. X.—1536, Jan. to June.
Vol. XI.—1536, July to Dec.
Vol. XII., Part I.—1537, Jan. to May.
Vol. XII.—Part 2.—1537, June to Dec.
Vol. XIII., Part 1.—1538, Jan. to July.
Vol. XIII., Part 2.—1538, Aug. to Dec.
Vol. XIV., Part 1.—1539, Jan. to July.
Vol. XIV., Part 2.—1539, Aug. to Dec.
Vol. XV.—1540, Jan. to Aug.
Vol. XVI.—1540, Sept. to 1541, Dec.
Vol. XVII.—1542.
Vol. XVIII., Part 1.—1543, Jan. to July.
Vol. XVIII., Part 2.—1543, Aug. to Dec.
Vol. XIX., Part I.—1544, Jan. to July.
Vol. XIX., Part II.—1544, Aug. to Dec.
Vol. XX., Part I.—1545, Jan. to July.
Vol. XX., Part II.—1545, Aug. to Dec.
Vol. XXI., Part I.—1546, Jan. to Aug.

CALENDAR OF STATE PAPERS, DOMESTIC SERIES, OF THE REIGNS OF EDWARD VI., MARY, ELIZABETH, and JAMES I. *Edited by* ROBERT LEMON, F.S.A. (Vols. I. and II.) *and by* MARY ANNE EVERETT GREEN (Vols. III.–XII.). 1856–1872.

Vol. I.— 1547–1580.
Vol. II.— 1581–1590.
Vol. III.—1591–1594. (*Out of print.*)
Vol. IV.—1595–1597.
Vol. V.— 1598–1601.
Vol. VI.—1601–1603, with Addenda, 1547–1565.
Vol. VII.—Addenda, 1566-1579
Vol. VIII.—1603–1610.
Vol. IX.— 1611–1618.
Vol. X.— 1619–1623.
Vol. XI.— 1623–1625, with Addenda, 1603–1625.
Vol. XII.—Addenda, 1580–1625.

CALENDAR OF STATE PAPERS, DOMESTIC SERIES, OF THE REIGN OF CHARLES I., Edited by JOHN BRUCE, F.S.A (Vols. I.–XII.); by JOHN BRUCE, F.S.A., and WILLIAM DOUGLAS HAMILTON, F.S.A. (Vol. XIII.); *by* WILLIAM DOUGLAS HAMILTON, F.S.A. (Vols. XIV.–XXII.); *by* WILLIAM DOUGLAS HAMILTON, F.S.A., *and* SOPHIE C. LOMAS (Vol. XXIII.). 1858–1897.

Vol. I.— 1625–1626.
Vol. II.— 1627–1628.
Vol. III.— 1628–1629.
Vol. IV.— 1629–1631.
Vol. V.— 1631–1633.
Vol. VI.— 1633–1634.
Vol. VII.— 1634–1635.
Vol. VIII.—1635.
Vol. IX.— 1635–1636.
Vol. X.— 1636–1637.
Vol. XI.— 1637.
Vol. XII.— 1637–1638.
Vol. XIII.— 1638–1639.
Vol. XIV.— 1639.
Vol. XV.— 1639–1640.
Vol. XVI.— 1640.
Vol. XVII.— 1640–1641.
Vol. XVIII.—1641–1643.
Vol. XIX.— 1644.
Vol. XX.— 1644–1645.
Vol. XXI.— 1645–1647.
Vol. XXII.— 1648–1649.
Vol. XXIII.—Addenda. 1625–1649.

CALENDAR OF STATE PAPERS, DOMESTIC SERIES, DURING THE COMMONWEALTH. *Edited by* MARY ANNE EVERETT GREEN. 1875–1885.

Vol. I.— 1649–1650.
Vol. II.— 1650.
Vol. III.— 1651.
Vol. IV.— 1651–1652.
Vol. V.— 1652–1653.
Vol. VI.— 1653–1654.
Vol. VII.— 1654.
Vol. VIII.— 1655.
Vol. IX.— 1655–1656.
Vol. X.— 1656–1657.
Vol. XI.— 1657–1658.
Vol. XII.— 1658–1659.
Vol. XIII.— 1659–1660.

CALENDAR OF STATE PAPERS :—COMMITTEE FOR THE ADVANCE OF MONEY. 1642–1656. *Edited by* MARY ANNE EVERETT GREEN. Parts I.–III., 1888.

CALENDAR OF STATE PAPERS :—COMMITTEE FOR COMPOUNDING, &C., 1643–1660. *Edited by* MARY ANNE EVERETT GREEN. Parts I.–V., 1889–1892.

CALENDAR OF STATE PAPERS, DOMESTIC SERIES, OF THE REIGN OF CHARLES II. *Edited by* MARY ANNE EVERETT GREEN (Vol. I.–X.) ; *and by* F. H. BLACKBURNE DANIELL, M.A. (Vols. XI.–XVI.) 1860–1907.

Vol. I.— 1660–1661.
Vol. II.— 1661–1662.
Vol. III.— 1663–1664.
Vol. IV.— 1664–1665.
Vol. V.— 1665–1666.
Vol. VI.— 1666–1667.
Vol. VII.— 1667.
Vol. VIII.—1667–1668.
Vol. IX.— 1668–1669.
Vol. X.— 1670, and Addenda, 1660–1670.
Vol. XI.— 1671.
Vol. XII.— 1671–1672.
Vol. XIII.— 1672.
Vol. XIV.— 1672–1673.
Vol. XV.— 1673.
Vol. XVI.— 1673–1675.
Vol. XVII.— 1675–1676.

CALENDAR OF STATE PAPERS, DOMESTIC SERIES, OF THE REIGN OF WILLIAM III. *Edited by* WILLIAM JOHN HARDY, F.S.A. 1895–1906.

Vol. I.— 1689–1690.
Vol. II.— 1690–1691.
Vol. III.— 1691–1692.
Vol. IV.— 1693.
Vol. V.— 1694–1695.

CALENDAR OF HOME OFFICE PAPERS OF THE REIGN OF GEORGE III. Vols. I. and II. *Edited by* JOSEPH REDINGTON. 1878–1879. Vols. III. and IV. *Edited by* RICHARD ARTHUR ROBERTS, Barrister-at-Law. 1881, 1899.

Vol. I.—1760 (25 Oct.)-1765.
Vol. II.— 1766–1769.
Vol. III.— 1770–1772.
Vol. IV.— 1773–1775.

CALENDAR OF TREASURY BOOKS. *Edited by* W. A. SHAW, M.A. 1904–1908.

Vol. I.— 1660–1667.
Vol. II.— 1667–1668.
Vol. III.—1669–1672. Part I.
Vol. III.—1669–1672. Part II.

CALENDAR OF TREASURY PAPERS. *Edited by* JOSEPH REDINGTON. 1868–1889.

Vol. I.—1557–1696. (*Out of print.*)
Vol. II.—1697–1702.
Vol. III.—1702–1707.
Vol. IV.— 1708–1714.
Vol. V.— 1714–1719.
Vol. VI.— 1720–1728.

CALENDAR OF TREASURY BOOKS AND PAPERS. *Edited by* W. A. SHAW, M.A. 1897–1903.

Vol. I.— 1729–1730.
Vol. II.— 1731–1734.
Vol. III.— 1735–1738.
Vol. IV.— 1739–1741.
Vol. V.— 1742–1745.

CALENDAR OF STATE PAPERS relating to SCOTLAND. *Edited by* MARKHAM JOHN THORPE. 1858.

Vol. I.— 1509–1589.
Vol. II.— 1589–1603 ; an Appendix, 1543–1592 ; and State Papers relating to Mary Queen of Scots, 15681587.

CALENDAR OF DOCUMENTS relating to IRELAND, in the Public Record Office, London. *Edited by* HENRY SAVAGE SWEETMAN, B.A., Barrister-at-Law (Ireland) (Vols. I.–IV) ; *and by* H. S. SWEETMAN *and* GUSTAVUS FREDERICK HANDCOCK (Vol. V.). 1875–1886.

Vol. I.— 1171–1251.
Vol. II.— 1252–1284.
Vol. III.— 1285–1292.
Vol. IV.— 1293–1301.
Vol. V.— 1302–1307.

Calendar of State Papers relating to Ireland, Henry VIII.—Elizabeth. *Edited by* Hans Claude Hamilton, F.S.A. (Vols. I.-V.), 1860–1890, *and by* E. G. Atkinson (Vols. VI.-X.), 1893–1905.

Vol. I.—	1509–1573.	Vol. VI.—	1596–1597.
Vol. II.—	1574–1585.	Vol. VII.—	1598–1599.
Vol. III.—	1586–1588.	Vol. VIII.—	1599–1600.
Vol. IV.—	1588–1592.	Vol. IX.—	1600.
Vol. V.—	1592–1596.	Vol. X.—	1600–1601.

Calendar of State Papers relating to Ireland, James I., preserved in the Public Record Office, and elsewhere. *Edited by* the Rev. C. W. Russell, D.D., and John P. Prendergast, Barrister-at-Law. 1872–1880.

Vol. I.—	1603–1606.	Vol. IV.—	1611–1614.
Vol. II.—	1606–1608.	Vol. V.—	1615–1625.
Vol. III.—	1608–1610.		

Calendar of State Papers relating to Ireland, Charles I. and Commonwealth. *Edited by* R. P. Mahaffy, B.A. 1901–1903.

Vol. I.— 1625–1632.	Vol. IV.—Adventurers for Land, 1642–1659.
Vol. II.— 1633–1647.	
Vol. III.—1647–1660, with Addenda, 1625–1660.	

Calendar of State Papers relating to Ireland, Charles II. *Edited by* R. P. Mahaffy, B.A., 1905–1908.

Vol. I.—1660–1662.	Vol. III.—1666–1669.
Vol. II.—1663–1665.	

Calendar of the Carew Papers, preserved in the Lambeth Library. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., *and* William Bullen. 1867–1873.

Vol. I.— 1515–1574. (*Out of print.*)	Vol. IV.—1601–1603.
Vol. II.— 1575–1588.	Vol. V.—Book of Howth. Miscellaneous.
Vol. III.—1589–1600.	Vol. VI.—1603–1624.

Calendar of State Papers, Colonial Series. *Edited by* W. Noel Sainsbury (Vols. I-IX), *by* W. Noel Sainsbury *and* the Hon. J. W. Fortescue (Vol. X.), *by* the Hon. J. W. Fortescue (Vols. XI.-XVI.), *and by* Cecil Headlam (Vol. XVII.). 1860–1908.

Vol. I.—America and West Indies, 1574–1660
Vol. II.—East Indies, China, and Japan, 1513-1616. (*Out of print.*)
Vol. III.— „ „ „ 1617–1621. (*Out of print.*
Vol. IV.— „ „ „ 1622–1624.
Vol. V.—America and West Indies, 1661–1668.
Vol. VI.—East Indies, 1625–1629.
Vol. VII.—America and West Indies, 1669–1674.
Vol. VIII.—East Indies and Persia, 1630–1634.
Vol. IX.—America and West Indies, 1675–1676, and Addenda 1574–1674.
Vol. X.— America and West Indies, 1677–1680.
Vol. XI.— „ „ 1681–1685.
Vol. XII.— „ „ 1685–1688.
Vol. XIII.— „ „ 1689–1692.
Vol. XIV.— „ „ 1693–1696.
Vol. XV.— „ „ 1696–1697.
Vol. XVI.— „ „ 1697–1698.
Vol. XVII.— „ „ 1699; with Addenda, 1621–1698.

Calendar of State Papers, Foreign Series, preserved in the Public Record Office. *Edited by* W. B. Turnbull, Barrister-at-Law, &c. 1861.

Edward VI., 1547–1553. | Mary, 1553–1558.

Calendar of State Papers, Foreign Series, of the reign of Elizabeth, preserved in the Public Record Office, &c. *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A. (Vols. I.-VII.); Allan James Crosby, M.A., Barrister-at-Law (Vols. VIII.-XI.), *and* Arthur John Butler, M.A. (Vols. XII.-XV.). 1863–1907.

Vol. I.—	1558–1559.	Vol. IX.—	1569–1571.
Vol. II.—	1559–1560.	Vol. X.—	1572–1574.
Vol. III.—	1560–1561.	Vol. XI.—	1575–1577.
Vol. IV.—	1561–1562.	Vol. XII.—	1577–1578.
Vol. V.—	1562.	Vol. XIII.—	1578–1579.
Vol. VI.—	1563.	Vol. XIV.—	1579–1580.
Vol. VII.—	1564–1565.	Vol. XV.—	1581–1582.
Vol. VIII.—	1566–1568.		

Calendar of Documents in France, illustrative of the History of Great Britain and Ireland, Vol. I. A.D. 918–1206. *Edited by* J. Horace Round, M.A. 1899.

Calendar of Letters, Despatches, and State Papers, relating to the Negotiations between England and Spain, preserved at Simancas and elsewhere. *Edited by* G. A. Bergenroth (Vols. I. and II.); *by* Don Pascual de Gayangos (Vols. III. to VI.); *by* Don Pascual de Gayangos and Martin A. S. Hume (Vol. VII.); and by Martin A. S. Hume (Vol. VIII). 1862–1904.

Vol. I.—1485–1509.
Vol. II.—1509–1525.
Supplement to Vol. I. and Vol. II.
Vol. III. Part 1.—1525–1526.
Vol. III. Part 2.—1527–1529.
Vol. IV. Part 1.—1529–1530.
Vol. IV. Part 2.—1531–1533.
Vol. IV. Part 2.—1531–1533, *continued*.
Vol. V. Part 1.—1534–1535.
Vol. V. Part 2.—1536–1538.
Vol. VI. Part 1.—1538–1542.
Vol. VI. Part 2.—1542–1543.
Vol. VII.— 1544.
Vol. VIII.—1545–1546.

Calendar of Letters and State Papers, relating to English Affairs, preserved principally in the Archives of Simancas. *Edited by* Martin A. S. Hume, F.R.Hist.S. 1892–1899.

Vol. I.— 1558–1567.
Vol. II.—1568–1579.
Vol. III.—1580–1586.
Vol. IV.—1587–1603.

Calendar of State Papers and Manuscripts, relating to English Affairs, preserved in the Archives of Venice, &c. *Edited by* Rawdon Brown (Vols. I.–VI.); *by* Rawdon Brown and the Right Hon. G. Cavendish Bentinck, M.P. (Vol. VII.); *by* Horatio F. Brown (Vols. VIII.–XII.); *and by* Allen B. Hinds, M.A. (Vols. XIII.–XIV.), 1895–1908.

Vol. I.— 1202–1509.
Vol. II.— 1509–1519.
Vol. III.—1520–1526.
Vol. IV.—1527–1533.
Vol. V.— 1534–1554.
Vol. VI., Part I.— 1555-1556.
Vol. VI., Part II.—1556-1557.
Vol. VI., Part III.—1557-1558.
Vol. VII.— 1558–1580.
Vol. VIII.—1581–1591.
Vol. IX.— 1592–1603.
Vol. X.— 1603–1607.
Vol. XI.— 1607–1610.
Vol. XII.— 1610–1613.
Vol. XIII.—1613–1615.
Vol. XIV.—1615–1617.

Calendar of entries in the Papal Registers, illustrating the History of Great Britain and Ireland. *Edited by* W. H. Bliss, B.C.L. (Vols. I. and II.); *by* W. H. Bliss and C. Johnson, M.A. (Vol. III.) *and by* W. H. Bliss and J. A. Twemlow, B.A., (Vols. IV. and V.)

Papal Letters. 1893–1906.

Vol. I.— 1198–1304.
Vol. II.— 1305–1342.
Vol. III.—1342–1362.
Vol. IV.—1362–1404.
Vol. V.— 1396–1404.
Vol. VI.— 1404-1415.
Vol. VII.—1417–1431.

Petitions to the Pope. 1896.

Vol. I.—1342–1419.

Report of the Deputy Keeper of the Records and the Rev. J. S. Brewer upon the Carte and Carew Papers in the Bodleian and Lambeth Libraries. 1864. *Price* 2*s*. 6*d*.

Report of the Deputy Keeper of the Records upon the Documents in the Archives and Public Libraries of Venice. 1866. *Price* 2*s*. 6*d*.

Guide to the Various Classes of Documents in the Public Record Office. *By* S. R. Scargill-Bird, F.S.A. *Third Edition*. 1908. *Price* 7*s*.

Acts of the Privy Council of England, New Series. *Edited by* John Roche Dasent, C.B., M.A., Barrister-at-Law. 1890–1907. *Price* 10*s*. *each*.

Vol. I.— 1542–1547.
Vol. II.— 1547–1550.
Vol. III.— 1550–1552.
Vol. IV.— 1552–1554.
Vol. V.— 1554–1556.
Vol. VI.— 1556–1558.
Vol. VII.— 1558–1570.
Vol. VIII.— 1571–1575.
Vol. IX.— 1575–1577.
Vol. X.— 1577–1578.
Vol. XI.— 1578–1580.
Vol. XII.— 1580–1581.
Vol. XIII.— 1581–1582.
Vol. XIV.— 1586–1587.
Vol. XV.— 1587–1588.
Vol. XVI.— 1588.
Vol. XVII.— 1588–1589.
Vol. XVIII.— 1589–1590.
Vol. XIX.— 1590.
Vol. XX.— 1590–1591.
Vol. XXI.— 1591.
Vol. XXII.— 1591–1592.
Vol. XXIII.— 1592.
Vol. XXIV.— 1592–1593.
Vol. XXV.— 1595–1596.
Vol. XXVI.— 1596–1597.
Vol. XXVII.— 1597.
Vol. XXVIII.—1597–1598.
Vol. XXIX. —1598–1599.
Vol. XXX.— 1599–1600.
Vol. XXXI.— 1600–1601.
Vol. XXXII.— 1601–1604.

Catalogue of Manuscripts and other objects in the Museum of the Public Record Office. *By* Sir H. C. Maxwell-Lyte, K.C.B., M.A., F.S.A. *Fifth Edition*. 1908. *Price* 6*d*.

In the Press.

Close Rolls of the reign of Henry III. (*Latin Text.*) Vol. III. 1234-1237.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Henry III. Vol. V.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Edward III. Vol. X.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Richard II. Vol. VI. 1396–1399.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Henry IV. Vol. IV. 1408–1413.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Henry VI. Vol. V.

Calendar of the Close Rolls of the reign of Edward III. Vol. XI.

Calendar of the Charter Rolls. Vol. IV.

Inquisitions and Assessments relating to Feudal Aids. Vol. V. Suffolk to Worcester.

Calendar of Inquisitions Post Mortem. Vol. VI. Edward II.

Calendar of Inquisitions Post Mortem. Vol. VII. 1 to 9 Edward III.

Calendar of State Papers, relating to English Affairs, preserved in the Archives of Venice, &c. *Edited by* A. B. Hinds, M.A. Vol. XV.

Calendar of entries in the Papal Registers, illustrating the History of Great Britain and Ireland. *Edited by* J. A. Twemlow, B.A. Papal Letters. Vols. VIII. and IX.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the reign of William III. Vol. VI. *Edited by* W. J. Hardy, F.S.A.

Calendar of State Papers, Foreign and Domestic; Henry VIII. Vol. XXI. (Part II.)

Calendar of Treasury Books. Vols. IV and V.

Calendar of State Papers, Foreign Series, Elizabeth. Vols. XVI. and XVII.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the reign of Charles II. Vol. XVIII.

Calendar of State Papers, Ireland, Charles II. Vol. IV. *Edited by* R. P. Mahaffy, B.A.

Calendar of State Papers, Colonial Series. Vol. XVIII.

In Progress.

Calendar of Inquisitions Post Mortem. Edward I.

Calendar of Inquisitions Post Mortem. Henry VII. Vol. II.

Catalogue of Ancient Deeds. Vol. VI.

PUBLIC RECORD OFFICE.

LISTS AND INDEXES.

The object of these publications is to make the contents of the Public Record Office more easily available. In conjunction with the Calendars, they will, in course of time, form a catalogue of the National Archives, as explained in the Fifty-first Report of the Deputy Keeper of the Records (page 10).

No. I. Index of Ancient Petitions of the Chancery and the Exchequer. 1892. 9*s*. 6*d*.

No. II. List and Index of Declared Accounts from the Pipe Office and the Audit Office. 1893. 15*s*.

No. III. List of volumes of State Papers (Great Britain and Ireland). Part I., 1547–1760. 1894. 6*s*. 6*d*.

No. IV. List of Plea Rolls. 1894. 7*s*.

No. V. List of Minister's Accounts preserved in the Public Record Office. Part I. 1894. 16*s*.

No. VI. List and Index of Court Rolls preserved in the Public Record Office. Part I. 1896. 15*s*.

No. VII. Index of Chancery Proceedings, Series II. Vol. I. 1558–1579. 1896. 14*s*.

No. VIII. List of Ministers' Accounts. Appendix, Corrigenda, and Index to Part I. 1897. 3*s*.

No. IX. List of Sheriffs from the earliest times to A.D. 1831. 1898. 9*s*. (*Out of print.*)

No. X. List of proceedings with regard to Charitable Uses. 1899. 5*s*.

No. XI. List of Foreign Accounts enrolled on the Great Rolls of the Exchequer. 1900. 10*s*.

No. XII. List of Early Chancery Proceedings. Vol. I. 1901. 12*s*.

No. XIII. List of Star-Chamber Proceedings. Vol. I. 1485–1558. 10*s*.

No. XIV. List of Records of the Duchy of Lancaster. 1901. 5*s*.

No. XV. List of Ancient Correspondence of the Chancery and Exchequer. 1902. 12*s*.

No. XVI. List of Early Chancery Proceedings. Vol. II. 1903. 17*s*.

No. XVII. List of Inquisitions ad Quod Damnum. Part I. 1904. 13*s*.

No. XVIII.—List of Admiralty Records. Vol. I. 1904. 8*s*.

No. XIX.—List of State Papers, Foreign. 1904. 4*s*.

No. XX.—List of Early Chancery Proceedings. Vol. III. 1906. 15*s*.

No. XXI.—List of Proceedings in the Court of Requests. Vol. I. 1906. 15*s*.

No. XXII.—List of Inquisitions ad quod Damnum. Part II. 1906. 14*s*.

No. XXIII.—Index of Inquisitions. Vol. I. Henry VIII. to Philip and Mary. 1907. 10*s*.

No. XXIV.—Index of Chancery Proceedings. Series II. Vol. II. 1579–1621. 1908. 10*s*.

No. XXV.—List of Rentals and Surveys, and other Analogous Documents. 1908. 14*s*.

No. XXVI.—Index of Inquisitions. Vol. II. Elizabeth. 1908. 12*s*.

No. XXVII.—List of Chancery Rolls. 1908. 10*s*.

No. XXVIII.—List of War Office Records. Vol. I. 1908. 8*s*. 6*d*.

In the Press.

Index of Inquisitions Post Mortem. Vol. III. James I.
List of Early Chancery Proceedings. Vol. IV.
Index of Chancery Proceedings. Series II. Vol. III.
Index to the Placita de Banco (Plea Rolls, Common Pleas).
List of Ministers' Accounts. Part II.

In Progress.

List of Ancient Accounts.

THE CHRONICLES AND MEMORIALS OF GREAT BRITAIN AND IRELAND DURING THE MIDDLE AGES.

ROYAL 8vo. *Price* 10*s*. each Volume or Part.

1. THE CHRONICLE OF ENGLAND, by JOHN CAPGRAVE. *Edited by* the Rev. F. C. HINGESTON, M.A. 1858.

Capgrave's Chronicle extends from the Creation of the World to the year 1417. Being written in English, it is of value as a record of the language spoken in Norfolk.

2. CHRONICON MONASTERII DE ABINGDON. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. JOSEPH STEPHENSON, M.A., Vicar of Leighton Buzzard. 1858.

This Chronicle traces the history of the monastery from its foundation by King Ina of Wessex, to the reign of Richard I. The author incorporates into his history various charters of the Saxon kings, as illustrating not only the history of the locality but that of the kingdom.

3. LIVES OF EDWARD THE CONFESSOR. I.—La Estoire de Seint Aedward le Rei. II.—Vita Beati Edvardi Regis et Confessoris. III.—Vita Æduuardi Regis qui apud Westmonasterium requiescit. *Edited by* HENRY RICHARDS LUARD, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. 1858.

The first is a poem in French, probably written in 1245. The second is an anonymous poem, written between 1440 and 1450, which is mainly valuable as a specimen of the Latin poetry of the time. The third, also by an anonymous author, was apparently written between 1066 and 1074.

4. MONUMENTA FRANCISCANA.

Vol. I.—Thomas de Eccleston de Adventu Fratrum Minorum in Angliam. Adæ de Marisco Epistolæ. Registrum Fratrum Minorum Londoniæ. *Edited by* J. S. BREWER, M.A., Professor of English Literature, King's College, London.

Vol. II.—De Adventu Minorum; re-edited with additions. Chronicle of the Grey Friars. The ancient English version of the Rule of St. Francis. Abbreviatio Statutorum, 1451, &c. *Edited by* RICHARD HOWLETT, Barrister-at-Law. 1858, 1882.

5. FASCICULI ZIZANIORUM MAGISTRI JOHANNIS WYCLIF CUM TRITICO. Ascribed to THOMAS NETTER, of WALDEN, Provincial of the Carmelite Order in England, and Confessor to King Henry the Fifth. *Edited by* the Rev. W. W. SHIRLEY, M.A., Tutor and late Fellow of Wadham College, Oxford. 1858.

This work gives the only contemporaneous account of the rise of the Lollards.

6. THE BUIK OF THE CRONICLIS OF SCOTLAND; or, a Metrical Version of the History of Hector Boece; by WILLIAM STEWART. Vols. I.-III. *Edited by* W. B. TURNBULL, Barrister-at-Law. 1858.

This is a metrical translation of a Latin Prose Chronicle, written in the first half of the 16th century. The narrative begins with the earliest legends and ends with the death of James I. of Scotland, and the "evil ending of the traitors that slew him." The peculiarities of the Scottish dialect are well illustrated in this version.

7. JOHANNIS CAPGRAVE LIBER DE ILLUSTRIBUS HENRICIS. *Edited by* the Rev. F. C. HINGESTON, M.A. 1858.

The first part relates only to the history of the Empire from the election of Henry I. the Fowler, to the end of the reign of the Emperor Henry VI. The second part is devoted to English history, from the accession of Henry I. in 1100, to 1446, which was the twenty-fourth year of the reign of Henry VI. The third part contains the lives of illustrious men who have borne the name of Henry in various parts of the world.

8. Historia Monasterii S. Augustini Cantuariensis, by Thomas of Elmham, formerly Monk and Treasurer of that Foundation. *Edited by* Charles Hardwick, M.A., Fellow of St. Catherine's Hall, and Christian Advocate in the University of Cambridge. 1858.

This history extends from the arrival of St. Augustine in Kent until 1191.

9. Eulogium (Historiarium sive Temporis): Chronicon ab Orbe condito usque ad Annum Domini 1366; a monacho quodam Malmesbiriensi exaratum. Vols. I.–III. *Edited by* F. S. Haydon, B.A. 1858–1863.

This is a Latin Chronicle extending from the Creation to the latter part of the reign of Edward III., with a continuation to the year 1413.

10. Memorials of Henry the Seventh; Bernardi Andreæ Tholosatis Vita Regis Henrici Septimi; necnon alia quædam ad eundem Regem Spectantia. *Edited by* James Gairdner. 1858.

The contents of this volume are—(1) a life of Henry VII., by his poet Laureate and historiographer, Bernard André, of Toulouse, with some compositions in verse, of which he is supposed to have been the author; (2) the journals of Roger Machado during certain embassies to Spain and Brittany, the first of which had reference to the marriage of the King's son, Arthur, with Catharine of Arragon; (3) two curious reports by envoys sent to Spain in 1505 touching the succession to the Crown of Castile, and a project of marriage between Henry VII. and the Queen of Naples; and (4) an account of Philip of Castile's reception in England in 1506. Other documents of interest are given in an appendix.

11. Memorials of Henry the Fifth. I.—Vita Henrici Quinti, Roberto Redmanno auctore. II.—Versus Rhythmici in laudem Regis Henrici Quinti. III.—Elmhami Liber Metricus de Henrico V. *Edited by* Charles A. Cole. 1858.

12. Munimenta Gildhallæ Londoniensis; Liber Albus, Liber Custumarum, et Liber Horn, in archivis Gildhallæ asservati.

Vol. I., Liber Albus.

Vol. II. (in Two Parts), Liber Custumarum.

Vol. III., Translation of the Anglo-Norman Passages in Liber Albus, Glossaries, Appendices, and Index.

Edited by Henry Thomas Riley, M.A., Barrister-at-Law. 1859–1862.

The *Liber Albus*, compiled by John Carpenter, Common Clerk of the City of London in the year 1419, gives an account of the laws, regulations, and institutions of that City in the 12th, 13th, 14th, and early part of the 15th centuries. The *Liber Custumarum* was compiled in the early part of the 14th century during the reign of Edward II. It also gives an account of the laws, regulations, and institutions of the City of London in the 12th, 13th, and early part of the 14th centuries.

13. Chronica Johannis de Oxenedes. *Edited by* Sir Henry Ellis, K.H. 1859.

Although this Chronicle tells of the arrival of Hengist and Horsa, it substantially begins with the reign of King Alfred, and comes down to 1292. It is particularly valuable for notices of events in the eastern portions of the kingdom.

14. A Collection of Political Poems and Songs relating to English History, from the accession of Edward III. to the reign of Henry VIII. Vols. I. and II. *Edited by* Thomas Wright, M.A. 1859–1861.

15. The "Opus Tertium," "Opus Minus," &c. of Roger Bacon. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. 1859.

16. Bartholomæi de Cotton, monachi Norwicensis, Historia Anglicana, 449–1298; necnon ejusdem Liber de Archiepiscopis et Episcopis Angliæ. *Edited by* Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. 1859.

17. Brut y Tywysogion; or, The Chronicle of the Princes of Wales. *Edited by* the Rev. John Williams ab Ithel, M.A. 1860.

This work, written in the ancient Welsh language, begins with the adbication and death of Caedwala at Rome, in the year 681, and continues the history down to the subjugation of Wales by Edward I., about the year 1282.

18. A Collection of Royal and Historical Letters during the Reign of Henry IV. 1399–1404. *Edited by* the Rev. F. C. Hingeston, M.A., of Exeter College, Oxford. 1860.

19. The Repressor of over much Blaming of the Clergy. By Reginald Pecock, sometime Bishop of Chichester. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. Churchill Babington, B.D., Fellow of St. John's College, Cambridge. 1860.

The author was born about the end of the fourteenth century, consecrated Bishop of St. Asaph in the year 1444, and translated to the see of Chichester in 1450. His work gives a full account of the views of the Lollards, and has great value for the philologist.

20. Annales Cambriæ. *Edited by* the Rev. John Williams ab Ithel, M.A. 1860.

These annals, which are in Latin, commence in 447 and come down to 1288. The earlier portion appears to be taken from an Irish Chronicle used by Tigernach, and by the compiler of the Annals of Ulster.

21. The Works of Giraldus Cambrensis. Vols. I.–IV. *Edited by* the Rev. J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. Vols. V.–VII. *Edited by* the Rev. James F. Dimock, M.A., Rector of Barnburgh, Yorkshire. Vol. VIII. *Edited by* George F. Warner, M.A., of the Department of MSS., British Museum. 1861–1891.

These volumes contain the historical works of Gerald du Barry, who lived in the reigns of Henry II., Richard I., and John.

The *Topographia Hibernica* (in Vol. V.) is the result of Giraldus' two visits to Ireland, the first in 1183, the second in 1185-6, when he accompanied Prince John into that country. The *Expugnatio Hibernica* was written about 1188. Vol. VI. contains the *Itinerarium Kambriæ et Descriptio Kambriæ*; and Vol. VII., the lives of S. Remigius and S. Hugh. Vol. VIII. contains the Treatise *De Principum Instructione*, and an index to Vols. I.-IV. and VIII.

22. Letters and Papers illustrative of the Wars of the English in France during the Reign of Henry the Sixth, King of England. Vol. I., and Vol. II. (in Two Parts). *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A., Vicar of Leighton Buzzard. 1861–1864.

23. The Anglo-Saxon Chronicle, according to the several Original Authorities. Vol. I., Original Texts. Vol. II., Translation. *Edited and translated by* Benjamin Thorpe, Member of the Royal Academy of Sciences at Munich, and of the Society of Netherlandish Literature at Leyden. 1861.

There are at present six independent manuscripts of the Saxon Chronicle, ending in different years, and written in different parts of the country. In this edition, the text of each manuscript is printed in columns on the same page, so that the student may see at a glance the various changes which occur in orthography.

24. Letters and Papers illustrative of the reigns of Richard III. and Henry VII. Vols. I. and II. *Edited by* James Gardiner, 1861–1863.

The principal contents of the volumes are some diplomatic Papers of Richard III., correspondence between Henry VII. and Ferdinand and Isabella of Spain; documents relating to Edmund de la Pole, Earl of Suffolk; and a portion of the correspondence of James IV. of Scotland.

25. Letters of Bishop Grosseteste. *Edited by* the Rev. Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. 1861.

The letters of Robert Grosseteste range in date from about 1210 to 1253. They refer especially to the diocese of Lincoln, of which Grosseteste was bishop.

26. Descriptive Catalogue of Manuscripts relating to the History of Great Britain and Ireland. Vol. I. (in Two Parts), Anterior to the Norman Invasion. (*Out of Print*); Vol. II., 1066–1200; Vol. III., 1200–1327. *By* Sir Thomas Duffus Hardy, D.C.L., Deputy Keeper of the Records. 1862–1871.

27. Royal and other Historical Letters illustrative of the reign of Henry III. Vol. I. 1216–1235. Vol. II. 1236–1272. *Selected and edited by* the Rev. W. W. Shirley, D.D., Regius Professor of Ecclesiastical History, and Canon of Christ Church, Oxford. 1862–1866.

28. CHRONICA MONASTERII S. ALBANI :—

1. THOMÆ WALSINGHAM HISTORIA ANGLICANA. Vol. I., 1272–1381 ; Vol. II., 1381–1422.

2. WILLELMI RISHANGER CHRONICA ET ANNALES, 1259–1307.

3. JOHANNIS DE TROKELOWE ET HENRICI DE BLANEFORDE CHRONICA ET ANNALES 1259–1296 ; 1307–1324 ; 1392–1406.

4. GESTA ABBATUM MONASTERII S. ALBANI, A THOMA WALSINGHAM, REGNANTE RICARDO SECUNDO, EJUSDEM ECCLESIÆ PRÆCENTORE, COMPILATA. Vol. I., 793–1290: Vol. II., 1290–1349 : Vol. III., 1349–1411.

5. JOHANNIS AMUNDESHAM, MONACHI MONASTERII S. ALBANI, UT VIDETUR, ANNALES ; Vols. I. and II.

6. REGISTRA QUORUNDAM ABBATUM MONASTERII S. ALBANI, QUI SÆCULO XV^{mo} FLORUERE. Vol. I., REGISTRUM ABBATIÆ JOHANNIS WHETHAMSTEDE, ABBATIS MONASTERII SANCTI ALBANI, ITERUM SUSCEPTÆ ; ROBERTO BLAKENEY, CAPELLANO, QUONDAM ADSCRIPTUM : Vol. II., REGISTRA JOHANNIS WHETHAMSTEDE, WILLELMI ALBON, ET WILLELMI WALINGFORDE, ABBATUM MONASTERII SANCTI ALBANI, CUM APPENDICE CONTINENTE QUASDAM EPISTOLAS A JOHANNE WHETHAMSTEDE CONSCRIPTAS.

7. YPODIGMA NEUSTRIÆ A THOMA WALSINGHAM, QUONDAM MONACHO MONASTERII S. ALBANI, CONSCRIPTUM.

Edited by HENRY THOMAS RILEY, M.A., Barrister-at-Law. 1863–1876.

In the first two volumes is a History of England, from the death of Henry III. to the death of Henry V., by Thomas Walsingham, Precentor of St. Albans.

In the 3rd volume is a Chronicle of English History, attributed to William Rishanger, who lived in the reign of Edward I. : an account of transactions attending the award of the kingdom of Scotland to John Balliol, 1291-1292, also attributed to William Rishanger, but on no sufficient ground : a short Chronicle of English History, 1292 to 1300, by an unknown hand : a short Chronicle, Willelmi Rishanger Gesta Edwardi Primi, Regis Angliæ, probably by the same hand : and fragments of three Chronicles of English History, 1285 to 1307.

In the 4th volume is a Chronicle of English History, 1259 to 1296 : Annals of Edward II., 1307 to 1323, by John de Trokelowe, a monk of St. Albans, and a continuation of Trokelowe's Annals, 1323, 1324, by Henry de Blaneforde : a full Chronicle of English History, 1392 to 1406, and an account of the benefactors of St. Albans, written in the early part of the 15th century.

The 5th, 6th, and 7th volumes contain a history of the Abbots of St. Albans, 793 to 1411, mainly compiled by Thomas Walsingham, with a Continuation.

The 8th and 9th volumes, in continuation of the Annals, contain a Chronicle probably of John Amundesham, a monk of St. Albans.

The 10th and 11th volumes relate especially to the acts and proceedings of Abbots Wethamstede, Albon, and Wallingford.

The 12th volume contains a compendious History of England to the reign of Henry V. and of Normandy in early times also by Thomas Walsingham, and dedicated to Henry V.

29. CHRONICON ABBATIÆ EVESHAMENSIS, AUCTORIBUS DOMINICO PRIORE EVESHAMIÆ ET THOMA DE MARLEBERGE ABBATE, A FUNDATIONE AD ANNUM 1213, UNA CUM CONTINUATIONE AD ANNUM 1418. *Edited by* the Rev. W. D. MACRAY, Bodleian Library, Oxford. 1863.

The Chronicle of Evesham illustrates the history of that important monastery from 690 to 1418. Its chief feature is an autobiography, which makes us acquainted with the inner daily life of a great abbey. Interspersed are many notices of general, personal, and local history.

30. RICARDI DE CIRENCESTRIA SPECULUM HISTORIALE DE GESTIS REGUM ANGLIÆ. Vol. I., 447–871. Vol. II., 872–1066. *Edited by* JOHN E. B. MAYOR, M.A., Fellow of St. John's College, Cambridge. 1863–1869.

Richard of Cirencester's history is in four books, and gives many charters in favour of Westminster Abbey, and a very full account of the lives and miracles of the saints, especially of Edward the Confessor, whose reign occupies the fourth book. A treatise on the Coronation, by William of Sudbury, a monk of Westminster, fills book ii. c. 3.

31. YEAR BOOKS OF THE REIGNS OF EDWARD THE FIRST AND EDWARD THE THIRD. Years 21–21, 21–22, 30–31, 32–33, and 33–35 Edw. I ; and 11–12 Edw. III. *Edited and translated by* ALFRED JOHN HORWOOD, Barrister-at-Law. Years 12–13, 13–14, 14, 14–15, 15, 16, 17, 17–18, 18–19, 19, and 20 (First Part), Edward III. *Edited and translated by* LUKE OWEN PIKE, M.A., Barrister-at-Law. 1863–1908.

32. Narratives of the Expulsion of the English from Normandy, 1449–1450.—Robertus Blondelli de Reductione Normanniæ: Le Recouvrement de Normendie, par Berry, Hérault du Roy: Conferences between the Ambassadors of France and England. *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A. 1863.

33. Historia et Cartularium Monasterii S. Petri Gloucestriæ. Vols. I.–III. *Edited by* W. H. Hart, F.S.A., Membre Correspondant de la Société des Antiquaires de Normandie. 1863–1867.

34. Alexandri Neckam de Naturis Rerum libri duo; with Neckam's Poem, De Laudibus Divinæ Sapientiæ. *Edited by* Thomas Wright, M.A. 1863.

35. Leechdoms, Wortcunning, and Starcraft of Early England; being a Collection of Documents illustrating the History of Science in this Country before the Norman Conquest. Vols. I.–III. *Collected and edited by* the Rev. T. Oswald Cockayne, M.A. 1864–1866.

36. Annales Monastici.

Vol. I.:—Annales de Margan, 1066–1232; Annales de Theokesberia, 1066–1263; Annales de Burton, 1004–1263.

Vol. II.:—Annales Monasterii de Wintonia, 519–1277; Annales Monasterii de Waverleia, 1–1291.

Vol. III.:—Annales Prioratus de Dunstaplia, 1–1297. Annales Monasterii de Bermundeseia, 1042–1432.

Vol. IV.:—Annales Monasterii de Oseneia, 1016–1347; Chronicon vulgo dictum Chronicon Thomæ Wykes, 1066–1289; Annales. Prioratus de Wigornia, 1–1377.

Vol. V.:—Index and Glossary.

Edited by Henry Richards Luards, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, and Registrary of the University, Cambridge. 1864–1869.

37. Magna Vita S. Hugonis Episcopi Lincolniensis. *Edited by* the Rev. James F. Dimock, M.A., Rector of Barnburgh, Yorkshire 1864.

38. Chronicles and Memorials of the Reign of Richard the First.

Vol. I.:—Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi.

Vol. II.:—Epistolæ Cantuarienses; the Letters of the Prior and Convent of Christ Church, Canterbury; 1187 to 1199.

Edited by the Rev. William Stubbs, M.A., Vicar of Navestock, Essex, and Lambeth Librarian. 1864–1865.

The authorship of the Chronicle in Vol. I., hitherto ascribed to Geoffrey Vinesauf, is now more correctly ascribed to Richard, Canon of the Holy Trinity of London.
The letters in Vol. II., written between 1187 and 1199, had their origin in a dispute which arose from the attempts of Baldwin and Hubert, archbishops of Canterbury, to found a college of secular canons, a project which gave great umbrage to the monks of Canterbury.

39. Recueil des Croniques et anchiennes Istories de la Grant Bretaigne a present nomme Engleterre, par Jehan de Waurin. Vol. I., Albina to 688. Vol. II., 1399–1422. Vol. III., 1422–1431. *Edited by* William Hardy, F.S.A. 1864–1879. Vol. IV., 1431–1447. Vol. V., 1447–1471. *Edited by* Sir William Hardy, F.S.A., and Edward L. C. P. Hardy, F.S.A. 1884–1891.

40. A Collection of the Chronicles and Ancient Histories of Great Britain, now called England, by John de Waurin. Vol. I., Albina to 688. Vol. II., 1399–1422. Vol. III., 1422–1431. (Translations of the preceding Vols. I., II., and III. *Edited and translated by* Sir William Hardy, F.S.A., and Edward L. C. P. Hardy, F.S.A. 1864–1891.

41. Polychronicon Ranulphi Higden, with Trevisa's Translation. Vols. I. and II. *Edited by* Churchill Babington, B.D., Senior Fellow of St. John's College, Cambridge. Vols. III.–IX. *Edited by* the Rev. Joseph Rawson Lumby, D.D., Norrisian Professor of Divinity, Vicar of St. Edward's, Fellow of St. Catharine's College, and late Fellow of Magdalene College, Cambridge. 1865–1886.

This chronicle begins with the Creation, and is brought down to the reign of Edward III. The two English translations, which are printed with the original Latin, afford interesting illustrations of the gradual change of our language, for one was made in the fourteenth century, the other in the fifteenth.

42. Le Livere de Reis de Brittanie e Le Livere de Reis de Engletere. *Edited by* the Rev. John Glover, M.A., Vicar of Brading, Isle of Wight, formerly Librarian of Trinity College, Cambridge. 1865.

These two treatises are valuable as careful abstracts of previous histories.

43. Chronica Monasterii de Melsa ab anno 1150 usque ad annum 1406, Vols. I.–III. *Edited by* Edward Augustus Bond, Assistant Keeper of Manuscripts, and Egerton Librarian, British Museum. 1866–1868.

44. Matthæi Parisiensis Historia Anglorum, sive ut vulgo dicitur Historia Minor. Vols. I.–III. 1067–1253. *Edited by* Sir Frederick Madden, K.H., Keeper of the Manuscript Department of the British Museum. 1866-1869.

45. Liber Monasterii de Hyda : a Chronicle and Chartulary of Hyde Abbey, Winchester, 455–1023. *Edited by* Edward Edwards. 1866.

The "Book of Hyde" is a compilation from much earlier sources, which are usually indicated with considerable care and precision. In many cases, however, the Hyde Chronicler appears to correct, to qualify, or to amplify the statements which, in substance, he adopts.

There is to be found, in the "Book of Hyde," much information relating to the reign of King Alfred which is not known to exist elsewhere. The volume contains some curious specimens of Anglo-Saxon and mediæval English.

46. Chronicon Scotorum. A Chronicle of Irish Affairs, from the earliest times to 1135 ; and Supplement, containing the events from 1141 to 1150. *Edited, with Translation, by* William Maunsell Hennessy, M.R.I.A. 1866.

47. The Chronicle of Pierre de Langtoft in French Verse, from the earliest period to the death of Edward I. Vols. I. and II. *Edited by* Thomas Wright, M.A. 1866–1868.

It is probable that Pierre de Langtoft was a canon of Bridlington, in Yorkshire and lived in the reign of Edward I., and during a portion of the reign of Edward II. This chronicle is divided into three parts ; in the first, is an abridgement of Geoffrey of Monmouth's "Historia Britonum" ; in the second, a history of the Anglo-Saxon and Norman kings, to the death of Henry III. ; in the third, a history of the reign of Edward I. The language is a specimen of the French of Yorkshire.

48. The War of the Gaedhil with the Gaill, or The Invasions of Ireland by the Danes and other Norsemen. *Edited, with a Translation, by* the Rev. James Henthorn Todd, D.D., Senior Fellow of Trinity College, and Regius Professor of Hebrew in the University of Dublin. 1867.

49. Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis. Chronicle of the Reigns of Henry II. and Richard I., 1169–1192, known under the name of Benedict of Peterborough. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. William Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History, Oxford, and Lambeth Librarian. 1867.

50. Munimenta Academica, or Documents illustrative of Academical Life and Studies at Oxford (in Two Parts). *Edited by* the Rev. Henry Anstey, M.A., Vicar of St. Wendron, Cornwall, and late Vice-Principal of St. Mary Hall, Oxford. 1868.

51. Chronica Magistri Rogeri de Houedene. Vols. I.–IV. *Edited by* the Rev. William Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History and Fellow of Oriel College, Oxford. 1868–1871.

The earlier portion, extending from 732 to 1148, appears to be a copy of a compilation made in Northumbria about 1161, to which Hoveden added little. From 1148 to 1169—a very valuable portion of this work—the matter is derived from another source, to which Hoveden appears to have supplied little. From 1170 to 1192 is the portion which corresponds to some extent with the Chronicle known under the name of Benedict of Peterborough (*see* No. 49). From 1192 to 1201 may be said to be wholly Hoveden's work.

52. Willelmi Malmesbiriensis Monachi de Gestis Pontificum Anglorum Libri Quinque. *Edited by* N. E. S. A. Hamilton, of the Department of Manuscripts, British Museum. 1870.

53. Historic and Municipal Documents of Ireland, from the archives of the City of Dublin, &c. 1172–1320. *Edited by* John T. Gilbert, F.S.A., Secretary of the Public Record Office of Ireland. 1870.

54. The Annals of Loch Cé. A Chronicle of Irish Affairs, from 1041 to 1590. Vols. I. and II. *Edited, with a Translation, by* William Maunsell Hennessy, M.R.I.A. 1871. (*Out of print.*)

55. Monumenta Juridica. The Black Book of the Admiralty, with Appendices, Vols. I.–IV. *Edited by* Sir Travers Twiss, Q.C., D.C.L. 1871–1876.

This book contains the ancient ordinances and laws relating to the navy.

56. Memorials of the reign of Henry VI. :—Official Correspondence of Thomas Bekynton, Secretary to Henry VI., and Bishop of Bath and Wells. *Edited by* the Rev. George Williams, B.D., Vicar of Ringwood, late Fellow of King's College, Cambridge. Vols. I. and II. 1872.

57. Matthæi Parisiensis, monachi Sancti Albani, Chronica Majora Vol. I. The Creation to A.D. 1066. Vol. II. 1067 to 1216. Vol. III. 1216 to 1239. Vol. IV. 1240 to 1247. Vol. V. 1248 to 1259. Vol. VI. Additamenta. Vol. VII. Index. *Edited by* the Rev. Henry Richards Luard, D.D., Fellow of Trinity College, Registrary of the University, and Vicar of Great St. Mary's, Cambridge. 1872–1884.

58. Memoriale Fratris Walteri de Coventria.—The Historical Collections of Walter of Coventry. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. William Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History, and Fellow of Oriel College, Oxford. 1872–1873.

59. The Anglo-Latin Satirical Poets and Epigrammatists of the Twelfth Century. Vols. I. and II. *Collected and edited by* Thomas Wright, M.A., Corresponding Member of the National Institute of France (Académie des Inscriptions et Belles-Lettres). 1872.

60. Materials for a History of the Reign of Henry VII., from original Documents preserved in the Public Record Office. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. William Campbell, M.A., one of Her Majesty's Inspectors of Schools. 1873–1877.

61. Historical Papers and Letters from the Northern Registers. *Edited by* the Rev. James Raine, M.A., Canon of York, and Secretary of the Surtees Society. 1873.

62. Registrum Palatinum Dunelmense. The Register of Richard de Kellawe, Lord Palatine and Bishop of Durham; 1311–1316. Vols. I.–IV. *Edited by* Sir Thomas Duffus Hardy, D.C.L., Deputy Keeper of the Records. 1873–1878.

63. Memorials of St. Dunstan, Archbishop of Canterbury. *Edited by* the Rev. William Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History and Fellow of Oriel College, Oxford. 1874.

64. CHRONICON ANGLIÆ, AB ANNO DOMINI 1328 USQUE AD ANNUM 1388, AUCTORE MONACHO QUODAM SANCTI ALBANI. *Edited by* EDWARD MAUNDE THOMPSON, Barrister-at-Law, Assistant Keeper of the Manuscripts in the British Museum. 1874.

65. THOMAS SAGA ERKIBYSKUPS. A LIFE OF ARCHBISHOP THOMAS BECKET, IN ICELANDIC. Vols. I. and II. *Edited, with English Translation, Notes, and Glossary, by* M. EIRIKR MAGNUSSON, M.A., Sub-Librarian of the University Library, Cambridge. 1875–1884.

66. RADULPHI DE COGGESHALL CHRONICON ANGLICANUM. *Edited by* the Rev. JOSEPH STEVENSON, M.A. 1875.

67. MATERIALS FOR THE HISTORY OF THOMAS BECKET, ARCHBISHOP OF CANTERBURY. Vols. I.–VI. *Edited by* the Rev. JAMES CRAIGIE ROBERTSON, M.A., Canon of Canterbury. 1875–1883. Vol. VII. *Edited by* JOSEPH BRIGSTOCKE SHEPPARD, LL.D. 1885.

The first volume contains the life of the archbishop, and the miracles after his death, by William, a monk of Canterbury. The second, the life by Benedict of Peterborough, John of Salisbury, Alan of Tewkesbury, and Edward Grim. The third, the life by William Fitz-stephen and Herbert of Bosham. The fourth, anonymous lives, Quadrilogus, &c. The fifth, sixth, and seventh, the Epistles, and known letters.

68. RADULFI DE DICETO, DECANI LUNDONIENSIS, OPERA HISTORICA. THE HISTORICAL WORKS OF MASTER RALPH DE DICETO, DEAN OF LONDON. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. WILLIAM STUBBS, M.A., Regius Professor of Modern History, and Fellow of Oriel College, Oxford. 1876.

The Abbreviationes Chronicorum extend to 1147 and the Ymagines Historiarum to 1201.

69. ROLL OF THE PROCEEDINGS OF THE KING'S COUNCIL IN IRELAND, FOR A PORTION OF THE 16TH YEAR OF THE REIGN OF RICHARD II. 1392–93. *Edited by* the Rev. JAMES GRAVES, B.A. 1877.

70. HENRICI DE BRACTON DE LEGIBUS ET CONSUETUDINIBUS ANGLIÆ LIBRI QUINQUE IN VARIOS TRACTATUS DISTINCTI. Vols. I.–VI. *Edited by* SIR TRAVERS TWISS, Q.C., D.C.L. 1878–1883.

71. THE HISTORIANS OF THE CHURCH OF YORK AND ITS ARCHBISHOPS. Vols. I.–III. *Edited by* the REV. JAMES RAINE, M.A., Canon of York, and Secretary of the Surtees Society. 1879–1894.

72. REGISTRUM MALMESBURIENSE. THE REGISTER OF MALMESBURY ABBEY, PRESERVED IN THE PUBLIC RECORD OFFICE. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. J. S. BREWER, M.A., Preacher at the Rolls, and Rector of Toppesfield ; *and* CHARLES TRICE MARTIN, B.A. 1879–1880.

73. HISTORICAL WORKS OF GERVASE OF CANTERBURY. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. WILLIAM STUBBS, D.D., Canon Residentiary of St. Paul's, London ; Regius Professor of Modern History and Fellow of Oriel College, Oxford, &c. 1879-1880.

74. HENRICI ARCHIDIACONI HUNTENDUNENSIS HISTORIA ANGLORUM. THE HISTORY OF THE ENGLISH, BY HENRY, ARCHDEACON OF HUNTINGDON, from A.D. 55 to A.D. 1154, in Eight Books. *Edited by* THOMAS ARNOLD, M.A., 1879.

75. THE HISTORICAL WORKS OF SYMEON OF DURHAM. Vols. I. and II. *Edited by* THOMAS ARNOLD, M.A. 1882–1885.

76. CHRONICLE OF THE REIGNS OF EDWARD I. AND EDWARD II. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. WILLIAM STUBBS, D.D., Canon Residentiary of St. Paul's, London ; Regius Professor of Modern History, and Fellow of Oriel College, Oxford, &c. 1882–1883.

The first volume of these Chronicles contains the *Annales Londonienses*, and the *Annales Paulini*: the second, I.—*Commendatio Lamentabilis in Transitu magni Regis Edwardi*. II.—*Gesta Edwardi de Carnarvan Auctore Canonico Bridlingtoniensi*. III.—*Monachi cujusdam Malmesberiensis Vita Edwardi II*. IV.—*Vita et Mors Edwardi II., conscripta a Thoma de la Moore*.

77. Registrum Epistolarum Fratris Johannis Peckham, Archiepiscopi Cantuariensis. Vols. I–III. *Edited by* Charles Trice Martin, B.A., F.S.A. 1882–1886.

78. Register of S. Osmund. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. W. H. Rich Jones, M,A., F.S.A., Canon of Salisbury, Vicar of Bradford-on-Avon. 1883-1884.

This Register derives its name from containing the statutes, rules, and orders made or compiled by S. Osmund, to be observed in the Cathedral and diocese of Salisbury.

79. Chartulary of the Abbey of Ramsey. Vols. I.-III. *Edited by* William Henry Hart, F.S.A., and the Rev. Ponsonby Annesley Lyons. 1884–1893.

80. Chartularies of St. Mary's Abbey, Dublin, with the Register of its house at Dunbrody, county of Wexford, and Annals of Ireland, 1162–1370. Vols. I. and II. *Edited by* John Thomas Gilbert, F.S.A., M.R.I.A. 1884-1885.

81. Eadmeri Historia Novorum in Anglia et opuscula duo de vita Sancti Anselmi et quibusdam miraculis ejus. *Edited by* the Rev. Martin Rule, M.A. 1884.

82. Chronicles of the Reigns of Stephen, Henry II., and Richard I. Vols. I.–IV. *Edited by* Richard Howlett, Barrister-at-Law 1884–1889.

Vol. I. contains Books I.-IV. of the *Historia Rerum Anglicarum* of William of Newburgh. Vol. II. contains Book V. of that work, the continuation of the same to A.D. 1298, and the *Draco Normannicus* of Etienne de Rouen.
Vol. III. contains the *Gesta Stephani Regis*, the Chronicle of Richard of Hexham, the *Relatio de Standardo* of St. Aelred of Rievaulx, the poem of Jordan Fantosme, and the Chronicle of Richard of Devizes.
Vol. IV. contains the Chronicle of Robert of Torigni.

83. Chronicle of the Abbey of Ramsey. *Edited by* the Rev. William Dunn Macray, M.A., F.S.A., Rector of Ducklington, Oxon. 1886.

84. Chronica Rogeri de Wendover, sive Flores Historiarum. Vols. I.–III. *Edited by* Henry Gay Hewlett, Keeper of the Records of the Land Revenue. 1886–1889.

This edition gives that portion only of Roger of Wendover's Chronicle which can be accounted an original authority.

85. The Letter Books of the Monastery of Christ Church, Canterbury. Vols. I.–III. *Edited by* Joseph Brigstocke Sheppard, LL.D. 1887–1889.

The Letters printed in these volumes were chiefly written between 1296 and 1333.

86. The Metrical Chronicle of Robert of Gloucester. *Edited by* William Aldis Wright, M.A., Senior Fellow of Trinity College, Cambridge. Parts I. and II. 1887.

The date of the composition of this Chronicle is placed about the year 1300. The writer appears to have been an eye witness of many events which he describes. The language in which it is written was the dialect of Gloucestershire at that time.

87 Chronicle of Robert of Brunne. *Edited by* Frederick James Furnivall, M.A., Barrister-at-Law. Parts I. and II. 1887.

Robert of Brunne, or Bourne, co. Lincoln, was a member of the Gilbertine Order established at Sempringham. His Chronicle is described by its editor as a work of fiction, a contribution not to English history, but to the history of English.

88. Icelandic Sagas and other Historical Documents relating to the Settlements and Descents of the Northmen on the British Isles. Vol. I. Orkneyinga Saga, and Magnus Saga. Vol. II. Hakonar Saga, and Magnus Saga. *Edited by* Gudbrand Vigfusson, M.A. 1887. Vols. III. and IV. Translations of the above by Sir George Webbe Dasent, D.C.L. 1894.

89. The Tripartite Life of Patrick, with other documents relating to that Saint. *Edited by* Whitley Stokes, LL.D., D.C.L., Honorary Fellow of Jesus College, Oxford; and Corresponding Member of the Institute of France. Parts I. and II. 1887.

90. WILLELMI MONACHI MALMESBIRIENSIS DE REGUM GESTIS ANGLORUM LIBRI V.; ET HISTORIÆ NOVELLÆ, LIBRI III. *Edited*—WILLIAM STUBBS, D.D., Bishop of Oxford. Vols. I. and II. 1887-1889.

91. LESTORIE DES ENGLES SOLUM GEFFREI GAIMAR. *Edited by* the late Sir THOMAS DUFFUS HARDY, D.C.L., Deputy Keeper of the Records; *continued and translated by* CHARLES TRICE MARTIN, B.A., F.S.A. Vols. I. and II. 1888-1889.

92. CHRONICLE OF HENRY KNIGHTON, Canon of Leicester. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. JOSEPH RAWSON LUMBY, D.D., Norrisian Professor of Divinity. 1889-1895.

93. CHRONICLE OF ADAM MURIMUTH, with the CHRONICLE OF ROBERT OF AVESBURY. *Edited by* EDWARD MAUNDE THOMPSON, LL.D., F.S.A., Principal Librarian and Secretary of the British Museum. 1889.

94. REGISTER OF THE ABBEY OF ST. THOMAS THE MARTYR, DUBLIN. *Edited by* JOHN THOMAS GILBERT, F.S.A., M.R.I.A. 1889.

95. FLORES HISTORIARUM. *Edited by* the Rev. H. R. LUARD, D.D., Fellow of Trinity College and Registrary of the University, Cambridge. Vol. I., The Creaton to A.D. 1066. Vol. II. A.D. 1067-1264. Vol. III. A.D. 1265-1326. 1890.

96. MEMORIALS OF ST. EDMUND'S ABBEY. *Edited by* THOMAS ARNOLD, M.A., Fellow of the Royal University of Ireland. Vols. I.-III. 1890-1896.

97. CHARTERS AND DOCUMENTS, ILLUSTRATING THE HISTORY OF THE CATHEDRAL AND CITY OF SARUM, 1100-1300; forming an Appendix to the Register of S. Osmund. *Selected by* the late Rev. W. H. RICH JONES, M.A., F.S.A., *and edited by* the Rev. W. D. MACRAY, M.A., F.S.A., Rector of Ducklington. 1891.

98. MEMORANDA DE PARLIAMENTO, 25 Edward I. 1305. *Edited by* F. W. MAITLAND, M.A. 1893.

99. THE RED BOOK OF THE EXCHEQUER. *Edited by* HUBERT HALL, F.S.A., of the Public Record Office. Parts I.-III. 1896

PUBLICATIONS OF THE RECORD COMMISSIONERS, &c.

In boards or cloth. Volumes not mentioned in this list are out of print.

ROTULORUM ORIGINALIUM IN CURIA SCACCARII ABBREVIATIO. Henry III.—Edw. III. *Edited by* HENRY PLAYFORD. 2 Vols. folio (1805–1810). 12*s.* 6*d.* each.

LIBRORUM MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECÆ HARLEIANÆ CATALOGUS. Vol. 4. *Edited by* the Rev. T. HARTWELL HORNE. Folio (1812), 18*s.*

ABBREVATIO PLACITORUM. Richard I.—Edward II. *Edited by* the Right Hon. GEORGE ROSE and W. ILLINGWORTH. 1 Vol. folio (1811). 18*s.*

LIBRI CENSUALIS vocati DOMESDAY-BOOK, INDICES. *Edited by* Sir HENRY ELLIS. Folio (1816). (Domesday-Book, Vol. 3). 21*s.*

LIBRI CENSUALIS vocati DOMESDAY-BOOK, ADDITAMENTA EX CODIC. ANTIQUISS. *Edited by* Sir HENRY ELLIS. Folio (1816). (Domesday-Book, Vol. 4). 21*s.*

STATUTES OF THE REALM. *Edited by* Sir T. E. TOMLINS, JOHN RAITHBY, JOHN CALEY and WM. ELLIOTT. Vols. 10 and 11 Folio (1824–1828). Indices. 30*s.* each.

VALOR ECCLESIASTICUS, temp. Hen. VIII., Auctoritate Regia institutus. *Edited by* JOHN CALEY and the Rev. JOSEPH HUNTER. Vols. 5 to 6, folio (1825–1834). 25*s.* each. The Introduction, separately, 8vo. 2*s.* 6*d.*

FŒDERA, CONVENTIONES, LITTERÆ, &c. ; or, RYMER'S FŒDERA. New Edition. folio. *Edited by* JOHN CALEY and FRED. HOLBROOKE. Vol. 4, 1377–1383. (1869). 6*s.*

DUCATUS LANCASTRIÆ CALENDARIUM INQUISITIONUM POST MORTEM, &c. Part 3, Calendar to Pleadings, &c., Hen. VII.—13 Eliz. Part 4, Calendar to Pleadings to end of Eliz. (1827–1834). *Edited by* R. J. HARPER, JOHN CALEY, and WM. MINCHIN. Folio. Part 4 (or Vol. 3). 21*s.*

CALENDARS OF THE PROCEEDINGS IN CHANCERY, ELIZ. ; with Examples of Proceedings from Ric. II. *Edited by* JOHN BAYLEY. Vol. 3. (1832), folio. 21*s.*

ROTULI LITTERARUM CLAUSARUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 2 Vols. folio (1833–1844). *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY. Vol. 2, 1224–1227. 18*s.*

PROCEEDINGS AND ORDINANCES OF THE PRIVY COUNCIL OF ENGLAND. 10 Ric. II.—33 Hen. VIII. *Edited by* Sir NICHOLAS HARRIS NICOLAS. 7 Vols. royal 8vo. (1834–1837). 14*s.* each. (*Vol. 1 out of print.*)

ROTULI LITTERARUM PATENTIUM IN TURRI LOND. ASSERVATI. 1201–1216. *Edited by* T. DUFFUS HARDY. 1 Vol. folio (1835). 31*s.* 6*d.* The Introduction, separately, 8vo. 9*s.*

ROTULI CURIÆ REGIS. Rolls and Records of the Court held before the King's Justiciars or Justices. 6 Richard I.—1 John. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. Vol. 2, royal 8vo. (1835). 14*s.*

ROTULI NORMANNIÆ IN TURRI LOND. ASSERVATI. 1200–1205 ; 1417–1418. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY. 1 Vol. royal 8vo. (1835). 12*s.* 6*d.*

ROTULI DE OBLATIS ET FINIBUS IN TURRI LOND. ASSERVATI, temp. Regis Johannis. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY. 1 Vol. royal 8vo. (1835). 18*s.*

EXCERPTA E ROTULIS FINIUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. Henry III. 1216–1272. *Edited by* CHARLES ROBERTS. 2 Vols. royal 8vo. (1835–1836) Vol. 1, 14*s.* Vol. 2, 18*s.*

FINES, SIVE PEDES FINIUM : SIVE FINALES CONCORDIÆ IN CURIA DOMINI REGIS. 7 Richard I.—16 John, 1195—1214. *Edited by* the Rev. JOSEPH HUNTER. In Counties. 2 Vols. royal 8vo. (1835–1844). Vol. 1, 8*s.* 6*d.* ; Vol. 2, 2*s.* 6*d.*

ANCIENT KALENDARS AND INVENTORIES OF THE TREASURY OF HIS MAJESTY'S EXCHEQUER ; with Documents illustrating its History. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. 3 Vols. royal 8vo. (1836). 42*s.*

DOCUMENTS AND RECORDS illustrating the History of Scotland, and Transactions between Scotland and England ; preserved in the Treasury of Her Majesty's Exchequer. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. 1 Vol. royal 8vo. (1837).

ROTULI CHARTARUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 1190–1216. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY. 1 Vol. folio (1837). 30*s.*

REPORT OF THE PROCEEDINGS OF THE RECORD COMMISSIONERS, 1831–1837. 1 Vol. fol. (1837). 8*s.*

Registrum vulgariter nuncupatum "The Record of Caernarvon," e codice MS. Harleiano, 696, descriptum. *Edited by* Sir Henry Ellis. 1 Vol. folio (1838). 31*s*. 6*d*.

Ancient Laws and Institutes of England; comprising Laws enacted under the Anglo-Saxon Kings, with translation of the Saxon; the Laws called Edward the Confessor's; the laws of William the Conqueror, and those ascribed to Henry I.; Monumenta Ecclesiastica Anglicana, from 7th to 10th century; and Ancient Latin Version of the Anglo-Saxon Laws. *Edited by* Benjamin Thorpe. 1 Vol. folio, 40*s*. 2 Vols. royal 8vo., 30*s*. (*Vol. 1 is out of print.*)

Ancient Laws and Institutes of Wales; comprising Laws supposed to be enacted by Howel the Good, modified by Regulations prior to the Conquest by Edward I.; and anomalous Laws, principally of Institutions which continued in force. With translation. Also, Latin Transcripts, containing Digests of Laws, principally of the Dimetian Code. *Edited by* Aneurin Owen. 1 Vol. folio (1841), 44*s*. 2 Vols. royal 8vo., 36*s*.

Rotuli de Liberate ac de Misis et Præstitis, Regnante Johanne. *Edited by* Thomas Duffus Hardy. 1 Vol. royal 8vo. (1844). 6*s*.

The Great Rolls of the Pipe, 2, 4, Hen. II., 1155–1158. *Edited by* the Rev. Joseph Hunter. 1 Vol. royal 8vo. (1844). 4*s*. 6*d*. (*Out of print*).

The Great Roll of the Pipe, I Ric., I., 1189–1190. *Edited by* the Rev. Joseph Hunter. 1 Vol. royal 8vo. (1844). 6*s*. (*Out of print*).

Documents Illustrative of English History in the 13th and 14th centuries, from the Records of the Queen's Remembrancer in the Exchequer. *Edited by* Henry Cole. 1 Vol. fcap. folio (1844). 45*s*. 6*d*.

Modus Tenendi Parliamentum. An Ancient Treatise on the Mode of holding the Parliament in England. *Edited by* Thomas Duffus Hardy. 1 Vol. 8vo. (1846). 2*s*. 6*d*.

Registrum Magni Sigilli Reg. Scot. in Archivis Publicis asservatum. Vol. I, 1306–1424. (*For continuation see page* 34.) *Edited by* Thomas Thomson. Folio (1814). 10*s*. 6*d*.

Acts of the Parliaments of Scotland. Folio (1814–1875). *Edited by* Thomas Thomson and Cosmo Innes. Vol. 1, 42*s*.; Vols. 2, 3, and 4, 10*s*. 6*d*. each; Vols. 5 and 6 (in three Parts), 21*s*. each Part; Vols. 7, 8, 9, 10, and 11, 10*s*. 6*d*. each; Vol. 12 (Index), 63*s*. Or, 12 Vols. in 13, 12*l*. 12*s*.

Acts of the Lords Auditors of Causes and Complaints (Acta Dominorum Auditorum). 1466–1494. *Edited by* Thomas Thomson. Folio (1839). 10*s*. 6*d*.

Acts of the Lords of Council in Civil Causes (Acta Dominorum Concilii). 1478–1495. *Edited by* Thomas Thomson. Folio (1839). 10*s*. 6*d*.

Issue Roll of Thomas de Brantingham, Bishop of Exeter, Lord High Treasurer, containing Payments out of the Revenue, 44 Edw. III., 1376. *Edited by* Frederick Devon. 1 Vol. royal 8vo., 25*s*.

Issues of the Exchequer, James I.; from the Pell Records. *Edited by* Frederick Devon. 1 Vol. 4to. (1836), 30*s*. Or, royal 8vo. 21*s*.

Issues of the Exchequer, Henry III.—Henry VI.; from the Pell Records. *Edited by* Frederick Devon. 1 Vol. royal 8vo., 30*s*.

Handbook to the Public Records. *By* F. S. Thomas, Secretary of the Public Record Office. 1 Vol. royal 8vo. (1853). 12*s*.

Historical Notes relative to the History of England. Henry VIII.—Anne (1509–1714). A Book of Reference for ascertaining the Dates of Events. *By* F. S. Thomas. 3 Vols. 8vo. (1856). 40*s*.

State Papers, during the reign of Henry the Eighth: with Indices of Persons and Places. 11 Vols. 4to. (1830–1852). 10*s*. 6*d*. each.

Vol. I.—Domestic Correspondence.
Vols. II. and III.—Correspondence relating to Ireland.
Vols. IV. and V.—Correspondence relating to Scotland.
Vols. VI. to XI.—Correspondence between England and Foreign Courts.

REPORTS ON THE UTRECHT PSALTER.

The Athanasian Creed in Connexion with the Utrecht Psalter; being a Report to the Right Honourable Lord Romilly, Master of the Rolls, on a Manuscript in the University of Utrecht, by Sir Thomas Duffus Hardy, D.C.L., Deputy Keeper of the Public Records. 1872. 4to. 44pp. 2 facsimiles, half bound. 20*s*.

Further Report on the Utrecht Psalter; in answer to the Eighth Report made to the Trustees of the British Museum, and edited by the Dean of Westminster. By Sir Thomas Duffus Hardy, D.C.L., Deputy Keeper of the Public Records 1874. 4to. 80 pp. half bound. 10*s*.

WORKS PUBLISHED IN PHOTOZINCOGRAPHY.

DOMESDAY BOOK, or the GREAT SURVEY OF ENGLAND OF WILLIAM THE CONQUEROR, 1086 ; fac-simile of the Part relating to each county, separately (with a few exceptions of double counties). Photozincographed at the Ordnance Survey Office, Southampton, by Colonel Sir HENRY JAMES, R.E., F.R.S., DIRECTOR-GENERAL of the ORDNANCE SURVEY, under the superintendence of W. BASEVI SANDERS, an Assistant Record Keeper. 35 parts, imperial quarto and demy quarto (1861–1863), boards.

Domesday Survey is in two parts or volumes. The first, in folio, contains the counties of Bedford, Berks, Bucks, Cambridge, Chester and Lancaster, Cornwall, Derby, Devon, Dorset, Gloucester, Hants, Hereford, Herts, Huntingdon, Kent, Leicester and Rutland, Lincoln, Middlesex, Northampton, Nottingham, Oxford, Salop, Somerset, Stafford, Surrey, Sussex, Warwick, Wilts, Worcester, and York. The second volume, in quarto, contains the counties of Essex, Norfolk, and Suffolk.

Domesday Book was printed *verbatim et literatim* during the last century, in consequence of an address of the House of Lords to King George III. in 1767. It was not, however, commenced until 1773, and was completed early in 1783. In 1860, Her Majesty's Government, with the concurrence of the Master of the Rolls, determined to apply the art of photozincography in the production of a fac-simile of Domesday Book.

In Great Domesday Book.	*Price.*		*Price.*
Bedfordshire	8/0	Middlesex	8/0
Berkshire	8/0	Nottinghamshire	10/0
Buckingham	8/0	Northamptonshire	8/0
Cambridge	10/0	Oxfordshire	8/-
Cheshire and Lancashire	8/0	Rutlandshire (bound with Leicestershire)	–
Cornwall	8/0	Shropshire (*out of print*)	8/0
Derbyshire	8/0	Somersetshire	10/0
Devonshire	10/0	Staffordshire	8/0
Dorsetshire	8/0	Surrey	8/0
Gloucestershire (*out of print*)	8/0	Sussex	10/0
Hampshire	10/0	Warwickshire	8/0
Herefordshire	8/0	Wiltshire	10/0
Hertfordshire	10/0	Worcestershire	8/0
Huntingdonshire	8/0	Yorkshire (*out of print*)	21/0
Kent (*out of print*)	8/0		
Lancashire (*see* Cheshire and Lancashire)	–	*In Little Domesday Book.*	
Leicestershire and Rutlandshire	8/0	Norfolk	23/0
Lincolnshire	21/0	Suffolk	22/0
		Essex	16/0

TRANSLATION OF THE DOMESDAY BOOK :—Cornwall, 5/0.

FAC-SIMILES OF NATIONAL MANUSCRIPTS, from WILLIAM THE CONQUEROR to QUEEN ANNE, selected under the direction of the Master of the Rolls and Photozincographed, by Command of Her Majesty, by Colonel Sir HENRY JAMES, R.E., F.R.S., DIRECTOR-GENERAL of the ORDNANCE SURVEY, and edited by W. BASEVI SANDERS, an Assistant Record Keeper. *Price*, each Part, with translations and notes, double foolscap folio, 16*s*.

Part I. (William the Conqueror to Henry VII.). 1865. (*Out of print.*)

Part II. (Henry VII. and Edward VI.). 1866.

Part III. (Mary and Elizabeth). 1867.

Part IV. (James I. to Anne). 1868.

The first Part extends from William the Conqueror to Henry VII., and contains autographs of the kings of England, as well as of many other illustrious personages famous in history, and some interesting charters, letters patent, and state papers. The second Part, for the reigns of Henry VIII. and Edward VI., consists principally of holograph letters, and autographs of kings, princes statesmen, and other persons of great historical interest, who lived during those reigns. The third Part contains similar documents for the reigns of Mary and Elizabeth, including a signed bill of Lady Jane Grey. The fourth Part concludes the series, and comprises a number of documents taken from the originals belonging to the Constable of the Tower of London; also several records illustrative of the Gunpowder Plot, and a woodcut containing portraits of Mary Queen of Scots and James VI., circulated by their adherents in England, 1580-3.

FAC-SIMILES OF ANGLO-SAXON MANUSCRIPTS. Photozincographed, by Command of Her Majesty, upon the recommendation of the Master of the Rolls, by the DIRECTOR-GENERAL of the ORDNANCE SURVEY, Lieut.-General J. CAMERON, R.E., C.B., F.R.S., and edited by W. BASEVI SANDERS, an Assistant Record Keeper. Part I. *Price 2l. 10s.*

The Anglo-Saxon MSS represented in this volume form the earlier portions of the collection of archives belonging to the Dean and Chapter of Canterbury, and consist of a series of 25 charters, deeds, and wills, commencing with a record of proceedings at the first Synodal Council of Clovesho in 742, and terminating with the first part of a tripartite chirograph of the sixth year of the reign of Edward the Confessor.

FAC-SIMILES OF ANGLO-SAXON MANUSCRIPTS. Photozincographed, by Command of Her Majesty, upon the recommendation of the Master of the Rolls, by the DIRECTOR-GENERAL of the ORDNANCE SURVEY, Major-General A. COOK, R.E., C.B., and collected and edited by W. BASEVI SANDERS, an Assistant Record Keeper. Part II. *Price 3l. 10s.*

(Also separately. Edward the Confessor's Charter. *Price 2s.*)

The originals of the fac-similes contained in this volume belong to the Deans and Chapters of Westminster, Exeter, Wells, Winchester, and Worcester; the Marquis of Bath, the Earl of Ilchester, Winchester College, Her Majesty's Public Record Office, Bodleian Library, Somersetshire Archæological and National History Society's Museum in Taunton Castle, and William Salt Library at Stafford. They consist of charters and other documents granted by, or during the reigns of, Baldred, Æthelred, Offa, and Burgred, Kings of Mercia; Uhtred of the Huiccas, Caedwalla and Ini of Wessex; Æthelwulf, Eadward the Elder, Æthelstan, Eadmund the First, Eadred, Eadwig, Eadgar, Eadward the Second, Æthelred the Second, Cnut, Eadward the Confessor, and William the Conqueror, embracing altogether a period of nearly four hundred years.

FAC-SIMILES OF ANGLO-SAXON MANUSCRIPTS. Photozincographed, by Command of Her Majesty, upon the recommendation of the Master of the Rolls, by the DIRECTOR-GENERAL of the ORDNANCE SURVEY, Colonel R. H. STOTHERD, R.E., C.B., and collected and edited by W. BASEVI SANDERS, an Assistant Record Keeper. Part III. *Price 6l. 6s.*

This volume contains fac-similes of the Ashburnham Collection of Anglo-Saxon Charters, &c., including King Alfred's Will. The MSS. represented in it range from A.D. 697 to A.D. 1161, being charters, wills, deeds, and reports of Synodal transactions during the reigns of Kings Wihtred of Kent, Offa, Eardwulf, Coenwulf, Cuthred, Beornwulf, Æthelwulf, Ælfred, Eadward the Elder, Eadmund, Eadred, Queen Eadgifu, and Kings Eadgar, Æthelred the Second, Cnut, Henry the First, and Henry the Second. In addition to these are two belonging to the Marquis of Anglesey, one of them being the Foundation Charter of Burton Abbey by Æthelred the Second, with the testament of its great benefactor Wulfric.

HISTORICAL MANUSCRIPTS COMMISSION.

REPORTS OF THE ROYAL COMMISSIONERS APPOINTED TO INQUIRE WHAT PAPERS AND MANUSCRIPTS BELONGING TO PRIVATE FAMILIES AND INSTITUTIONS ARE EXTANT WHICH WOULD BE OF UTILITY IN THE ILLUSTRATION OF HISTORY, CONSTITUTIONAL LAW, SCIENCE, AND GENERAL LITERATURE.

(*Size, to Ninth Report, Part III., inclusive, F'cap ; after that,* 8vo.)

(Dates in parentheses show years of Reprints.)

Date.	——	No. of Paper.	Price.
			s. d.
1870 (1874)	FIRST REPORT, WITH APPENDIX .. .. ENGLAND. House of Lords ; Cambridge Colleges ; Abingdon, and other Corporations, &c. SCOTLAND. Advocates' Library, Glasgow Corporation, &c. IRELAND. Dublin, Cork, and other Corporations, &c.	C. 55	1 6
1871	SECOND REPORT, WITH APPENDIX, AND INDEX TO THE FIRST AND SECOND REPORTS .. .. ENGLAND. House of Lords ; Cambridge Colleges ; Oxford Colleges ; Monastery of Dominican Friars at Woodchester, Duke of Bedford, Earl Spencer, &c. SCOTLAND. Aberdeen and St. Andrew's Universities, &c. IRELAND. Marquis of Ormonde ; Dr. Lyons &c.	C. 441	3 10
1872 (1895)	THIRD REPORT, WITH APPENDIX AND INDEX .. ENGLAND. House of Lords ; Cambridge Colleges ; Stonyhurst College ; Bridgwater and other Corporations ; Duke of Northumberland, Marquis of Lansdowne, Marquis of Bath, &c. SCOTLAND. University of Glasgow ; Duke of Montrose, &c. IRELAND. Marquis of Ormonde ; Black Book of Limerick, &c.	C. 673	6 0
1873	FOURTH REPORT, WITH APPENDIX. PART I. .. ENGLAND. House of Lords ; Westminster Abbey ; Cambridge and Oxford Colleges ; Cinque Ports, Hythe, and other Corporations, Marquis of Bath, Earl of Denbigh, &c. SCOTLAND. Duke of Argyll, &c. IRELAND. Trinity College, Dublin; Marquis of Ormonde.	C. 857	6 8
1873	DITTO. PART II. INDEX	C. 857 i	2 6
1876	FIFTH REPORT, WITD APPENDIX. PART I. .. ENGLAND. House of Lords ; Oxford and Cambridge Colleges ; Dean of Chapter of Canterbury ; Rye, Lydd, and other Corporations, Duke of Sutherland, Marquis of Lansdowne, Reginald Cholmondeley, Esq., &c. SCOTLAND. Earl of Aberdeen, &c.	C. 1432	7 0
1876	DITTO. PART II. INDEX	C. 1432-i	3

Date.	———	No of Paper.	Price.
			s. *d.*
1877	SIXTH REPORT, WITH APPENDIX. PART I. .. ENGLAND. House of Lords ; Oxford and Cambridge Colleges ; Lambeth Palace ; Black Book of the Archdeacon of Canterbury ; Bridport, Wallingford, and other Corporations; Lord Leconfield, Sir Reginald Graham, Sir Henry Ingilby, &c. SCOTLAND. Duke of Argyll, Earl of Moray, &c. IRELAND. Marquis of Ormonde.	C. 1745	8 6
1878 (1893)	DITTO. PART II. INDEX	C. 2102	1 10
1879 (1895)	SEVENTH REPORT, WITH APPENDIX. PART I. .. House of Lords ; County of Somerset ; Earl of Egmont, Sir Frederick Graham, Sir Harry Verney, &c.	C. 2340	7 6
1879 (1895)	DITTO. PART II. APPENDIX AND INDEX .. .. Duke of Atholl, Marquis of Ormonde, Sir S. F. Livingstone, &c.	C. 2340-i	3 6
1881	EIGHTH REPORT, WITH APPENDIX AND INDEX. PART I... .. .. *Re-issued as Stationery Office Publications*— Report and Appendix, Part I., Section I. 1907. Price 6*s.* 8vo :— Duke of Marlborough ; Earl of Portsmouth ; Earl of Jersey ; House of Lords ; Lord Emly ; Ralph Bankes, Esq., Geo. Wingfield Digby, Esq. ; Royal College of Physicians ; Corporation of Trinity House. Report and Appendix, Part I., Section II. 1908. Price 6*s.* 8vo :— Magdalen College, Oxford; Corporation of Pontefract; Lord Braybrooke; Viscount Arbuthnott; Earl of Glasgow; Miss Hamilton of Burns and Cochno; Alex. C. Stuart Esq., of Eaglescarnie; Dean and Chapter of Canterbury; Corporations of Chester and Leicester; The O'Conor Don, M.P.; Lord Talbot de Malahide; Marquis of Ormonde.	C. 3040	*Out of print.*
1881	DITTO. PART II. APPENDIX AND INDEX .. .. Duke of Manchester.	C. 3040-i	*Out of print.*
1881	DITTO. PART III. APPENDIX AND INDEX .. Earl of Ashburnham.	C. 3040-ii	*Out of print.*
1883 (1895)	NINTH REPORT, WITH APPENDIX AND INDEX. PART I... .. .. St. Paul's and Canterbury Cathedrals ; Eton College ; Carlisle, Yarmouth, Canterbury, and Barnstaple Corporations, &c.	C. 3773	5 2
1884 (1895)	DITTO. PART II. APPENDIX AND INDEX. .. ENGLAND. House of Lords, Earl of Leicester, C. Pole Gell, Alfred Morrison, Esqs., &c. SCOTLAND. Lord Elphinstone, H. C. Maxwell Stuart, Esq., &c. IRELAND. Duke of Leinster, Marquis of Drogheda, &c.	C. 3773-i	6 3
1884	DITTO. PART III. APPENDIX AND INDEX .. Mrs. Stopford Sackville [re-issued, 1904, revised and extended, as Cd. 1892. Price 1*s.*10*d.* 8vo.]	C. 3773-ii	*Out of print.*
1883 (1895)	CALENDAR OF THE MANUSCRIPTS OF THE MARQUIS OF SALISBURY, K.G. (or CECIL MSS.).		
	PART I. 1306–1571	C. 3777	3 5
1888	PART II. 1572–1582	C. 5463	3 5
1889	PART III. 1583–1589	C. 5889-v	2 1
1892	PART IV. 1590–1594	C. 6823	2 11
1894	PART V. 1594–1596	C. 7574	2 6
1896	PART VI. 1596	C. 7884	2 8
1899	PART VII. 1597	C. 9246	2 8
1899	PART VIII. 1598	C. 9467	2 8
1902	PART IX. 1599	Cd. 928	2 3
1904	PART X. 1600	Cd. 2052	2 3
1906	PART XI. 1601	Cd. 3134	2 10
	PART XII. 1602		*In the press.*

Date.	———	No. of Paper.	Price.
			s. d.
1885	TENTH REPORT .. .. (*Re-issued*, 1906, *as a Stationery Office Publication. Price* 6*d*.) This is introductory to the following APPENDICES AND INDEXES:	C. 4548	*Out of print.*
1885 (1895)	(1.) Earl of Eglinton, Sir J. S. Maxwell, Bart., and C. S. H. D. Moray, C. F. Weston Underwood, G. W. Digby, Esqs.	C. 4575	3 7
1885	(2.) The Family of Gawdy	C. 4576-iii	1 4
1885	(3.) Wells Cathedral .. .. [Re-issued, 1906, revised and extended, as Cd. 2810. 2*s*. 11*d*. 8vo.]	C. 4576-ii	*Out of print.*
1885	(4.) Earl of Westmorland; Capt. Stewart; Lord Stafford; Sir N. W. Throckmorton; Sir P. T. Mainwaring, Lord Muncaster, M.P., Capt. J. F. Bagot, Earl of Kilmorey, Earl of Powis, and others; the Corporations of Kendal, Wenlock, Bridgnorth, Eye, Plymouth; the County of Essex; and Stonyhurst College. (*Re-issued*, 1906, *as a Stationery Office Publication. Price* 6*s*.)	C. 4576	*Out of print.*
1885 (1895)	(5) Marquis of Ormonde, Earl of Fingall, Corporations of Galway and Waterford, Sees of Dublin and Ossory, the Jesuits in Ireland.	C. 4576-i	2 10
1887	(6.) Marquis of Abergavenny, Lord Braye, G. F. Luttrell, P. P. Bouverie, W. Bromley Davenport, R. T. Balfour, Esqs.	C. 5242	1 7
1887	ELEVENTH REPORT .. .. This is introductory to the following APPENDICES AND INDEXES:	C. 5060-vi	0 3
1887	(1.) H. D. Skrine, Esq., Salvetti Correspondence	C. 5060	1 1
1887	(2.) House of Lords, 1678–1688	C. 5060-i	2 0
1887	(3.) Corporations of Southampton and Lynn	C. 5060-ii	1 8
1887	(4.) Marquess Townshend	C. 5060-iii	2 6
1887	(5.) Earl of Dartmouth	C. 5060-iv	2 8
1887	(6.) Duke of Hamilton	C. 5060-v	1 6
1888	(7.) Duke of Leeds, Marchioness of Waterford, Lord Hothfield, &c.; Bridgwater Trust Office, Reading Corporation, Inner Temple Library.	C. 5612	2 0
1890	TWELFTH REPORT .. .. This is introductory to the following APPENDICES AND INDEXES:	C. 5889	0 3
1888	(1.) Earl Cowper, K.G. (Coke MSS., at Melbourne Hall, Derby). Vol. I.	C. 5472	2 7
1888	(2.) Ditto. Vol. II.	C. 5613	2 5
1889	(3.) Ditto. Vol. III...	C. 5889-i	1 4
1888	(4.) Duke of Rutland, G.C.B. Vol. I... ..	C. 5614	*Out of print.*
1891	(5.) Ditto. Vol. II.	C. 5889-ii	2 0
1889	(6.) House of Lords, 1689–1690	C. 5889-iii	2 1
1890	(7.) S. H. le Fleming, Esq., of Rydal	C. 5889-iv	1 11
1891	(8.) Duke of Athole, K.T., Earl of Home ..	C. 6338	1 0
1891	(9.) Duke of Beaufort, K.G., Earl of Donoughmore; J. H. Gurney, W. W. B. Hulton, R. W. Ketton, G. A. Aitken, P. V. Smith, Esqs.; Bishop of Ely; Cathedrals of Ely, Gloucester, Lincoln, and Peterborough; Corporations of Gloucester, Higham Ferrers, and Newark; Southwell Minster; Lincoln District Registry.	C. 6338-i	2 6
1891	(10.) First Earl of Charlemont. Vol. I. ..	C. 6338 ii	1 11

Date.	———	No. of Paper.	Price. s. d.
1892	THIRTEENTH REPORT .. .. This is introductory to the following APPENDICES AND INDEXES :	C. 6827	0 3
1891	(1.) Duke of Portland. Vol. I.	C. 6474	3 0
1893	(2.) Ditto. Vol. II.	C. 6827-i	2 0
1892	(3.) J. B. Fortescue, Esq., of Dropmore, Vol. I.	C. 6660	2 7
1892	(4.) Corporations of Rye, Hastings, and Hereford ; Captain F. C. Loder-Symonds; E. R. Wodehouse, M.P., J. Dovaston, Esqs. ; Sir T. B. Leonard, Bart., Rev. W. D. Macray, and Earl of Dartmouth (Supplementary Report).	C. 6810	2 4
1892	(5.) House of Lords, 1690–1691	C. 6822	2 4
1893	(6.) Sir W. Fitzherbert, Bart. ; the Delaval Family, of Seaton Delaval ; Earl of Ancaster ; General Lyttelton-Annesley.	C. 7166	1 4
1893	(7.) Earl of Lonsdale	C. 7241	1 3
1893	(8.) First Earl of Charlemont. Vol. II. ..	C. 7424	1 11
1896	FOURTEENTH REPORT .. .. This is introductory to the following APPENDICES AND INDEXES :	C. 7983	0 3
1894	(1.) Duke of Rutland, G.C.B. Vol. III. ..	C. 7476	1 11
1894	(2.) Duke of Portland. Vol. III.	C. 7569	2 8
1894	(3.) Duke of Roxburghe ; Sir H. H. Campbell, Bart. ; Earl of Strathmore ; Countess Dowager of Seafield.	C. 7570	1 2
1894	(4.) Lord Kenyon	C. 7571	2 10
1896	(5.) J. B. Fortescue, Esq., of Dropmore. Vol. II.	C. 7572	2 8
1895	(6.) House of Lords, 1692–93 .. .. (*Manuscripts of the House of Lords*, 1693–1695 *Vol. I.* (*New Series*). *See H.L. No.* (5) *of* 1900. *Price* 2*s.* 2*d.* *Ditto.* 1695–1697. *Vol. II. See H.L. No.* (18) *of* 1903. *Price* 2*s.* 9*d.* *Ditto.* 1697–1699. *Vol. III. See H.L. No.* (175) *of* 1905. *Price* 2*s.*) *Ditto.* 1699–1702. *Vol. IV. See H.L. No.* (7) 1908. *Price* 2*s.* 9*d.*	C. 7573	1 11
1895	(7.) Marquis of Ormonde	C. 7678	1 10
1895	(8.) Lincoln, Bury S. Edmunds, Hertford, and Great Grimsby Corporations ; Dean and Chapter of Worcester, and of Lichfield ; Bishop's Registry of Worcester.	C. 7881	1 5
1895	(9.) Earl of Buckinghamshire ; Earl of Lindsey ; Earl of Onslow ; Lord Emly ; T. J. Hare, Esq., J. Round, Esq , M.P.	C. 7882	2 6
1895	(10.) Earl of Dartmouth. Vol. II. American Papers.	C. 7883	2 9
1899	FIFTEENTH REPORT .. .. This is introductory to the following APPENDICES AND INDEXES :	C. 9295	0 4
1896	(1.) Earl of Dartmouth. Vol. III	C. 8156	1 5
1897	(2.) J. Eliot Hodgkin, Esq.	C. 8327	1 8
1897	(3.) Charles Haliday, Esq., of Dublin ; Acts of the Privy Council in Ireland, 1556–1571 ; Sir William Ussher's Table to the Council Book ; Table to the Red Council Book.	C. 8364	1 4
1897	(4.) Duke of Portland. Vol. IV.	C. 8497	2 11
1897	(5.) Right Hon. F. J. Savile Foljambe ..	C. 8550	0 10
1897	(6.) Earl of Carlisle, Castle Howard	C. 8551	3 6
1897	(7.) Duke of Somerset ; Marquis of Ailesbury ; Sir F. G. Puleston, Bart.	C. 8552	1 9

Date.	———	No. of Paper.	Price.
	Appendices and Indexes—*cont.*		s. d
1897	(8.) Duke of Buccleuch and Queensberry, at Drumlanrig. Vol. I.	C. 8553	1 4
1897	(9.) J. J. Hope Johnstone, Esq., of Annandale	C. 8554	1 0
1899	(10.) Shrewsbury and Coventry Corporations; Sir H. O. Corbet, Bart., Earl of Radnor, P. T. Tillard, J. R. Carr-Ellison, Andrew Kingsmill, Esqs.	C. 9472	1 0
	Manuscripts in the Welsh Language:		
1898	Vol. I. Lord Mostyn, at Mostyn Hall ..	C. 8829	1 4
1899	Vol. I. Part II.—W. R. M. Wynne, Esq., of Peniarth.	C. 9468	2 11
1905	Vol. I. Part III.—Peniarth. Sir T. Williams; John Jones, Robert Vaughan, Esqs.	Cd. 2443	0 8
1902	Vol. II. Part I. Jesus College, Oxford; Free Library, Cardiff; Havod; Wrexham; Llanwrin; Merthyr; Aberdar.	Cd. 1100	1 9
1903	Vol. II. Part II. Plas Llan Stephan; Free Library, Cardiff.	Cd. 1692	1 8
1905	Vol. II. Part III. Panton; Cwrtmawr ..	Cd. 2444	0 8
1899	Manuscripts of the Duke of Buccleuch and Queensberry, K.G., K.T., at Montagu House, Whitehall. Vol. I.	C. 9244	2 7
1903	Ditto. Vol. II. (Part I.)	Cd. 930	1 10
1903	Ditto. Vol. II. (Part II.)	Cd. 930 i	1 11
1903	Ditto. at Drumlanrig Castle. Vol. II.	Cd. 1827	1 1
1899	Ditto. Marquess of Ormonde, K.P., at Kilkenny Castle. Vol. II.	C. 9245	2 0
1902	Ditto. New Series. Vol. I.	Cd. 929	1 7
1903	Ditto Ditto. Vol. II.	Cd. 1691	1 10
1904	Ditto Ditto. Vol. III.	Cd. 1963	2 0
1906	Ditto Ditto. Vol. IV.	Cd. 3008	3 0
1908	Ditto Ditto. Vol. V.	Cd. 4116	2 10
1904	Ditto. Mrs. Stopford-Sackville. Vol. I.	Cd 1892	1 10
1899	Ditto. Duke of Portland, K.G. Vol. V. ..	C. 9466	2 9
1901	Ditto. Vol. VI., with Index to Vols. III.-VI.	Cd. 676	1 9
1901	Ditto. Vol. VII.	Cd. 783	2 3
1907	Ditto. Vol. VIII.	Cd. 3475	1 10
1899	Ditto. J. M. Heathcote, Esq.	C. 9469	1 3
1899	Ditto. J. B. Fortescue, Esq. Vol. III.	C. 9470	3 1
1905	Ditto. Vol. IV.	Cd. 2233	2 6
1906	Ditto. Vol. V.	Cd. 2811	2 4
1908	Ditto. Vol. VI.	Cd. 3670	2 5
1899	Ditto. F. W. Leyborne-Popham, Esq.	C. 9471	1 6
1900	Ditto. Mrs. Frankland-Russell-Astley	Cd. 282	2 0
1900	Ditto. Lord Montagu of Beaulieu	Cd. 283	1 1
1900	Ditto. Beverley Corporation	Cd. 284	1 0
1901	Ditto. Various Collections. Vol. I. Corporations of Berwick-on-Tweed, Burford and Lostwithiel; Counties of Wilts and Worcester; Bishop of Chichester; Dean and Chapter of Chichester, Canterbury, and Salisbury.	Cd. 784	2 0
1903	Ditto. Ditto. Vol. II. Sir Geo. Wombwell, Duke of Norfolk, Lord Edmund Talbot (the Shrewsbury Papers), Miss Buxton, Mrs. Harford and Mrs. Wentworth of Woolley.	Cd. 932	2 4
1904	Ditto. Ditto. Vol. III. T. B. Clarke-Thornhill, Esq., Sir T. Barrett-Lennard, Bart., Pelham R. Papillon, W. Cleverley Alexander, Esqs.	Cd. 1964	1 6
1907	Ditto. Ditto. Vol. IV. Bishop of Salisbury; Bishop of Exeter; Dean and Chapter of Exeter; Earl of Leicester; Sir W. Clayton, Bart.; Major Money-Kyrle; F. H. T. Jervoise, Esq.; Glemham Hall; Corporations of Salisbury, Orford, and Aldeburgh.	Cd. 3218	1 9

Date.	——	No. of Paper.	Price.
			s. d.
1902	Calendar of the Stuart Manuscripts at Windsor Castle, belonging to His Majesty the King. Vol. I.	Cd. 927	2 11
1904	Ditto. Vol. II.	Cd. 2189	2 9
1907	Ditto. Vol. III.	Cd. 3430	2 10
	Ditto. Vol. IV.		*In the Press.*
1902	Manuscripts of Colonel David Milne-Home, of Wedderburn Castle, N.B.	Cd. 931	1 4
1904	Ditto. Marquess of Bath, at Longleat, Wiltshire. Vol. I.	Cd. 2048	1 9
1907	Ditto. Ditto. Vol. II.	Cd. 3474	1 0
1908	Ditto. Ditto. Vol. III. (Prior Papers).	Cd. 3849	2 5
1904	American Manuscripts in the Royal Institution of Great Britain. Vol. I.	Cd. 2201	2 3
1906	Ditto. Vol. II.	Cd. 2897	2 6
1907	Ditto. Vol. III.	Cd. 3669	1 11
	Ditto. Vol. IV.		*In the Press.*
1904	SIXTEENTH REPORT (containing a list of the owners of Manuscripts upon whose collections Reports have been made to July, 1904).	Cd. 2209	0 9
1904	Manuscripts of the Earl of Mar and Kellie, at Alloa House, N.B.	Cd. 2190	2 7
1905	Ditto. Lady Du Cane	Cd. 2367	2 6
1905	Ditto. Marquess of Lothian, at Blickling Hall	Cd. 2319	2 2
1905	Ditto. Earl of Egmont. Vol. I. Part I. ..	Cd. 2318	1 8
1905	Ditto. Ditto. Vol. I. Part II. ..	Cd. 2570	1 9
1905	Ditto. Duke of Rutland. Vol. IV.	Cd. 2606	2 9
1906	Ditto. Earl of Verulam..	Cd. 2973	1 4
1906	Ditto. (Franciscan) at the Convent, Merchants' Quay, Dublin.	Cd. 2867	1 4
1907	Ditto. Dean and Chapter of Wells	Cd. 2810	2 11
1907	Ditto. Earl of Ancaster, at Grimsthorpe	Cd. 3429	2 7
1907	SEVENTEENTH REPORT (containing a List of the owners of Manuscripts upon whose collections Reports have been made to June, 1907.	Cd. 3737	0 11
	Manuscripts of Lord Middleton at Wollaton Hall, co. Nottingham.		*In the Press.*

ANNUAL REPORTS OF THE DEPUTY KEEPER OF THE PUBLIC RECORDS.

REPORTS NOS. 1–22, IN FOLIO, PUBLISHED BETWEEN 1840 AND 1861, ARE NO LONGER ON SALE. SUBSEQUENT REPORTS ARE IN OCTAVO.

Date.	No. of Report	Chief Contents.	Sessional No.	Price
				s. d.
1862	23	Proceedings	C.2970	0 4
1863	24	Ditto	C.3142	*Out of print.*
1864	25	Calendar of Crown Leases, 33-38 Hen. VIII.—Calendar of Bills and Answers, &c., Hen. VIII.—Ph. & Mary, for Cheshire and Flintshire.—List of Lords High Treasurers and Chief Commissioners of the Treasury, from Hen. VII.	C.3318	*Out of print.*
1865	26	List of Plans annexed to Inclosure Awards, 31 Geo. II.-7 Will. IV.—Calendar of Privy Seals, &c., for Cheshire and Flintshire, Hen. VI.-Eliz.—Calendar of Writs of General Livery, &c., for Cheshire, Eliz.-Charles I.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls, Hen. III. and Edw. 1.	C.3492	*Out of print.*
1866	27	List of Awards of Inclosure Commissioners.—References to Charters in the Cartæ Antiquæ and the Confirmation Rolls of Chancery, Ethelbert of Kent-James I.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls Edw. II.	C.3717	*Out of print.*
1867	28	Calendar of Fines, Cheshire and Flintshire, Edw. I.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls, Edw. III. Table of Law Terms, from the Norman Conquest to 1 Will. IV.	C.3839	*Out of print.*
1868	29	Calendar of Royal Charters.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls Richard II.-Henry VII.—Durham Records, Letter and Report.	C.4012	*Out of print.*
1869	30	Duchy of Lancaster, Records, Inventory—Durham Records, Inventory.—Calendar of Deeds. &c., on the Chester Plea Rolls, Hen. VIII.—Calendar of Decrees of Court of General Surveyors, 34-38 Hen. VIII.—Calendar of Royal Charters.—State Paper Office, Calendar of Documents relating to the History of, to 1800.—Tower of London. Index to Documents in custody of the Constable of.—Calendar of Dockets, &c., for Privy Seals, 1634-1711.—Report of the Commissioners on Carte Papers.—Venetian Ciphers.	C.4165	*Out of print.*
1870	31	Duchy of Lancaster Records, Calendar of Royal Charters.—Durham Records, Calendar of Chancery Enrolments ; Cursitor's Records.—List of Officers of Palatinate of Chester, in Cheshire and Flintshire, and North Wales.—List of Sheriffs of England, 13 Hen. I. to 4 Edw. III.	C.187	*Out of print.*

Date.	No. of Report	Chief Contents.	Sessional No.	Price.
				s. d.
1871	32	Part I.—Report of the Commissioners on Carte Papers.—Calendarium Genealogicum, 1 & 2 Edw. II.—Durham Records, Calendar of Cursitor's Records. Chancery Enrolments. — Duchy of Lancaster Records, Calendar of Rolls of the Chancery of the County Palatine.	C.374	*Out of print.*
1871	—	Part II.—Charities; Calendar of Trust Deeds enrolled on the Close Rolls of Chancery, subsequent to 9 Geo. II.	C.374-i.	*Out of print.*
1872	33	Duchy of Lancaster Records, Calendar of Rolls of the Chancery of the County Palatine.—Durham Records, Calendar of the Cursitor's Records, Chancery Enrolments.—Reports on the Shaftesbury Papers.—Venetian Transcripts.—Greek Copies of the Athanasian Creed.	C.620	*Out of print.*
1873	34	Durham Records, Calendar of the Cursitor's Records, Chancery Enrolments.—Supplementary Report on the Shaftesbury Papers.	C.728	1 9
1874	35	Duchy of Lancaster Records, Calendar of Ancient Charters or Grants.—Palatinate of Lancaster; Inventory and Lists of Documents transferred to the Public Record Office.—Durham Records, Calendar of Cursitor's Records.—Chancery Enrolments.—Second Supplementary Report on the Shaftesbury Papers.	C.1043	*Out of print.*
1875	36	Durham Records, Calendar of the Cursitor's Records, Chancery Enrolments.—Duchy of Lancaster Records; Calendar of Ancient Charters or Grants.—Report upon Documents in French Archives relating to British History.—Calendar of Recognizance Rolls of the Palatinate of Chester, to end of reign of Hen. IV.	C.1301	*Out of print.*
1876	37	Part I.—Durham Records, Calendar of the Cursitor's Records, Chancery Enrolments.—Duchy of Lancaster Records, Calendar of Ancient Rolls of the Chancery of the County Palatine.—List of French Ambassadors, &c. in England, 1509–1714.	C.1544	*Out of print.*
1876	—	Part II.—Calendar of Recognizance Rolls of the Palatinate of Chester; Hen. V.—Hen. VII.	C. 1544-i.	*Out of print.*
1877	38	Exchequer Records, Catalogue of Special Commissions, 1 Eliz. to 10 Vict., Calendar of Depositions taken by Commission, 1 Eliz. to end of James I.—List of Representative Peers for Scotland and Ireland.	C.1747	*Out of print.*
1878	39	Calendar of Recognizance Rolls of the Palatinate of Chester, 1 Hen. VIII.—11 Geo. IV.—Exchequer Records, Calendar of Depositions taken by Commission, Charles I.—Duchy of Lancaster Records; Calendar of Lancashire Inquisitions post Mortem, &c.—Third Supplementary Report on the Shaftesbury Papers.—List of Despatches of French Ambassadors to England 1509–1714.	C.2123	*Out of print.*

Date.	No. of Report	Chief Contents.	Sessional No.	Price.
				s. d.
1879	40	Calendar of Depositions taken by Commission, Commonwealth—James II.—Miscellaneous Records of Queen's Remembrancer in the Exchequer.—Durham Records, Calendar of the Cursitors' Records, Chancery Enrolments.—Calendar of Duchy of Lancaster Patent Rolls, 5 Ric. II.—21 Hen. VII.	C.2377	*Out of print.*
1880	41	Calendar of Depositions taken by Commission, William and Mary to George I.—Calendar of Norman Rolls, Hen. V., Part I.—List of Calendars, Indexes, &c., in the Public Record Office on 31st December, 1879.	C.2658	4 8
1881	42	Calendar of Depositions taken by Commission, George II.—Calendar of Norman Rolls, Hen. V., Part II. and Glossary.—Calendar of Patent Rolls, 1 Edw. I. Transcripts from Paris.	C.2972	4 0
1882	43	Calendar of Privy Seals, &c., 1-7 Charles I.—Duchy of Lancaster Records, Inventory of Court Rolls, Hen. III.—Geo. IV. Calendar of Privy Seals, Ric. II.—Calendar of Patent Rolls, 2 Edw. I.—Fourth Supplementary Report on the Shaftesbury Papers.—Transcripts from Paris.—Report on Libraries in Sweden.—Report on Papers relating to English History in the State Archives, Stockholm.—Report on Canadian Archives.	C.3425	3 10
1883	44	Calendar of Patent Rolls, 3 Edw. I.—Durham Records, Cursitors' Records, Inquisitions post Mortem, &c.—Calendar of French Rolls, 1-10 Hen. V.—Report from Venice.—Transcripts from Paris.—Report from Rome.	C.3771	3 6
1884	45	Duchy of Lancaster Records, Inventory of Ministers' and Receivers' Accounts, Edw. I.—Geo. III.—Durham Records, Cursitors' Records, Inquisitions post Mortem, &c.—Calendar of Diplomatic Documents.—Transcripts from Paris.—Reports from Rome and Stockholm.—Report on Archives of Denmark, &c.—Transcripts from Venice.—Calendar of Patent Rolls, 4 Edw. I.	C.4425	4 3
1885	46	Presentations to Offices on the Patent Rolls, Charles II.—Transcripts from Paris. Reports from Rome.—Second Report on Archives of Denmark, &c.—Calendar of Patent Rolls, 5 Edw. I.—Catalogue of Venetian Manuscripts bequeathed by Mr. Rawdon Brown to the Public Record Office.	C.4746	2 10
1886	47	Transcripts from Paris—Third Report on Archives of Denmark, &c.—List of Creations of Peers and Baronets, 1483–1646.—Calendar of Patent Rolls, 6 Edw. I.	C.4888	2 2
1887	48	Calendar of Patent Rolls, 7 Edw. I.—Calendar of French Rolls, Henry VI.—Calendar of Privy Seals, &c., 8-11 Charles I.—Calendar of Diplomatic Documents.—Schedules of Valueless Documents.	C.5234	3 6

Date.	No. of Report	Chief Contents.	Sessional No.	Price. s.	d.
1888	49	Calendar of Patent Rolls, 8 Edw. I.—Index to Leases and Pensions (Augmentation Office).—Calendar of Star Chamber Proceedings.	C.5596	3	3
1889	50	Calendar of Patent Rolls, 9 Edw. I	C.5847	1	2
1890	51	Proceedings	C.6108	0	2
1891	52	Ditto	C.6528	0	1½
1892	53	Ditto	C.6804	0	2½
1893	54	Ditto	C.7079	0	1½
1894	55	Ditto	C.7444	0	1½
1895	56	Ditto	C.7841	0	1½
1896	57	Ditto. Account of the Rolls Chapel with eight plates of the Chapel.	C.8271	1	6
1897	58	Ditto	C.8543	0	1½
1898	59	Ditto	C.8906	0	1
1899	60	Ditto	C.9366	0	1
1900	61	Ditto	Cd.245	0	1
1901	62	Ditto	Cd.617	0	1
1902	63	Ditto	Cd.1141	0	1
1903	64	Ditto	Cd.1620	0	1
1904	65	Ditto	Cd.2129	0	1
1905	66	Ditto	Cd.2536	0	1
1906	67	Ditto	Cd.2962	0	1
1907	68	Ditto	Cd.3439	0	1
1908	69	Ditto	Cd.4062	0	1
		Indexes to Printed Reports, viz. :—			
		Reports 1-22 (1840-1861)	—	4	0
		„ 23-39 (1862-1878)	—	2	0

SCOTLAND.

CATALOGUE OF SCOTTISH RECORD PUBLICATIONS.

PUBLISHED UNDER THE DIRECTION OF

THE LORD CLERK REGISTER OF SCOTLAND.

[OTHER WORKS RELATING TO SCOTLAND WILL BE FOUND AMONG THE PUBLICATIONS OF THE RECORD COMMISSIONERS, *see* pp. 20–21.]

1. CHRONICLES OF THE PICTS AND SCOTS, AND OTHER EARLY MEMORIALS OF SCOTTISH HISTORY. Royal 8vo., half bound (1867). *Edited by* WILLIAM F. SKENE, LL.D. (*Out of print.*)
2. LEDGER OF ANDREW HALYBURTON, CONSERVATOR OF THE PRIVILEGES OF THE SCOTCH NATION IN THE NETHERLANDS (1492–1503); TOGETHER WITH THE BOOKS OF CUSTOMS AND VALUATION OF MERCHANDISES IN SCOTLAND. *Edited by* COSMO INNES. Royal 8vo., half bound (1867). 10*s*.
3. DOCUMENTS ILLUSTRATIVE OF THE HISTORY OF SCOTLAND FROM THE DEATH OF KING ALEXANDER THE THIRD TO THE ACCESSION OF ROBERT BRUCE, from origina and authentic copies in London, Paris, Brussels, Lille, and Ghent. In 2 Vols. royal 8vo., half bound (1870). *Edited by* the Rev. JOSEPH STEVENSON. (*Out of print.*)
4. ACCOUNTS OF THE LORD HIGH TREASURER OF SCOTLAND. Vol. I., 1473–1498. *Edited by* THOMAS DICKSON. 1877. 10*s*. (*Out of Print.*) Vol. II., 1500-1504. Vol. III., 1506-1507. Vol. IV., 1507-1513. Vol. V., 1515-1531. Vol. VI., 1531-1538. Vol. VII. 1538-41. *Edited by* SIR J. B. PAUL, F.S.A., SCOT., Lord Lyon King of Arms. 10*s*. *each.*
5. REGISTER OF THE PRIVY COUNCIL OF SCOTLAND. *Edited and arranged by* J. H. BURTON, LL.D. Vol. I., 1545-1569. Vol. II., 1569-1578. Vol. III., 1578-1585. Vol. IV., 1585-1592. Vol. V., 1592-1599. Vol. VI., 1599-1604. Vol. VII., 1604-1607. Vol. VIII., 1607-1610. Vol. IX., 1610-1613. Vol. X., 1613-1616. Vol. XI., 1616-1619. Vol. XII., 1619-1622. Vol. XIII., 1622-1625. Vol. XIV., Addenda, 1545-1625. *Edited by* DAVID MASSON, LL.D. 15*s*. *each.*

5a. Ditto, Second Series. Vol. I., 1625-1627. *Edited by* D. MASSON, LL.D. Vol. II., 1627-1628. Vol. III., 1629-1630. Vol. IV., 1630–1632. Vol. V., 1633-1635. Vol. VI., 1635-1637. Vol. VII., 1638-1643. Vol. VIII., 1544-1660. *Edited by* P. HUME BROWN, M.A., LL.D. 15*s*. *each.*

6. ROTULI SCACCARII REGUM SCOTORUM. THE EXCHEQUER ROLLS OF SCOTLAND. Vol. I., 1264-1359. Vol. II., 1359-1379. Vol. III., 1379-1406. Vol. IV., 1406-1436. Vol. V., 1437-1454. Vol. VI., 1455-1460. Vol. VII., 1460-1469. Vol. VIII., 1470-1479. Vol. IX., 1480-1487. Addenda, 1437-1487. Vol. X., 1488-1496. Vol. XI., 1497-1501. Vol. XII., 1502-1507. Vol. XIII., 1508-1513. Vol. XIV., 1513-1522. Vol. XV., 1523-1529. Vol. XVI., 1529-1536. Vol. XVII., 1537-1542. Vol. XVIII., 1543-1556. Vol. XIX., 1557-1567. Vol. XX., 1568-1579. Vol. XXI., 1580-1588. Vol. XXII., 1589-1594. *Edited by* JOHN STUART, LL.D. (Vol. I.); GEORGE BURNETT (Vols. II. to XII.); GEORGE BURNETT and Æ. J. G. MACKAY (Vols. XIII. and XIV.); and G. P. McNeil (Vols. XV. to XXII.) 10*s*. *each.*
7. CALENDAR OF DOCUMENTS RELATING TO SCOTLAND, preserved in the Public Record Office. *Edited by* JOSEPH BAIN. Vol. I., 1108-1272. Vol. II., 1272-1307. Vol. III., 1307-1357. (*Out of print*). Vol. IV., 1357-1509. 15*s*. *each.*
8. REGISTER OF THE GREAT SEAL OF SCOTLAND. Vol. I., 1306-1424 (*see* p. 21). Vol. II., 1424-1513. Vol. III., 1513-1546. Vol. IV., 1546-1580. Vol. V., 1580-1593. Vol. VI., 1593-1609. Vol. VII., 1609-1620. Vol. VIII., 1620-1633. Vol. IX., 1634-1651. Vol. X., 1652-1659. *Edited by* JAMES BALFOUR PAUL and J. M. THOMSON. 15*s*. *each.*
9. THE HAMILTON PAPERS. Letters and Papers illustrating the Political Relations of England and Scotland in the XVIth century. Formerly in the possession of the Duke of Hamilton, now in the British Museum. *Edited by* JOSEPH BAIN, F.S.A. Scot. Vol. I., 1532-1543; Vol. II., 1543-1590. 15*s*. *each.*
10. BORDERS OF ENGLAND AND SCOTLAND. Calendar of. Letters and Papers relating to the Affairs of the. Preserved in Her Majesty's Public Record Office, London. *Edited by* JOSEPH BAIN. Vol. I., 1560-1594; Vol. II. 1595-1603. 15*s*. *each.*
11. STATE PAPERS RELATING TO SCOTLAND AND MARY, QUEEN OF SCOTS. Calendar of, 1547-1603. Vol. I., 1547-1563; Vol. II., 1563-1569; Vol. III., 1569-1571; Vol. IV., 1571-1574; Vol. V., 1574-1581. *Edited by* JOSEPH BAIN. 15*s*. *each.*

FAC-SIMILES OF THE NATIONAL MSS. OF SCOTLAND. Parts I., II., and III. (*Out of print.*)

IRELAND.

CATALOGUE OF IRISH RECORD PUBLICATIONS.

1. CALENDAR OF THE PATENT AND CLOSE ROLLS OF CHANCERY IN IRELAND, HENRY VIII., EDWARD VI., MARY AND ELIZABETH, AND FOR THE 1ST TO THE 7TH YEAR OF CHARLES I. *Edited by* JAMES MORRIN. Royal 8vo. (1861-3). Vols. I., II., and III. 11*s. each.*

2 ANCIENT LAWS AND INSTITUTES OF IRELAND.
Senchus Mor. (1865-1880.) Vols. I. (*Out of print*), II., III., IV., V., and VI. 10*s. each.*

3. ABSTRACTS OF THE IRISH PATENT ROLLS OF JAMES I. (*Out of print.*)

4. ANNALS OF ULSTER. Otherwise Annals of Senat, a Chronicle of Irish Affairs from 431-1131, 1155-1541. With Translation and Notes. Vol. I., 431-1056; Vol. II., 1057-1131, 1155-1378; Vol. III., 1379-1541; Vol. IV., Introduction and Index. 10*s. each.*

5. CHARTÆ PRIVILEGIA ET IMMUNITATES, being transcripts of Charters and Privileges to Cities, Towns, Abbeys, and other Bodies Corporate. 18 Henry II. to 18 Richard II. (1171-1395). Printed by the Irish Record Commission, 1829-1830. Folio. 5*s.*

6. JUSTICIARY ROLLS, OR PROCEEDINGS IN THE COURT OF THE JUSTICIAR OF IRELAND. 23rd to 31st years of EDWARD I. 1295-1303. *Edited by* JAMES MILLS, I.S.O. 15*s.*

7. STATUTES AND ORDINANCES, and ACTS OF THE PARLIAMENT OF IRELAND. KING JOHN to HENRY V. *Edited by* HENRY F. BERRY, I.S.O., M.A., Barrister-at-Law. 10*s.*

FAC-SIMILES OF NATIONAL MANUSCRIPTS OF IRELAND, FROM THE EARLIEST EXTANT SPECIMENS TO 1719. *Edited by* JOHN T. GILBERT, F.S.A., M.R.I.A. *Part* I. *is out of print*; Parts II. and III. 42*s. each*; Part IV.—1. 5*l.* 5*s.*; Part IV.—2. 4*l.* 10*s.*

This work forms a comprehensive Palæographic Series for Ireland. It furnishes characteristic specimens of the documents which have come down from each of the classes which, in past ages, formed principal elements in the population of Ireland, or exercised an influence in her affairs. With these reproductions are combined fac-similes of writings connected with eminent personages or transactions of importance in the annals of the country to the early part of the eighteenth century.

The specimens have been reproduced as nearly as possible in accordance with the originals, in dimensions, colouring, and general appearance. Characteristic examples of styles of writing and caligraphic ornamentation are, as far as practicable, associated with subjects of historic and linguistic interest. Descriptions of the various manuscripts are given by the Editor in the Introduction. The contents of the specimens are fully elucidated and printed in the original languages, opposite to the Fac-similes—line for line—without contractions—thus facilitating reference and aiding effectively those interested in palæographic studies.

In the work are also printed in full, for the first time, many original and important historical documents.

Part I. commences with the earliest Irish MSS. extant.
Part II. From the Twelfth Century to 1299.
Part III. From 1300 to end of reign of Henry VIII.
Part IV.—1. From reign of Edward VI. to that of James I.
In part IV.—2 the work is carried down to the early part of the eighteenth century, with Index to the entire publication.

ACCOUNT OF FAC-SIMILES OF NATIONAL MANUSCRIPTS OF IRELAND. In one Vol. 8vo., with Index. 10*s.* *Or separately*: Parts I. and II. together, 2*s.* 6*d.*; Part II. 1*s.* 6*d.*; Part III. 1*s.*; Part IV.—1. 2*s.*; Part IV.—2. 2*s.* 6*d.*

?

ANNUAL REPORTS OF THE DEPUTY KEEPER OF THE PUBLIC RECORDS, IRELAND.

Date.	No. of Report	Chief Contents.	Sessional No.	Price.
				s. d.
1869	1	Contents of the principal Record Repositories of Ireland in 1864.—Notices of Records transferred from Chancery Offices.—Irish State Papers presented by Philadelphia Library Company.	C.4157	*Out of print.*
1870	2	Notices of Records transferred from Chancery, Queen's Bench, and Exchequer Offices.—Index to Original Deeds received from Master Litton's Office.	C.137	*Out of print.*
1871	3	Notices of Records transferred from Queen's Bench, Common Pleas, and Exchequer Offices.—Report on J. F. Furguson's MSS. —Exchequer Indices, &c.	C.329	*Out of print.*
1872	4	Records of Probate Registries	C.515	*Out of print.*
1873	5	Notices of Records from Queen's Bench Calendar of Fines and Recoveries of the Palatinate of Tipperary, 1664-1715.—Index to Reports to date.	C.760	0 8
1874	6	Notices of Records transferred from Chancery, Queen's Bench, and Common Pleas Offices.—Report respecting "Facsimiles of National MSS. of Ireland."—List of Chancery Pleadings (1662-1690) and Calendar to Chancery Rolls (1662-1713) of Palatinate of Tipperary.	C.963	*Out of print.*
1875	7	Notices of Records from Exchequer and Admiralty Offices.—Calendar and Index to Fiants of Henry VIII.	C.1175	*Out of print.*
1876	8	Calendar and Index to Fiants of Edward VI.	C.1469	*Out of print.*
1877	9	Index to the Liber Munerum Publicorum Hiberniæ.—Calendar and Index to Fiants of Philip and Mary.	C.1702	*Out of print.*
1878	10	Index to Deputy Keeper's 6th, 7th, 8th, 9th. and 10th Reports.	C.2034	*Out of print.*
1879	11	Calendar to Fiants of Elizabeth (1558-1570).	C.2311	*Out of print.*
1880	12	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1570-1576).	C.2583	*Out of print.*
1881	13	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1576-1583).	C.2929	1 5
1882	14	Report of Keeper of State Papers containing Catalogue of Commonwealth Books transferred from Bermingham Tower.	C.3215	0 6½
1883	15	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1583-1586).—Index to Deputy Keeper's 11th, 12th. 13th, 14th, and 15th Reports.	C.3676	1 0
1884	16	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1586-1595).	C.4062	1 6
1885	17	Report on Iron Chest of Attainders following after 1641 and 1688.—Queen's Bench Calendar to Fiants of Elizabeth continued (1596-1601).	C.4487	1 6
1886	18	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1601-1603).—Memorandum on Statements (1702) and Declarons (1713-14) of Huguenot Pensioners.	C.4755	1 1

Date.	No. of Report	Chief Contents.	Sessional No.	Price
				s. d.
1887	19	Notice of Records of Incumbered and Landed Estates Courts.—Report of Keeper of State Papers, containing Table of Abstracts of Decrees of Innocence (1663), with Index.	C.5185	0 6
1888	20	Calendar to Christ Church Deeds in Novum Registrum, 1174-1684. Index to 16th, 17th, 18th, 19th, and 20th Reports.	C.5535	0 8½
1889	21	Index to Calendars of Fiants of the reign of Queen Elizabeth. Letters A—C.	C.5835	1 0
1890	22	Catalogue of Proclamations, 1618-1660 ..	C.6180	0 2½
		Index to Fiants of Elizabeth. D—Z ..	C.6180-i.	2 0
1891	23	Catalogue of Proclamations, 1661-1767.—Calendar to Christ Church Deeds, 1177-1462.	C.6504	1 1
1892	24	Catalogue of Proclamations, 1767-1875. Contents of the Red Book of the Exchequer. Calendar to Christ Church Deeds, 1462-1602.	C.6765	0 9½
1893	25	Regulations respecting State Papers. Instructions for Parochial Custodians. Index to 21st to 25th Reports.	C.7170	0 3
1894	26	Abstract of Antrim Inquisition, 3 James I., Bankruptcy Records, 1857-1872; Early Plea Rolls to 51 Edward III.	C.7488	0 3½
		Index to the Act or Grant Books, and to Original Wills, of the Diocese of Dublin to the year 1800.	C. 7488-i.	*Out of print.*
1895	27	Records from Courts and Offices transferred to, and deposited at, the Public Record Office in Ireland.	C.7802	0 2½
1896	—	Index to Calendars of Christ Church Deeds 1174-1684, contained in Appendices to 20th, 23rd, and 24th Reports.	C.8080	0 5½
1896	28	(1.) Report on the Early Plea Rolls, continued from 51 Edward III. (2.) Table showing present Custodies of Parochial Records.	C.8163	0 5½
1897	29	Copy and Translation of Five Instruments of Record in the Public Record Office of Ireland, written in the Irish Character and Tongue, 1584-1606.	C.8567	0 3
1898	30	Report on MSS. of Sir T. Phillipps' Library; Index to Deputy Keeper's 26th to 30th Reports.	C.9030	0 3½
1899	31	Report of Proceedings, and Appendix .. (1) Corrections to the Addenda to the Dublin Grants Index in Appendix to the 26th Report; (2.) Notes on the Departmental Letters and Official Papers, 1760-89.	C.9478	0 5½
1900	—	Index to the Act or Grant Book and Original Wills of the Diocese of Dublin from 1800-1858.	Cd.4	4 7
1900	32	Report of Proceedings and Appendix.—Report on the Records of the Clerks of the Crown and Peace transferred prior to 1900.	Cd.274	0 6
1901	33	Report of Proceedings and Appendix .. (1) Notes on Manuscript Volumes connected with the Irish Revenue, the Court of Trustees of Forfeited Estates, &c., in the possession of Earl Annesley; (2) Report on the Books of the Treasury and Accounting Departments in Ireland.	Cd.729	0 5

Date.	No. of Report	Chief Contents.	Sessional No.	Price.
				s. *d*
1902	34	Report of Proceedings and Appendix .. (1) List of Maps presented by Commissioners of Woods and Forests ; (2) Report on Register of Irregular Marriages, 1799-1844.	Cd.1176	0 2½
1903	35	Report of Proceedings and Appendix .. (1) Regulations as to access to Military Records ; (2) Records found in former Record Office ; (3) Catalogue of Accounts on the Pipe Rolls of Irish Exchequer, Henry III.	Cd.1504	0 3
1904	36	Report of Proceedings and Appendix .. Catalogue of Accounts in the Pipe Rolls of the Irish Exchequer, 1 to 12 Edward I.	Cd.2234	0 4½
1905	37	Report of Proceedings and Appendix .. Catalogue of Accounts in the Pipe Rolls of the Irish Exchequer, 15 to 22 Edward I.	Cd.2708	0 3
1906	38	Report of Proceedings and Appendix .. (1) Rules for Admission to the use of the Records ; (2) Catalogue of Accounts in the Pipe Rolls of the Irish Exchequer, 25 to 33 Edward I.	Cd.3162	0 5½
1907	39	Report of Proceedings and Appendix. Catalogue of Accounts in the Pipe Rolls of the Irish Exchequer, 1 to 10 Edward II.	Cd.3726	0 4
1908	40	Report of Proceedings and Appendix .. (1) Report on certain Records transferred from former Land Estates Record Office ; (2) Index to Reports XXXI-XL.	Cd.4312	0 2½